



**Intellectus iuris ciuilis singulares Udalrici Zasiij, denuo excusi,  
et additionibus locupletati : eiusdem. Substitutionum  
tractatus, ordine, compendio, & declaratione, quantum licuit,  
elimatus, ac iam omnium primo in lucem aeditus.**

<https://hdl.handle.net/1874/433398>

4

# INTELLECTVS IVRIS

CIVILIS SINGVLARES VDALRICI


ZASII, DENO EXCVSI, ET ADDITIONI  
BVS LOCVPLETATI.

EIVSDEM.

SVSTITVTIONVM TRACTATVS, ORDINE, COMPEN-  
dio, & declaratione, quantum licuit, elimatus, ac iam  
omnium primo in lucem æditus

IOANNES EMMEVS AD LECTOREM.

Sunt præterea quædam aliæ eiusdem authoris lucubratiunculæ, pul-  
chræ, eruditæ, & singulares: quas iam quoq; in vulgus dare statuerat: Sed  
quia ualetudine obitante recognosci ad plenum hoc tempore non pote-  
rant, futuris nundinis, nisi septuagenarium senem fata  
uocarint, adseruabuntur.



Cautum est R. M. edicto, ne quis alius præfens opus intra quin-  
quennium imprimat, aut alibi impressa in Romani Imperij fines  
uendenda inuehat, sub pœna amissionis librorum, & decem marca-  
rum auri puri, &c. iuxta tenorem originalis.



# DES. ERASMVVS. RO.

TFRODAMVS BONIFACIO AMORBAC

CHIO BASILIENSI IUVENI OMNIVM STVDIORVM

GENERE NON VVLGARITER ERVDITO. S. D.



MAGNA felicitatis pars est, maxima gratitudinis, si quis agnoscat sua bona. Proinde etiã atq; etiam gratulandum est nostro seculo, gratandum superis, quorũ benignitate, præclara studia tot iam seculis penè sepulta toto terrarum orbe reflorescunt, ac felicissime propagantur. Ante annos plus minus octoginta, nõ ij modo erant infantes atq; elingues, qui eas profitebantur artes, quas suo quoq; seculo, quo vel maxime floruit erudita facundia, mutas appellat Vergilius, verum etiam ipsa Grammatica recte loquendi magistra, & Rhetorica copiose splendideq; dicendi dux, foede misereq; balbutiebãt. Et quæ quondam tot linguis instructe fuerant, tum vnam Latinam pessime latine sonabant. Sub hæc paulatim subolescentibus literis melioribus, Italia sola linguam habebat, nec apud hanc vllæ disciplinæ præter Oratoriã. Nunc nulla est natio sub Christiana ditione, in qua non omne disciplinarã genus (Musis bene fortunantibus) eloquentiæ maiestatem eruditionis utilitati adiungit. Medicina loqui cœpit: apud Italos opera Nicolai Leonicensi, senis immortalitate digni: apud Gallos, Gulielmi Copi Basiliensis: apud Britannos, studio Thomæ Linacri sic nup disertus cœpit esse Galenus, vt in sua lingua parum disertus videri possit. Eiusdem opera sic Latine loquitur Aristoteles, vt licet Atticus, vix in suo sermone parem habeat gratiam: licet ante hunc, illud certe præstiterint apud Italos, Argyropylius, Trapezontius, Theodorus Gaza, Marsilius, Picus: apud Gallos, Faber Stapulensis, ne philosophia muta videri possit. Porro legibus Cæsareis pristinum elegantia nitorem, atq; etiam geminae literaturæ gloriam, feliciter restituerunt: apud Gallos, Gulielmus Budæus: apud Germanos, vir modis omnibus incõparabilis Valericus Zasius, tanta Rhomani sermonis vbertate scatens, vt Vlpianum quempiam loqui putes, non huius ætatis Iureconsultum. At nescio quo pacto nondum ea res perinde succedit Theologis, etiam si non desint, qui fari gestiant. Spero tamẽ breui futurum, ut hæc quoq; professio, situ deterso pristinum suum nitorem asserat. Hactenus e doctorum centurijs excludebantur, qui paulo politius loquerentur: nec dignabantur quenquã suo albo professores, nisi qui cum ipsis turpiter balbutisset, neq; quenquam omnino castioris literaturæ attigisset. Atq; illud protinus erat in promptu, Grammaticus est, nõ Philosophus: Rhetor est, non Iureconsultus: Orator est, nõ Theologus. Sed breui, ni fallor, rebus in diuersum cõmutatis, non recipientur in ordinem, nisi qui prisceos illos disciplinarum autores, elegantioribus etiã literis referant: neq; phas erit cuiquam sibi sapientiam vendicare, nisi simul ac fuerit pedissequa eloquentia, quam diuus Augustinus non vult vsquam ab hera sua digredi. Zasianas adnotationes percurri verius quã legi, nam adferebant me iam ad iter accincto. Mire placuit gustus, neq; dubito, quin omnia magis sint placitura, si liceat affatim expleri talibus epulis. Estimulabis hominem mi Bonifaci, ne diutius nobis hanc gloriam, hunc fructum, hanc voluptatem inuideat: nisi tu quoq; nobis inuides, cum contigerit tibi domestico Zasio contubernio felicem esse. Bene Vale, Basileæ pridie Kalendas Septembris, Anno. M. D. XVIII.

Georgius



GEORGIUS AMELIVS, MORAVVS V. I. DOCTOR,  
Pontificiarum constitutionum ordinarius Frisburgenſis, Inſigni  
uiro Vdalrico Zaſio LL. doctōri, earumq; ordi-  
nario dictæ Academiæ, S. P. D.

**L**Egi hiſce diebus, quantum mihi per ocia dabatur, diligenter ſelectio-  
res aliquot per te æditos Legum intellectus conſultis. Doctōr, q̄ autē  
me recrearit recens illa tua ſœtura, difficile eſt memoratu. Delectabat  
in primis ingenium tuū copioſum, ac minime fugientes literæ, & (quæ  
Iuriſcōſultorum prima eſt uirtus) apertiffimus ſermo, deinde ueritatū  
legaliū rarior elucidatio, ſenſa reconditiora. Aedis autem collega miſuauiſſime, pro  
ingenij tui bonitate indies non nihil ad communem Iuris militiam ſignificantius, aut  
deprauatum emendas, aut reſtituis præteritum, aut (quæ eſt tua induſtria) abſtruſa ex-  
plicās & intricata. Quod equidem laudabile tuum inſtitutum, non poſſum non uehe-  
menter probare. Tua Zaſi opera, ſyncerior, tractatu'q; faciliōr Iuris noſtri ſciētia red-  
ditur: & non ſolum à ſitu & ſordibus barbaræ commentationis repurgatur, ſed argu-  
mēto inſigni euincitur, q̄ omnino expediōri, elegantiori'q; & fundatoriō uia, q̄ à ma-  
ioribus noſtris factitatum ſit, ea tradi ſciētia poſſit & doceri. Age itaq; conſultor elo-  
quentiffime Marte dextro, tua legum tandem ſœtura prodeat, regnum illud Iuris ue-  
tuſtum, auito ſplendore reniteat, autore te Germania priſtinum recipiat candorem:  
faceſſant ſaſtidiōſorum commentariorum ſarcinæ, tortuoſa'q; Accurſiani ſtadij ſpa-  
cia, in campos placidiōres demutentur. Poteris autē iſta facile præſtare, ſi quæ iam lon-  
go tempore in hoc curriculo meditatū es, in lucem dare non poſtpoſueris, ſic certum  
tibi perſuadens, ſi in hæc Zaſiana ſepta, & feliciōris uenæ lucubrata ſtudia, diſcendi  
gratia, legum tyrones ſeceſſerint, ueram (ni fallor) Iuris noſtri cognitionem, uerborū  
mira parſimonia relaturi, ea'q; uia concreditæ ſibi reipub. utilitatem cum magna lau-  
de ſint parituri. Vale uir amicis, & quod glorioſe cœpiſti, gnauiter perſice. Ex ædibus  
noſtris Nonis Iulij, Anno poſt incarnatum Chriſtum, M. D. XXV.

EIVSDEM AMELII AD LECTO-  
REM CARMEN.

Huc huc qui colitis ius æquum, phas'q; decorum,  
Ad noua lectores pergite ſcripta p̄ij,  
Zaſius hic dubias librato ſoluere leges  
Conſilio, mira cum breuitate docet.  
Æquauit priſcos culto ſermone peritos  
Iuris, in æquali ſingula lance notans.  
Huc igitur ſtudioſa cohors properato, diurna  
Nocturna pariter ſcripta reuolue manu.



## INDEX CA=

PITVM HOC IN LIBRO  
CONTENTORVM.

Enus quatuor modis accipi, aliter q̄ Bar. & Doct. pag. i.  
Culpam nō diuidi per species, vt habet communis opinio. viij.

Elucidatio l. si non fortem, q̄. libertus, de condict. indebit. elegans & insolita de operis libertorum xxxv.

Stipulatione pœnali, præcedentem obligationem non nouari • xliij.

Qualiter pactum de non petendo elidat, pagina. lix.

Exceptio intentionis aliter declaratur, q̄ hactenus a Doct. in elucidatione l. qui se debere, de condict. ob. cau. lxi.

Verus & planus sensus ad l. i. per totam l. ff. si quis ius dicen. non obtemp. contra Accur. & alios lxiij.

Vniuersalis sermo seu enunciatio, an vniuersaliter intelligatur, cōtra Doct. dicta, noua explanatio lxiix.

Filij duorū fratrum æquali gradu distantes, patruo succedunt in capita, non in stirpes, contra Bart. & Doct. lxxi.

Gloss. noua in l. quod Nerua. ff. de po. xix.

Gloss. in. q̄. libertus. l. si non fortem. ff. de condict. indeb. xxxvij.

Gloss. l. pater instituto. ff. de capt. & post limi. reuer. xlv.

Gloss. l. quod si filius. eo. tit. xlvi.

Gloss. in l. in ratione. q̄. quod vulgo. cum q̄. seq. ff. ad l. falcid. l.

Gloss. in l. i. per tot. ff. si quis ius dicenti nō obtemp. contra cōmunes lxxv.

Gloss. in l. triplici. ff. de verb. sig. xcviij.

Gloss. in l. frater a fratre. ff. de cond. indeb. cxcvi.

Gloss. in. q̄. Cato. l. eadem dicemus. ff. de verb. obliga. ccij. reliqua vide in alio indice in verb. gloss.

Nunciationis effectus circa transferendam in seruitutibus possessionē. lxxv.

Quæ sit ratio quod ob seruitutem rusticam non nunciatur. lxxxii.

• Alius tollendi facultatem esse duplicem,

pagina. lxxxij.

Sensus seu intellectus nouus & facilis ad l. si prius. de op. no. nun. contra omnes Doctores lxxxiiij.

Intellectus non vulgatus ad l. iij. q̄. i. ff. de op. no. nun. lxxvi.

Verus intellectus ad l. de pupillo. q̄. si pluri. ij. de op. no. nun. cōtra Doct. lxxxix.

Intellectus l. ex diuerso, solu. matri. cum alijs ll. pugnantibus lxxxix.

Seruitutum in nominatarū, quæ nostræ Germaniæ consuetudine vsurpantur, natura & conditio lxxxiiij.

Substantialia & naturalia contractuum quæ sint, & quando naturalia pacto tollantur lxxxvi.

Sententias transactiones ue ex falsis instru. datas, sine integ. rest. retractari, pagina. lxxxviij.

Cur actio hereditaria serui corrupti i duplicum, & legis Aquiliæ in simpli in peti. hære. veniat, ratio noua lxxxviij.

Furti & damni a pluribus dati differentia. xc.

Iustos possidere ex secūdo decreto æqualiter dominos futuros ibidem.

Si intra deliberationem prætoris ædes ruant. xcij.

Si testator leget Titio & Sempro. fundū, an hire & verbis coniuncti dicantur, pagina. xciiij.

Qui coniuncti iure digesto. vel faciant partes, vel non faciant, ll. ambigua explicantur ci.

Ordinariorum & extraordinariorū natura, concursus & effectus, distinctus & noue expliciti ciiij.

Procurator ad mutuandū cōstitutus, potest de recepta pecunia cōfiteri. cvij.

Qui iure iniq̄ impetrato nō vitur. cvij.

An potior defensio creditoris, an debitoris sit in re pignōrata, explicatus notus in l. sape, de rei iud. cvij.

Si in executione pignoris iudicialis se tertius opponat, intellectus ad l. a diuo. q̄. si super rebus. ff. de rei iud. cvij.

Scholia in l. ij. ff. de orig. iur. cum diffusio tractatu rerum illic cognitu signari, pagina. cx.

Antinomiarum aliquot dissolutiones,

Antinoz



Antinomiae l. praecipunt, & l. si. q. si. ff. de  
 edil. adict. pag. clxxxviii. Item l. per  
 feruum. q. deniq. de usu & habita. & l.  
 huic. q. i. usufruct. quemadmo. caue.  
 cxc. Item l. si poena. q. i. de condict.  
 indeb. & l. repetitio. eo. tit. cxc. Item  
 l. quid tamen, & l. cum ab eo, de contra  
 hen. emp. cxciij. Item l. cum quidam,  
 & l. in fraudē, in prin. de iur. fisc. cxciij.  
 Item l. hoc iure, & l. infulam, cum l. sti  
 pulationes. ij. de verb. oblig. cxciij.  
 Item l. si filiusfam. de iud. & l. si. de var.  
 & extraord. cog. cxciij.  
 Substitutionum tractatus cxx.

INDEX EORVM QVAE TO  
 to in hoc opere tractantur.



Præpositio, & eius elegantia, a  
 regibus, a cæde, & c. cxxxij.  
 & c. cxlvi.

A verborum vi certissimos sumi iuris in  
 tellectus. c.  
 Abijcere hastas cxlix.  
 Abrogari ll. & novas constitui vt liceat  
 contrauenire cxli.  
 Abrogatis magistratibus mansit tribu  
 nicia. cxli.  
 Abscondi debere scientiam contra perfi  
 dos, ingratos cliiij.  
 Absens in re, licet eam permittat, non di  
 citur auctoritatem dedisse cxxxij.  
 Abstinerere magistratu clxxvi.  
 Accensus cxxxvi.  
 Accidentia naturalibus præferri. cxix,  
 & c. cxx.  
 Accipitres pecuniæ aduocati clxxij.  
 Acclamatio iudicibus vsi iuuenes puniuntur  
 ex culpa. xvij.  
 Accommodata viribus materia queren  
 da. clxxij.  
 Accursius fatigatur in l. i. de parici. cli.  
 Accursij & Bartoli scripta nimis tenaci  
 ter defendi. clxxviij.  
 Accursij error lvi. lxxvij. xvij. ij.  
 clxxxi. xxvij. ix. xlvij. xlix. cxxxvij.  
 & alibi.  
 Aceto ignis extinguitur clxxvij.  
 Actio siue teneat, siue non, excluditur ex  
 ceptione intentionis c. lxi.  
 Actio nulla est, quam non præcedat saltē

color obligationis lxi.  
 Actionē semper præcedit obligatio lxiij.  
 Actiones quando sint compolitæ cxxij.  
 Actiones iuris populo datae cxxv.  
 Actiones iure gen. inuentas cxxij.  
 Actiones cum l. xij. tab. cepere cxxij.  
 Actionum solennia cxxvij.  
 Actionum formulae cxxij. cxxvij.  
 Actor etiam potest nō obtemperare ius  
 dicenti lxiij. lxxvij.  
 Adulari corā uiris grauib. septū. cxxxvij.  
 Adulescentū magist. erat edilitas, cxxxix.  
 Aduocati diffuse reprehendunt. clxxij.  
 Aduocati taxantur clxxij.  
 Aduocati for. querunt pro pascu. cxx.  
 Aduocati calumniant in verbis cxxi.  
 Aduocatorum nequitia cxiij. cxx.  
 Aduocatorum corruptelæ clvij.  
 Aduocatorum calumnia cxliij.  
 Aedilium officium cxxxix.  
 Aediles cxlvij.  
 Aedis Saturni, ærarium cxxxix.  
 Aegrotans libertus xxix.  
 Aequale pro inæquali exponit Bart. xc.  
 Aerarium cxxxix.  
 Aerarij Tribuni. cxlv.  
 Aes primo signauit rex Seruius cxlix.  
 Aestimatio in vtriusq. operis, quomodo  
 differenter fiat. xxxix.  
 Aestimatio operarum vel a locante vel  
 conducente xl.  
 Affectare. clxxiij. Agere. ccvij.  
 Agris custodes apponimus contra vici  
 nos. cxxxvi.  
 Agris fines impositi. cxv.  
 Agricultura, milicia, Romæ præcipua  
 fuere. cxv.  
 Alex suæ relinquere. cxxxvi.  
 Alciati mentio sit. ij. vij. cxliij. cxxxv.  
 cxxxvi. lxxv.  
 Alendus an sit libertus in fabrilib. xxxij.  
 Alimenta a quib. præstent in opis. xxxi.  
 Alimenta, an ad ea teneantur hoies pro  
 prij. xxxv.  
 Alex. Imol. putat latinum iuristis cōsue  
 tum vsurpari. lx.  
 Aliud pro contrario lv.  
 Allegari an ser. oporteat authores. cxl.  
 Alphenus Varus clxvi.  
 Alternatiua ad iudicem relata. xcij.  
 Alternat



I N D E X.

- Alternatiua obligatio qualiter similis sit obligationi generis. xci.  
 Alternatiua tractatio nō inelegans. xci.  
 Alternatiuam ex casibus suppositis verificari. xciiij.  
 Altius tollendi seruitus subtiliter explicatur. lxxxj.  
 Ambiri honores p blandicias. cxxxviiij.  
 Ambrosius Kempff. vi.  
 Ambulare manibus dicitur qui habet duas manus. cxxxviiij.  
 Ancus Marcius. cxvi.  
 Anien fluuius. clv.  
 Anomalus haeres. i.  
 Annonæ caritas. cliij.  
 Annonæ præfectus. cliij.  
 Anonymum ius ciuile. i.  
 Anonymum genus. i. & xij.  
 Anonyma multa. xij.  
 Anonyma vltima voluntas. i. & xij.  
 Anseres Sacri. cxxxv.  
 Antidoralis obligatio q̄liter inducat repetitionē cōtra Accur. & Doct. xxviiij.  
 Antiqua, vetusta, obliueta verba vitari. pagina. clxxiiij.  
 Antistius Labeo. clxxiiij. clxxviij. clxxviiij.  
 Antistrephon Protagoræ. lvij.  
 Antonomatice sub magistratu prætor intelligitur. cxxxij.  
 Appellatiua & propria nomina dici genera. iij. b.  
 Appensim immitti. xix. & lxxv.  
 Appius cupidus dominandi. cxli.  
 Appius decemuir, & eius nefanda facinora. cxliij.  
 Appius Clausus. cxliij.  
 Appius non decemuir. cxxiiij.  
 Appius cæcus. clvi.  
 Appij Claudij tyrannis. cxliij.  
 Appiorum familia. clv.  
 Appia via strata. ibidem.  
 Appiadae deæ. clvi.  
 Aquilius Regulus. clxiiij.  
 Arbitrium imperatoris non est lex, pagina. cxxxvi.  
 Archigrammateorum priuilegia & immunitates. cxxv.  
 Argentum pro pecunia numerata. iij. b.  
 Argumentum a consequentibus. lxxx.  
 Argumentum ab vno ad plura. lxxxv.  
 Argumentum a legitima successione ad testamentariam. xlv. xlviiij.  
 Argumenta latere posse. liij.  
 Argumentatio Iurisconsultorum concisa. pagina. xlv.  
 Argumentatio Iurisconsulti latens. liij.  
 Artificiales opera. xxviiij.  
 Artificiales qualiter in stipulationem veniant. xxxi.  
 Artificia sordida Romæ non fuisse. cxv.  
 Asse multiplicato tres semisses. c.  
 Atteius Capito. clxxv.  
 Atqui. lvij.  
 Aucupare verba. cxxij.  
 Aufidius Tuca. clxviij.  
 Aufidius cæcus respondit de iure. ibid.  
 Aufidij alij. ibidem.  
 Aulus Gellius. cxiiij.  
 Aulus Cassellius. clxx.  
 Auspicato creari maiores magistratus. pagina. lxxv.  
 Authentica per Imerium nō sufficienter describuntur in C. a corpore. lxxiiij.  
 Authores publici & priuati Iuris decem viros pestilentes fuisse. cxli.  
 Authoritas Nominalium. iij. b.  
 Authoritas interpretandi. cxx.  
 Authoritate mea non fit, cui nō fui præsens, etiamsi permitto. cxxxij.  

B

 Baldus a communi opinione recessit in fratrum filijs. lxxv.  
 Baldi error circa Hermodorum. cxx.  
 Barba plena tribunos eligi. cxlvij.  
 Bariselli, seimer, triumuii capitales, pagina. cl.  
 Bartoli opinio non tuta. viij.  
 Bartoli & Doctorum error. iij. ibidem facie. ij. xxvi. x. liij. lxix. ibidē. lxxxviij. lxxxix. xc. xcvi. xiiij. xv. & alibi. xvi. cxxij.  
 Barrolista taxantur, qui ab eo doctore plus nimio pendent. xvi.  
 Beatus Rhenanus. cxxxviiij.  
 Bellum indicere per fœciales. cxvi.  
 Bellicum symbolum. clviij.  
 Bello captæ vrbes, ne euertantur. cxv.  
 Befucius. lxxviiij.  
 Befucij ratio. ibidem.  
 Blandiri populo propter ambiciosos honores.



• nores; est coram grauibus viris ine-		Cassius Longinus,	clxxxv.
ptum, pagina.	cxxxviiij.	Cassius prætor seuerus,	cxlviiij.
Bilibaldus,	cx.	Cassiorum fata,	clxxxv.
Bologninus taxatur. clxi. & in. q. Ca-		Castrari posse non ex dolo, & tamen ca-	
to,	cciiij.	pite puniri	xviij.
Bona fides vnde orta	cxvi.	Cato Censorinus	clx.
Boni viri laus pulchra.	cxx. clxxxviij.	Catus,	cxxvi.
Boni parentis, mali filij.	clix.	Causa cadere,	cxxij.
Bono viro nihil pōt mali accidere.	cxx.	Causam erroneam excusare a dolo, pa-	
Bonum virum fieri, difficile: perseuera-		gina.	xiiij.
re, impossibile.	cxliij.	Causarum genera tria, & quatuor apud	
Bonorum virorum præsentia ciuitatem		rhetores.	ij. b.
facit, pagina.	cxv.	Cautio si alia petatur die finita, & ædes	
Bonifacius Amerbachius	clxiiij. cxliij.	ruant,	xciiij.
Brutus,	cxxxiiij. clxi.	Cecilius facetus	clxix.
Brutus primus cos.	cxliiij.	Cedere a iuribus suis difficile, postquam	
Bubulcos operas seruiles facere.	xxviij.	cesseris plura tentantur	cxlvij.
Buccina populum Romanum conuoca-		Celeres,	cxxxiiij.
ri, pagina.	cxxviij.	Celerū custodiā Numa deposuit, cxxxiiij	
Budæus,	cxxxviij.	Censor alius substitui nō potuit,	cxxxv
Bulgari opinio defensa in l. i. q. i. si quis		Censores præfecti moribus,	ibidem.
ius dicen. non obtemp.	lxiiij.	Censores quando constituti	ibidem.
Bullati Doctores,	clxxxiiij.	Censum agere	ibidem.
		Censores magistri disciplinæ	ibidem.
		Census quid	ibidem.
		Censoria decreta ignominiam afferunt,	
		non infamiam,	ibidem.
		Centimalus	clv.
		Cento Appius	ibidem.
		Centumuirale iudicium	cxlviiij.
		Cereales ædiles	clij. cl.
		Cereales nunciij ex Hiero,	clij.
		Certi conditio si intentes ex l. aquil. con-	
		tra Accurs. & Doct.	lxxxix.
		Cicero,	cxv. cxviiij.
		Ciceronis facundia,	clxxxiiij.
		Ciceronis carmina iocularia,	vij.
		Cicero parū æquus Iurisconsultis,	clxx.
		Ciues Romani nō omnes subiecti im-	
		perio, pagina,	cxxviiij.
		Ciues qui,	cxv. cxxviiij.
		Ciues contra legem facere non possunt,	
		nisi abrogata lege	cxli.
		Ciues hodie instar curialium	cxliij.
		Ciuilem & naturalem possess. qualitate	
		differre.	cxxvi.
		Ciuiles II, non occultari debere,	ibidem.
		Ciuitas magna non dicitur ex multitudine	
		populi, pagina,	cxv.
		Ciuitas ex quibus incolis consistat	cxv.
		Ciuiliter	

C

• Cæcus Drusus Iurisconsultus respondit			
de iure,	clxviij.		
• Cæcus Aufidius Senator respondet de			
iure, pagina.	ibidem.		
• Cælius Antipater eloquentior, & cate-			
ra, pagina.	clxiiij.		
• Cæsar's potestas ex Claudiano,	cxxxi.		
• Cæsar's ditio iustitia polleat.	ibidem.		
• Cæsar's pontificibus dignitate iungi, pa-			
gina,	cxxiiij.		
κεκοζυλον.	clxxxiiij.		
• Calendaria,	cxxvi.		
• Caligulæ calumnia super ciuibus,	cxv.		
• Calumnia Caligulæ	ibidem.		
• Calumniari verba,	cxxij.		
• Cancellarius imperij,	cxxv.		
• Candidati,	cxxxviiij.		
• Cauere recusans, non liberatur si ædes			
ruant, etiam intra deliberationem,			
pagina.	xciiij.		
• Canina facundia,	clxxij.		
• Canuleius trib.	cxlvi.		
• Capitales triumuiui.	cxl. cxlix.		
• Capito p. m. constans,	clxxv.		
• Carcerum custodes capite puniri,	xviij.		
• Cassellius,	clxix. clxx.		



- Ciuilititer non ad punctum iura intelligi,  
 pagina. cxxviii.  
 Cl. canciuncula. clxxxv.  
 Claudiani versus ad Casarem cxxxii.  
 Clauis adulterari per vxorem. cxv.  
 Clientes comparari libertis xxxiiij.  
 Clientes coepisse a Romanis morib<sup>9</sup>, cōtra Doct. cxiiij.  
 Clientum origo. cxij.  
 Cn. Flauius scriba. cxxxiij.  
 Cocceius Nerua. clxxx.  
 Coelibaris hasta. cxlix.  
 Cognitiono iniuriarum & in diuinis Ro-  
 mulo seruata cxiiij.  
 Collectiua re & verbis iurigi xcv.  
 Collector libri author dicitur cxiiij.  
 Colonus potest agrū suum dicere. ibid.  
 Cōmenta Doct. reprehenduntur cxx.  
 Commune quid sit generibus quarto  
 modo acceptis. iij. b.  
 Communes operæ xxvij.  
 Communis opin. confutatur circa lega-  
 tum, & promiss. generis vij.  
 Communicatio operarum varia xxx.  
 Communicabiles res i.  
 Cōmunicabilium rerum functio i. b.  
 Cōmunicabilium rerum vnum genus  
 & tria, pagina. ij.  
 Comparatiuus pro positiuo. x.  
 Compensatio sextantis quare, cōtra Ac-  
 curs. pagina. ix.  
 Compilatores pandectarum ordinem  
 non seruauerunt. xlvi.  
 Compilatores possunt opus dicere suum  
 pagina. cxiiij.  
 Compositæ actiones de iure ciuili. cxxi.  
 Concordantiæ legum. cxc.  
 Concursum partes non fieri, si ex primo de-  
 creto mittatur. cxciij.  
 Concursum lancearum reos non transfo-  
 dilicere. cxlix.  
 Conditionalia verba non prima vice in-  
 telligi, pagina. viij.  
 Conduci fabriles operas. xxxiiij.  
 Conductitiarum operarum materia, pa-  
 gina. xxxij.  
 Confessoria actio competit in altius tol-  
 lendi, &c. contra las. lxxxij.  
 Coniecturalis status cōficitur exceptio-  
 ne intentionis. lxxij.  
 Coniuncti re & verbis, et coniuncti ver-  
 bis, licet vtrobiq; partes faciant, tamē  
 differunt. xcviij.  
 Coniuncti qualiter partem faciant, aut  
 non faciant, pulchra explicatio. ci.  
 Coniuncti re & verbis, ea materia cum  
 multis notandis tractatur, contra com-  
 munes. xcvi. & seq.  
 Coniuncti re & verbis, quia mixti sunt,  
 naturam alterius extremi suscipiunt,  
 pagina. xcvi.  
 Coniunctos re & verbis ab initio partes  
 facere, contra Accurs. & communes,  
 pagina. xcvi.  
 Coniectorum re & verbis materia diffi-  
 cilis propter ll. dissidere visas. ci.  
 Coniectorum re qualiter ll. intelligan-  
 tur. ibidem.  
 Cōiunctis legata facta, in multiplici sunt  
 differentia. c.  
 Consentiri per accidens cxxx.  
 Consequentis argumentum. lxxx.  
 Consilia Doct. suspecta. lxxiiij.  
 Consilia signata dari debere. clxxxij.  
 Consilia doctorū signari debere. ibid.  
 Consistentia genera, numero, pondere,  
 & mensura. vij.  
 Constantiæ virtus in Cefellio. clxxi.  
 Constantiæ laus in statutis publicandis,  
 pagina. cxviiij.  
 Constitutio imperatorum non comple-  
 titur manumissos vindicta. cxlv.  
 Constitutio imperatorum circa libertate  
 vbi locum habeat. ibidem.  
 Constituisse dicuntur, qui ius constitu-  
 endi adquirunt. cxxvij.  
 Consularis. clxij.  
 Consules infulati cxxxiiij.  
 Consules olim ius reddere. cxlvij.  
 Consules vnde orti cxxxiiij.  
 Consul potestas restricta ibid.  
 Consul potestas magna fuit. cxxxiiij.  
 Consulibus secus adempti cxxxiiij.  
 Consulatus sub imperatoribus sine admi-  
 nistratone fuit. cxlvij.  
 Consulentes doctores testificari. clxxx.  
 Contra Doct. in §. si super, in l. a diuo. de  
 re iudicata. cvij.  
 Contributio legatorum li.  
 Consumax quomodo recte grauetur in  
 vtroq; casu, l. si prius. lxxxiiij.  
 Contur



Contumacem esse citationi, & nō obtemperare ius dicenti, diuersa sunt.	lxiiij.	Cyclopum officinae statuta comparari, pagina.	cxxij.
Copiam sui exhibere soliti Iurisconfulti, pagina.	clxij.		
Corculum Scipio	clvij.	D.	
Cornelius Sylla	cli.	Dammum a pluribus commissum cur sint plura facta.	xc.
Cornicum oculos configere	cxxiiij.	Dammum si detur intra deliberationem praetoris.	xcij.
Cornu populum conuocari	cxxvij.	Damni infecti materia cum aedes ruunt intra deliberationem praetoris.	ibid.
Coruncanus libros post se non reliquit, pagina.	clix.	Damnatorum locus	cxvi.
Coruncanorum nexa Teuca	cliiij.	Dea Appiadae	clv.
Craffus	clxiiij.	Decumani principes, publicani	clxix.
Creari Doctores vnde	clxxxij.	Debitor putatiuus quando se doli exceptione tueatur.	lxi.
Creditor qualiter experiri super dominio pignoris possit	cvij.	Decemuiri litibus iudicandis, &c.	clxix.
Criminali iudicio capitis quater vocari, pagina.	cl.	Decemuiri	cxvij. cxix.
Crotus	xvij.	Decemuirorum tyrannide, & prorogatione magistratus, populus secessit, pagina.	cxli.
Culpa versutiae	xi.	Decemuirorum mors.	cxliij.
Culpa ignauiae	ibidem.	Decemuirorum potestas	cxix.
Culpa lata versutiae saepe dolo nominatur.	xiiij.	Decem uiros non esse missos Athenas, sed tres.	cxvij.
Culpa lata gradus in verum dolum non excurrit.	x.	Decemuiralis magistratus nephanda fascinora.	cxli. cxliij.
Culpam quam contrahat imperitia	xi.	Decius Brutus	clxi.
Culpam male diuidi per quinque genera.	x.	Declamatori minus aptus fuit Tubero, pagina.	clxxij.
Culpam latam in duo genera distribui, Versutiae, ignauiae	ibidem.	Declarata exceptio intentionis contra omnes.	lxi.
Culpam versutiae semper dolo aequiparari, contra omnes	xiiij.	Decreti secundi possessores equaliter dominos fieri.	xc.
Culpam ignauiae dolo nunquam aequiparari.	ibidem.	Dediticij	cxliij.
Culpam latam a latiore & latissima specie non differre	x.	Defensa Bulgari opi, in l. i. §. i. si quis ius dicenti non obtemperauerit.	lxiiij.
Culpam duplicem esse latam & leuem.	ibid.	Definiendum non esse temere	clxxi.
Culpam latam an contrahat ignorantia iuris.	xij.	Delegatus debitor doli exceptione quando utatur.	lxi.
Culpam latam ignauiae impunitam non relinqui.	xiiij.	Delegatae iurisdictionis origo.	cxxiiij.
Curia vnde, & multa de curijs	cxij.	Demarathus Tarquinij pater.	cxiiij.
Curia Hostilia	cxxvij.	Denarius	cxlix.
Curiae familiarum.	cxij. & cxiiij.	Dentes cum Papirio nati	cliiij.
Curiae apud Romanos triginta.	ibid.	Depascitur	cxiiij.
Curiae dominicales	ibidem.	Depositum ratione in litem iurari.	xiiij.
Curiae municipales	ibidem.	Determinatione generis speciem fieri, pagina.	iiij. b.
Curiae leges	cxiiij.	Deestanda II. & medicorum multitudo, pagina.	cxix.
Curialia pacta	cxiiij.	Deus, mens inuisibilis, increata, Numa dicebat, pagina.	cxv.
Curiones	cxij. & cxiiij.		
Custodes in agris contra vicinos.	cxxxvi.		
Custodes agrorum	cxvi.		



Deum coli sine simulachris	ibidem.	Diuisores.	cxxxvij.
Dictare translaticie	cxxxix.	Diuinis cognitis melius cognosci huma-	cxxxij.
Dictator nocte eligitur	cxxxvi.	na.	cxxxij.
Dictator in populum, magister equitum	cxxxvi.	Diuortium nullum Romæ intra quin-	cxcv.
in milites	cxxxvi.	gentos annos	cxcv.
Dictatores	cxxxvi.	Diuturna non debent esse magna impe-	cxxxvi.
Dictatorius gladius	ibidem.	ria, pagina.	cxxxvi.
Dies in horas discreta a' Nafica	clvij.	Diuus Maximilianus manumittere no-	xxxiiij.
Difficultas explicatur in l. omnia, si cer-	ij.	luit inuito domino.	xxxiiij.
tum petatur.	ij.	Docere facile, debemus, non esse diffici-	clij.
Difficilior fuit vindictæ manumissio, pa-	cxlv.	les, pagina.	clij.
gina.	cxlv.	Doctores qui nomen militum eminenter	clxx.
Differentia inter operas officiales & ar-	xxx.	assumunt.	clxx.
tificiales.	xxx.	Doctores bullati	clxxxij.
Differentia inter coniunctos re & ver-	xcvij.	Doctores iuris si sint ignorantes	xij.
bis, et coniunctos verbis, etiam si eius-	xcvij.	Doctorum consilia suspecta	lxxxij.
dem iuris sint.	xcvij.	Doctorum cõmenta reprehendi.	cxx.
Diffundi doctrinam	clij.	Doctrinæ possessio sine socio	clij.
Dijis immortalibus non debent irrogari	cxcv.	Doctrinam in omnes diffundi	ibidem
turpia.	cxcv.	Doctrinæ generales sub Quinto Mutio	clxv.
Dilatoria exceptio non est intentionis,	lxij.	ceptæ.	clxv.
pagina.	lxij.	Doctrinæ illustrantur, si ex veritate no-	clxxvij.
Dilemmate euinci interitum tabularum	xlvij.	uentur.	clxxvij.
pupillarium	xlvij.	Dolus etiam sub taxatiua latam culpam	clxxix.
Dilemmata qualiter dissoluantur.	lvij.	includit, pagina.	xiiij.
Dinckrotel, pacta curialia	xxxiiij.	Dolus etsi expresse requiratur, &c.	xvi.
Diodorus Siculus	clxxxij.	Doli exceptione debitor delegatus quan-	lxi.
Discedi a' legibus indignissimum	clij.	do vti possit	lxi.
Discessio	cxxvij.	Dominari qui cupiunt sunt vitandi, cxxij.	clxij.
Discordia dominorũ in indicendis ope-	xxix.	Dominicales curiæ	clxij.
ris.	xxix.	Domus custodia inter officiales operas,	clx.
Discipulos gratos esse debere ad præce-	clxxxiiij.	pagina.	clx.
ptores	clxxxiiij.	Domus publice data.	clvij.
Discrepantia modica nõ curatur in tem-	cxxxvij.	Donatio non est quæ ad compensationẽ	cxcix.
pore	cxxxvij.	redit, pagina.	cxcix.
Disputatio Iurisconsulti oblectandi cau-	lvij.	Druyda Gallorum sacerdotes	cxxij.
sa.	lvij.	Drusus conquestus, ei nunquam ferias	clxxvij.
Disputatio ad forum pertinet	cxxxi.	contigisse.	clxxvij.
Dissidere homini naturale est	ibidem	Duces populi sunt inquieti	clxvij.
Distinctio noua naturalium in contra-	lxxxvi.	Duo tribuni a' principio, deinde multi-	cxxxvij.
ctu, pagina.	lxxxvi.	plicati, pagina.	cxxxvij.
Distinctio Bart. in l. i. si quis test. liber	xvi.	Dupli incrementum in actione hæred. et	lxxxvij.
iuss. nihil valet.	xvi.	certi conditione an veniat,	lxxxvij.
Distinctio Barto. in l. quod Nerua, cir-	xv.	Duumuirorum coërcio.	lxv.
ca culpas, & infamiam, &c. nihil valet	xv.	Dux partium.	cxxxix.
pagina.	xv.		
Ditio.	cli.	E	
Diuerse sectæ inter Capitonem & La-	clxxv.	Eburneæ tabulæ	cxxvij.
beonem.	clxxv.	Effectus rei per præsidentes	cxxxij.
Diuisio operarũ inter patronos.	xxix.	Elidere, perimere.	lix.
		Elitorum familia pauper.	clix.
		Elloquen	



Eloquentia non dari partes priores, sed legibus.	clxxi.	Excipit qui negat.	lxiiij.
Ennius poeta	clx.	Exempla declarant regulam,	xviiij.
Eodem tempore facta esse etiam quae distant modice,	cxxviiij.	Existere, operari, efficere	lviij.
<sup>ἐπισημῶσις</sup> Ephesij noluerere pati viros excellentes, pagina.	cxix.	Explanatio noua circa nunciationem fortiorum,	lxxvi.
Epilogus in, $\phi$ , si filio.	lix.	Explanatus vers, sed scientibus, in l, saepe, de re iud.	cviiij.
Epistola in Antinomias ad D. Claudium Cantiumculam.	clxxxviiij.	Explicatio argumenti latentis,	liij.
Epistola ad D. Bonifacium Amerbachium, pagina.	cx. cxcv.	Expolitio	cxv.
Equester ordo.	clxxx.	Extraordinariorum concursus.	cv.
Erasmi locus.	cxxxii. clxxvi. clviiij. cli. clxxviij. xl. lvij. cxxxviiij.	Extraordinariorum tertij generis effectus, pagina.	cliiij.
Erit, qualiter intelligatur.	viiij.	Extraordinariorum varia genera.	cliiij.
Error Accursij, Bart, Doct.	ij. b. xiiij. iiij. xxx. ix. x. xliij. lxv. lxij. lxiiij. lxiiiiij. lxxi. lxxiiiiij. lxxxix. lxxiiij. cviiij. cxiiij. xciiij. xcv. cli. cxx. cxxxviiij. xvij. cxxi. clxxxi. cxlv. lxxxviiij.	Extraordinaria, quorum tractatus elegant & noue ponitur	ibidem.
Error Thomistarum.	iiij. b.	Extremum perpendi,	lxiiij.
Errores preceptorum non sequendi,	clxxviij.	Extrema qualiter intelligantur,	lxiiiiij.
Euathlus cum Protagora.	lvij.		F
Eusebius.	cxxiiij.	Faber Stapuleus.	clxxiiij.
Exacti reges quomodo intelligendum.	cxvi.	Fabius.	clviiij.
Ex secundo decreto possessores, aequaliter dominos esse.	xc.	Fabriles operae.	xix.
Excellere si velis, quare materiam tuis viribus aptam.	clxxiiij.	Fabriles operas conduci	xxxiiij.
Excellere alios virtute est odiosum.	cxix.	Fabriles qualiter ad heredem.	ibidem.
Excellentia vnius, multitudini inuisa.	cxix.	Fabriles artificiales esse	xli.
Exceptio intentionis aliter declarata, quae Doctores, &c.	lxiiij.	Fabriles an delegentur	xxxii.
Exceptio intentionis preemptoria recte dicitur.	ibidem.	Fabrilium nomine quae operae	xix.
Exceptio dilatoria non est intentionis.	lxiiij.	Facere aut non facere alteri partem	ci.
Exceptio Macedoniana & Velleiana est intentionis.	ibidem.	Facetum dictum Cecilij.	clxix.
Exceptio in coniecturali est intentionis depulsio.	ibidem.	Fallacia diuisionis	lviiij.
Exceptio de non petendo pacis perpetui intentionis est.	ibidem.	Fallacijs vtitur Bar. in filijs fratrum.	lxxiiij.
Exceptio intentionis, proprie est exceptio, non improprie, contra Doct.	lxiiij.	Falsis instrumentis sententia lata retractatur, sine in integ. rest.	lxxxviiij.
Exceptiones preemptoriae omnes sunt intentionis.	lxiiij.	Fasti, nefasti.	cxxxvi.
Exceptiones in processu incidentes, non sunt intentionis.	ibidem.	Familia alterius si vim facit, latae culpae est, & punitur tamen, &c.	xviiij.
		Familiae nisi essent, Respublica non consisteret.	cxiiij.
		Familiarum curiae	ibidem.
		Famulus domini non potest inuitus delegari alteri.	xli.
		Falces.	cxxxvi. cxv. cxlviiij.
		Feimer, vel Bariselli feruant vestigia triumuirorum capitalium.	cl.
		Felicitas magna clari parentis, boni filij, pagina.	clix.
		Fenestella quando vixerit.	cl.
		Ferre Druso non contingere	clxxviiij.
		Feriae latinae late explicantur	clij.
		Festi dies a Iurisconsultis celebrati quare pagina.	clxxviiij.
		Feudorum origo non vulgata.	cxiiij.
			β 2 Feuda



I N D E X.

- Feuda vim contractus habent. cxxxi.  
 Ficta nō debent periri vt ad vera reducan-  
 tur, contra Doctores xciiij.  
 Fides cuiusq; lites dirimebat. cxvi.  
 Fides in contractibus quanti sit, ibidem.  
 Fidei templum ibidem.  
 Fidei iussores vnde ibidem.  
 Filius quando dicatur potestatem habe-  
 re sui. l.  
 Filij fratrum æquales gradu in capita suc-  
 cedunt, contra Accurs. lxxi.  
 Filium familias extraneo dupliciter ob-  
 noxium esse posse. cc.  
 Filij a parentibus degenerant. clx.  
 Filij in patria potestate qualiter. cxv.  
 Filiorū nomine nepotes, ex text. ad hoc  
 nō perpenso cxliij.  
 Fines agrorum custodiendi contra vici-  
 nos, pagina. cxxxvi.  
 Fines agrorū Numa constituit cxv.  
 Finita die cautionis in damno infect. pa-  
 gina. xciiij.  
 Fiscus. cxxxix.  
 Flavius scriba cxxliij.  
 Flavianum ius ibidem.  
 Fœciales cxv.  
 Fœdera latinorum in columna ænea in-  
 sculpta, pagina. cxviiij.  
 Fores tribunicie semp patuerūt, cxxxviij.  
 Fori mancipia, aduocati. cxx.  
 Fori cura a dilibus commissa. cxxxix.  
 Forum reliquit Tubero, & ad scribens  
 dum se contulit. clxxiiij.  
 Forum disceptationibus exponi. cxx.  
 Foro transuerso in ambulauere Iuriscon-  
 sulti, vt copiam sui exhiberet. clxi.  
 Forenses rabulæ. clxxiiij.  
 Forma mutui. ij.  
 Formis solutio plus quam species atten-  
 ditur. ibidem.  
 Formulæ actionum. cxxij. cxxviij.  
 Framea apud Germanos cxlix.  
 Franciscus Froschius. ix.  
 Fratrum filij æqualiter in capita succe-  
 dunt. lxxi. & seq.  
 Frequentia actus est causa decidendi, pa-  
 gina. cxi.  
 Friburgum mores vetustos Romanorū  
 sequitur in iudicijs capitalibus, quater  
 vocando reum. cl.  
 Friburgensium statuta commendantur,  
 pagina. lxxv. cxviiij.  
 Frugalitas Tuberonis clxij.  
 Frumenti promissor in genere. vij.  
 Frumentaria res clxij.  
 Fumum vendere cxxxviiij.  
 Functio rerum communicabilium, tan-  
 tum in mutuo. i. b.  
 Functionis doctrina ibidem.  
 Fundorum limites. cxvi.  
 Fundi legatum in genere, quando con-  
 sistat, pagina. xxxi.  
 Fundi appellatione, etiā villæ collectio-  
 nem intelligi. lxxxv.  
 Fungibiles res esse species. i. b.  
 Fungibiles res, excepta pecunia, quanti-  
 tatis nomine non censerī. ij. b.  
 Fungibiles res i. b.  
 Fungibiles res quare species nominen-  
 tur, pagina. eadem.  
 Furtum a pluribus commissum, a damno  
 differt, quare. xc.  
 Furtum, vi bon. rap. ob culpam latam pu-  
 niri, pagina. xv.  
 Furtum, Saturni tempore non fuisse, pa-  
 gina. cxxxix.  

G

 Gallorum sacerdotes. cxxiiij.  
 Genus determinatione fit species. iij. b.  
 Genus possessionis vnum esse & multa,  
 pagina. ij. b.  
 Genus quarto modo recte in obligatio-  
 nem venire. iij.  
 Genus quarto modo cōplectitur etiā res  
 cōmunicabiles, seu fungibiles. ibid.  
 Genus æquiparari alternatiuæ, cuius al-  
 tera pars totum collectionis continet,  
 & simul explicata. si ex toto, de lega. i.  
 pagina. v.  
 Genus & species est nunciatio. lxxiiij.  
 Genus anonymum i.  
 Genus quatuor modis nouiter. ibidem.  
 Genus secundo modo pro qualitate, pa-  
 gina. eadem.  
 Genus tertio modo qualitas fungibilis,  
 pagina. i. b.  
 Genus in mutuo vnum esse & tria. ij.  
 Genus communicari plurib<sup>9</sup> speciebus,  
 pagina. iij. b.  
 Genus & specie in incorporalibus. ibid.  
 genus anō



I N D E X.

Genus anonymum non venire in obligationem, pagina.	iiij.	Glossæ nouæ contra cōmunes in totam l. i. si quis ius dicen. non ob.	lxv.
Genus pro qualitate qualiter in obligationem veniat.	ibidem.	Glossæ nouæ ad l. quod Nerua. depo. xix.	
Genus pro qualitate fungibili.	ibidem.	Glossas Accurs. suspecte extulit Barbat. in filijs fratrum.	lxxv.
Generis quarta acceptio.	iiij. b.	Gradus in genere.	iiij.
Generis obligatione omnes species obligari, contra Accur. & Doct.	iiij. b.	Græca fides.	clxxxij.
Generis certi gradus.	iiij.	Græcinus Iulius.	cxix.
Generis obligatione quid operetur partum de non petenda specie.	v.	Grati qui discipuli fuerint erga preceptores, diffuse explicatur.	clxxxiiij.
Genere domus legata.	v. b.	Gratitudo preceptorib <sup>9</sup> debetur.	ibid.
Genere legato si testator nullas species habeat.	ibidem.	Veregratus.	cxxiiij.
Genera dici possunt, nomina propria & appellatiua.	iiij. b.	Guilhelmus Rietheimer.	cxxxix.
Genera noue explicata in materia possessionis.	ij. b.		
Genera male cōfundi & misceri per Doctores.	iiij.	H	
Genera factio hominis limitata.	v. b.	Hæres anomalus	i.
Genera caufarum tria esse et quatuor, pagina.	ij. b.	Hæres diminuto patrimonio testatoris ultra vires grauari non dicitur.	liij.
Genera generalia esse in triplici differentia, pagina.	iiij.	Hastæ ius diffuse tractat.	cxlvij. cxlix.
Generibus quarto modo quid sit commune, pagina.	iiij. b.	Hastæ cœlibaris.	ibidem.
Germanorum militum pœna lancearia, iure non recepta.	cxlix.	Hastula iudicijs etiam hodie prætenditur.	ibidem.
Germanorum sacerdotes diuinis & humanis præfuere.	cxxiiij.	Heliogabalus lenones fecit prefectos vrbis, & cætera.	clij.
Germanis framea, quod nostri lanceam, pagina.	cxlix.	Heracliti opinio de hominum mutatione, pagina.	xxxviiij.
Germania veros feruos nunquam habuit, pagina.	xxxiiij.	Hermodorus Ephesius.	cxix. & cxx.
Germaniæ seruitutes, quas in vsu habet, esse reales.	lxxxv.	Hieronymus Baldugnus.	cxv. & cxliij.
Gladius dictatorius	cxxxvi.	Homo in horas mutabilis, sententia Heracliti.	xxxviiij.
Glossam temperari in. d. seruum. l. cum fundus, si cer. petatur.	iiij.	Homines proprii.	xxxiiij.
Glossæ nouæ in l. frater a fratre. de cond. indebiti.	cxcvi.	Homines proprii, quid possint apud nos	eadem.
Glossæ nouæ ad. d. Cato. in l. iiij. de verbo oblig.	ccij.	Homines proprii ad quas operas teneantur, pagina.	xxxiiij.
Glossæ nouæ ad l. triplici. de ver. sig. xcviiij.		Homines proprios ad viles & turpes operas non teneri.	ibidem.
Glossæ nouæ in. d. libertus, & c.	xxxvi.	Homines proprios ad obsequia teneri, pagina.	xxxv.
Glossæ nouæ, acutæ & subtiles, in l. pater instituto. cum l. seq. de capt.	xliij.	Homines proprii, an ad alimenta teneantur, pagina.	eadem.
Glossæ nouæ in. d. quod vulgo. cum. d. seq. in l. in ratione. ad l. fals.	l.	Honores sine administratione	cxxxviiij.
		Horæ dierum discretæ a Nasica.	clvij.
		Hortensia lex.	cxxvij.
		Hostilia curia senatorum	cxxviiij.
		Humana nō cognosci sine diuinis, cxxiiij.	
		I	
		Iabolenus.	clxxxvi.
		Iafredus Bafforius vir insignis, primarius Sabaudien.	clxxix.
		Iamtum temperamentū tractus facit, xl.	
		Iasonis	



Iasonis improvida obiectio in materia nunciationis	lxxvij	Infamiam an ipso facto, an per sententiam non referre, contra Bart.	ibidem
Iasonem non probari circa legatum ge- neris	vi.	Insulati consules.	cxxxiiij
Identifica qualitas	i.b	Ingenia Docto. defecisse in l. i. si quis ius dicenti, pagina	lxiiij
Ignauia culpam dolo non æquiparari, pagina	xi, xiiij	Ingenia præclara uix carere uitijs,	cxliiij
Ignauia culpam qui contrahant, exem- plis declaratur.	xi.	Iniquum ius qui impetrauit, eo non uti- tur, pagina	cvij
Ignis extinguitur aceto	clxxvij	Iniuria per regem expediebantur.	cxiiij
Ignominia ius	cxxi	Innouare periculosum	clxxxix
Ignominia a censoribus illata non infa- mat, pagina	cxxxv	Instituiffe populum Romanum sine cer- to iure agere, quomodo intelligatur, pagina	cxj
Ignorantia iuris an latam culpam contra- hat, pagina	xij	Institutiones Caij	cxliiij
Imagines deo noluit fieri Numa,	cxv	Intellectus facilis ad l. ubicunque, de reg. iuris,	cxlviiij
Immensa sibi ipsis non constant.	cxxxvi	Intellectus uerus ad l. i. C. de suffra. contra Accurs. & doctores.	cxxxviiij
Immitti in alienas aedes	lxxv	Intellectus uerus ad l. penul. in fi. de ope- ris liberto.	xxxiiij
Imperator iustitiam maxime colat,	cxxxj	Intellectus ad l. si quis nec causam, si cert. petatur	iiij
Imperator quæ ex arbitrio facit, nõ nomi- nari legitima	cxxxvi	Intellectus uerus ad l. si domus, de leg. i. pagina	v. b
Imperium sit apud unum	cxxxix	Intellectus ad l. postquam, §. Imperator. quando leg. no. caue.	cxliiij
Imperia magna diuturna esse non debent, pagina	cxxxvi	Intellectus uarios per glossas, uide in uer- bo, Gloss.	
Imperitia in quam culpam incidat,	xi	Intellectus uindictiarum,	cxliiij
Imperiti si propter quæstum sese ingerant, pagina	xij	Intellectus certissimos sumi ex ui uerbo- rum, pagina	c.
Implicatiua uis	xxxix, lxxvij	Intellectus ad l. patronus, de leg. iij. con- tra Accurs.	clxxxj
Impositio operarum sola non nocet.	xxx	Intellectus facilis & uerus ad l. si quis Ti- cio, de usufru. accre.	cxj.
Improbatio communis opin. in nuncia- tione sociorum,	lxxv	Intellectus uerus ad l. in lege, ad l. Corn. de Sica,	xviiij.
In, præpositio	clj.	Intellectus ad §. Flauius, in l. qui Romæ, de uerbo. oblig.	cxlv
In integrum restitutionis remedium non esse contra ius commune,	cliiij	Intellectus uerus ad §. libertus, l. si nõ for- tem, de condict. indeb.	xxxix
Incendia per negligentiam admissa,	xiiij	Intellectus uerus ad l. iij. §. genera, de ad- quir. poss.	ij. b
Incerta esse quæ gubernantis imperio re- linquuntur,	cxij	Intellectus uerus ad l. iij. §. i. de op. no. nõ. pagina	lxxvi
Incidens exceptio nõ est intentionis,	lxij	Intellectus uerus ad l. i. per tot. si quis ius dicen.	lxiiij
Incolæ nõ omnes ciuitatem faciunt.	cxj	Intellectus uerus & not. in l. si finita, §. ele- ganter, contra doctores, de damno in- fecto, pagina	lxxxiiij
Incorporalia genus & speciem continet, pagina	iiij. b	Intel. ad aut. hab.	
Indebita soluta operæ officiales,	xxxviiij		
Indeterminata quæ mox determinentur, pagina	xlx		
Indicere bellum	cxvi.		
Indocti literatores	clxxiiij		
Ineptias in statutis controuerti.	cxxij		
Ineptire non licet coram iuris grauibus. pagina	cxxxviiij		
Infamia ob latam culpam incurrit.	xv		



I N D E X

Intellectus ad autem, tradita, C. ne filius pro pat.	cxxi.	Ius civile emendare magna utilitas.	xix.
Intellectus verus ad l. de pupillo, §. si plurium. ij. eo. tit.	lxxix.	Ius Papirianum, quia Papirius compilavit, pagina.	cxliij.
Intellectus nouus ad l. si prius, eo. tit. contra omnes.	lxxxij.	Ius migrationis, abzug.	ibidem.
Intellectus verus ad l. in ratione, §. quod vulgo. cum. §. seq. ad l. falc.	lvi.	Iuris originem scire operæ precium.	cx.
Intellectus verus ad §. mutui.	ij.	Iuris actiones populo datae	cxv.
Intelligentiam, vi textuum petendam, pagina.	cxxxij.	Iuris ciuilibus scientia, omne genus, studia complectitur.	clxxxix.
Intentionis exceptio	lxi.	Iuris naturalis ignorantia non excusat, pagina.	xij.
Intentionem pro actione poni.	ibidem.	Iuris scientia apud collegium Pontificum, pagina.	cxxij. & cxxij.
Interdicta etiam ob latam culpam committi, multa exempla.	xvi.	Iuris ciuilibus scientiam non esse facilem, pagina.	clxvi.
Interesse partium apertissime excluditur in l. i. si quis ius dicenti.	lxy.	Iura parum valent, nisi asserantur, &c. pagina.	cxxxij.
Interesse sociorum duplex	lxxvij.	Iura non discordare in obligatione generis & alternatiua.	v.
Interpretandi authoritas non omnium, pagina.	cxx.	Iura popularia, leges sciscere, magistratus creare, &c.	cxliij.
Ioannes Ambroster	vi.	Iuristis assuetum latinum usurpandum, exigit Alexander de Imola.	lx.
Iouetonante non ferebatur lex	cxxxij.	Iurisconsulti disputatio oblectandi causa, pagina.	lvij.
Ire agere	ccvij.	Iurisconsulti foro medio, ob copiam sui inambulant.	clxi. & clxij.
Iter fieri, & non fieri, quo minus, &c. iter esse, contra Accur.	ccij.	Iurisconsulti plures nominant.	clxxxvij.
Iucunda non est possessio scientiæ sine socio, pagina.	clij.	Iurisconsultorum honoraria	clxxxij.
Iudicem in casu latae culpæ capite puniri, pagina.	xx.	Iurisconsultorum fata	ibidem.
Iudices non eligi pecunia	cxxxvij.	Iurisconsultis parentibus, natales illi strantur.	clxxxvij.
Iudicium si non præcesserit, graue est præiudicium	cxxxi.	Iuridicialis status comprehendit exceptionem, Maced. Velleia.	lxij.
Iudicij tractus successiuus	lxvi.	Iurisdictionis nomine prætoriam intelligi, pagina.	cxxxij.
Iudicia non esse præcipitanda	cxxix.	Iuris peritia quibus rebus comparatur, pagina.	ibidem.
Iudicia publica nisi frequententur, subuertit rem publicam, dixit Socrates, pagina.	cli.	Iustos possidere ex secundo decreto æqualiter dominos, &c.	xc.
Iudicia subitanea in causis iniuriarum, pagina.	cxij.	Iuuentius.	clxij.
Iudicia capitalia, in eis quater reus vocatur, pagina.	cl.	<b>L</b>	
Iudicia etiam sub regibus erant	cxij.	Labeo & Capito, hic mollior, ille constantior, pagina.	clxxvij.
Iudicialium ignorantia non excusat litigantem, pagina.	xij.	Labeo vir constantior	clxxv. & clxxvi.
Iulianus.	clxxxvij.	Libertatem maxime asseruit Labeo.	ibid.
Iunius Brutus.	cxxxij.	Labor pertinax frangit.	clxxvij.
Iuramentum in litem præstari ob latam culpam, pagina.	xij.	Labori merces accedat.	clxxxij.
Ius Flavianum.	cxxij.	Lancearum vibrandarum poena in reos prohibita.	clxix.
Ius civile anonymum	i.	Laniena.	clxvi.
		Lapides	



I N D E X.

Lapides sacri, termini agrorum	cxvi	Lex incerta an & qualis Romae fuerit, ex	
Lasciuunt quae supra modum sunt elata,		Lex Clodia qua scribarum quaestus coer-	
pagina	cxxxvi	cebatur	cxliij
Lata culpa, uersutiae, ignauiae	xiiij	L. qui Romae, §. Flauius & c.	cxliij, cxlv
Lata culpa uersutiae semper dolo aequipa-		L. qui se debere, de condi. ob cau.	lxi
ratur	xiiij	Lex tribunicia	cxvij
Lata culpa in deposito, infamia, iuramen-		L. patronus, in principio, de leg. iij, male	
to in litem, & caetera, dolo aequiparari,		intellecta per Accurs.	clxxxij
pagina	xv	L. postquam, §. Imperator, quando leg.	
Lata culpa in poenis corporalibus uenit,		no. pagina	cxliij
pagina	xvij	L. unica, C. de suffra, recte & noue expli-	
Latae culpae gradus in dolum non excur-		cata	cxlvvij
runt	x	Lex diuerso, cum II. dissidentibus coacor-	
Latam culpam in duo genera distribui,		data, pagina	lxxxix
pagina	xi	L. unica ad l. Pom, de paric. explicata, pa-	
Latam culpam a latiori & latissima non		gina	clj
distingui, contra Bart.	x	Lex Hortensia	cxliij, cxlvij
Latinae libertatis uestigia relinqui in qui-		L. plane, §. si coniunctim, de leg. i. contra	
busdam dominis, qui sacerdotibus suc-		Paulum Castr.	xcvi
cedunt	cxlv	L. saepe, uers. sed sciētibus, de re iud.	cvj
Latinae feriae	clij	L. Lucius, de pos. declarata	lxxxiiij
Latini	cxliij	Legē ferre nephas loue tonante.	cxliij
Latinorum foedera in eneam columnam		Leges curiatae	cxliij
incisa	cxviiij	Leges & medicos multiplicari denotat ui-	
Latissima culpa non est manifestus dolus		rium populi	cxv
pagina	x	Leges Solonis cur Romam accitae.	cxl
Latinum Iuristis assuetum & solitum, ser-		LL. uariae nouiter intellectae, quas uide	
uari oportere, Imol, putat	lx	in uerb. intellectus, uerb. noua.	
Laurus Pontificum & Caesarum domos		Leges abrogari & nouas constitui, ut li-	
ornabat	cxliij	ceat nouare	cxli
Laurea corona ornabatur praetor.	cxlvij	Leges praediales	clxxx
Laus Friburgensium.	lxxv, cxviiij, cl	Leges, xij. tab. commendari	cxlvi, cxliij
Laus boni uiri.	cxix, & cxx, clxxxvij	Leges ab initio paucae increuerunt.	cxv
Laus scientiae legalis.	clij, clvij, clxxi	Leges Solonis non attulerunt decem uis-	
Laus urbis Constantiae	cxviiij	ri, sed tres	cxvij
Lecticariorum operae & opera	xxvij	Legis uerba moderanda	cci.
Legalis scientia, regia disciplina.	clij	Leges Romuli	cxliij
Legalis scientia praestat eloquentiae.	clxxi	Leges ciuiles commentis foedari.	cxv
Legalis sciētia laus, cxix, cxx, clxxxvij, clxxi		Legum custodia apud regem.	cxliij
Legatum generis ualet regulariter.	v. b	Legum scientia.	clij
Legatum annuum in genere	viiij	Legitima potestas non dicitur, cum Im-	
Legatum uini ex fundo	vij	perator ducitur arbitrio.	cxlvvij
Legatum seruo communi	ciij	Lenones praefecti urbis erant ab Helio-	
Legata contribui	li.	gabalo	clij
Legata pupili, non semper referre aequali-		Leuissima culpa non est species	xi.
num.	li.	Libertus in fabrilibus an alendus.	xxxij
Legata coniunctis facta quando faciant		Libertus agrotans	xxix
partem, uel non	ci. & seq.	Libertus negotiator	ibidem
Legati Romam uenientes honorifice eu-		Liberti cum patronis quando habitent.	ibid.
rabantur a quaestoribus.	cxl	Liberti in libertatem erepti.	ibidem
		Liberto	



I N D E X.

Libertorum vxores.	xxxij.	Manus, arbitrium	cxij.
Libertorum tria genera	cxliij.	Manus regia	ibidem.
Libros non scriptis Corunc.	clix.	Manibus ambulare quendam rurico-	
Licere, ccv. & ccviiij.		lam, & cetera.	cxxxviiij.
Ligarius, & eius accusatio,	clxxiiij.	Marci Sej liberalitas, dum cara esset an-	
&	clxxiiij.	nona, pagina.	clij.
Limitatio noua ad l. item veniunt, & cum		Marcorem animi conciliari mutua quie-	
prædiximus, &c.	lxxxvij.	re, pagina.	clxxxvij.
Limites fundorum.	cxvi.	Mafurius Sabinus.	clxxx.
Literatores indocti.	clxxxiiij.	Materia in mutuo.	ij.
Locata & cōducta opera, & opa,	xxxij.	Materia quaerenda, in quo possis excel-	
Loquentis personam excipi.	lxix.	lere, pagina.	clxxxij.
Lucretia.	cxvi.	Matutinum, mane.	cli.
Lyptote figura mollior.	xx. lxvi.	Maximilianus Diuus Caesar manumit-	
M		tere noluit inuito domino.	xxxiiij.
Macedoniani, Velleia, esse exceptiones		Mediastini serui.	xxxix.
intentionis.	lxij.	Medicus patronus si sub se habeat liber-	
Maced. Velleia. exceptiones competere		ros medicos.	ibidem.
in statu iuridicali	ibidem.	Medicus libertus	ibidem.
Magis, non poni electiue, sed compara-		Medici liberti inter operas communes,	
tive, in d. mutui.	ij.	pagina.	xxxi. xxxiiij.
Magister equitū, & eius potestas,	cxxxvi.	Medicos multiplicari non conuenit rei-	
Magistri disciplinae censes.	cxxxv.	publica, pagina.	cxv.
Magistratus qui longo tempore durant,		Mediae operae delegari possunt	xxxi.
pagina.	cxli.	Mediae operae cuius sumptu conducantur,	
Magistratus decemuiralis nefanda faci-		pagina.	xxxiiij.
nora, pagina.	cxliij.	Media sub verbo, sequentium, non in-	
Magistratus pudoris censes.	cxxxv.	telligi, pagina.	lxiiij.
Magistratus vnus fungitur aliquando		Mediocritas.	clxxi. clxxvi.
magistratu alterius.	cli.	Mediocritas Mutij.	clxxi.
Magistratus nomine, prator	cxxxij.	Melliores inter seruiles operas	xxxvij.
Magistratus maiores auspicio creati,		Meum recte nomino, in quo ius habeo,	
pagina.	lxv.	pagina.	cxiiij.
Magistratu abstinere.	clxxvi.	Migrationis ius vulgo abzug, vnde or-	
Magistratibus abrogatis mansit tribunis		tum, pagina.	cxiiij.
cia potestas.	cxli.	Militis nomen a Docto, impertinenter	
Magna imperia nō sunt diuturna,	cxxxvi.	assumitur, pagina.	clxx.
Magna felicitas est boni parentis, boni		Milites terribiles aspectu Romulum se-	
filij, pagina.	clix.	quuti, pagina.	cxv.
Magna ciuitas non expenditur ex mul-		Militaria delicta capite puniri.	xvij.
titudine capitum.	cxv.	Mimus Publilianus.	cxxxv. clxxxiiij.
Maioribus nostris tanta fuit cura iuris il-		Minutius prator.	cxxxvi.
lustrandi, quanta imperij cooprandi,		Missi ex secundo decreto æqualiter do-	
pagina.	clij.	mini fiunt.	xcv.
Manilius	clxi.	Missi ex primo decreto concursu partes	
Manuales, operae fabriles	xv.	non faciunt.	ibidem.
Manumissi nostri an teneantur ad obse-		Modica discrepantia non curat.	cxxxviij.
quia, pagina.	xxxv.	Modicitas diuitiarum ad naturam legem	
Manumissionis beneficium pecunia re-		composita.	clxxxiiij.
dimi, pagina.	xxxiiij.	Modus institutionis.	xxiiij. & xxv.
			Monarchia



Monarchia quomodo apud Romanos cepit, pagina.	cxxix.	gina.	cxix.
Monstruosa proles necabatur	cxv.	Nempe pro certo.	xl.
Moraliter non ad punctum iura exaudi- ri, pagina.	cxxvij.	Nerua Iuriconsultus.	clxxx.
Mori constituit Nerua.	clxxvij.	Neracius.	clxxxvi.
Mox.	cxxvij.	Nenon, sub particula ne non, assertio- nem esse	ccv.
Mulierem nudam non conspici	cxv.	Nobiles vix admiserunt plebem in publi- cis muneribus.	cxlvi.
Muliere adstante turpia nō loqui.	ibid.	Nobilibus in communi castro si legetur, quomodo partem faciant	cij.
Mulierū imperia noxia.	cxxix. & cxxx.	Nobilitas cum plebe iam auxiliando dis- sidebat, pagina.	cxlvij.
Mulieribus de via cedendum	cxv.	Nocturna officia.	xxvi.
Multitudo legum & medicorum dete- standa.	cxx.	Nominalium autoritas.	iiij. b.
Multitudo populi ciuitatem magnā non facit, pagina.	cxv.	Non posse nunciari ob rusticam seruitu- tem, noua ratio	lxxxj.
Mundus adolescens propter stuprum punitus, pagina.	xij.	Non protinus vociferandum, si quid dis- sidere videatur.	clxxxix.
Muta quies ex Eras.	clxxvij.	Noricus textus.	cx.
Mutius Publius.	clxi.	Nouare ex veritate praeclarum	clxxxix.
Mutius dedit doctrinas generales.	clxv.	Nouandum esse si necessitas exigat.	ibid.
Mutius timebatur à Crasso, qui adulari populo voluit.	cxxxvij.	Nouus & facilis intellectus, verus & sum- datus ad l. si prius. eo. tit.	lxxxiiij.
Mutius noluit altos magistratus.	clxxi.	Nouus intellectus ad l. i. §. fin. si quis ius dicen, pagina.	clxiiij.
Mutua vice fungi magistratus.	cli.	Nouus intellectus ad l. si generalis.	lxxij.
Mutur forma.	ij.	Noua ratio ad §. cum praediximus. in l. item veniunt. de pet. hered.	lxxxvij.
Mutuuum circa duo versari.	ibidem.	Noua ratio ad l. si quis Titio. de usufruct. accresc. pagina.	cij.
Mutuuum & eius tractatio.	ibidem.	Noua ratio cur ob seruitutem rusticam non nunciatur, pagina.	lxxx.
N			
Nasicae scomma ad rusticum.	cxxxvij.	Noua declaratio circa exceptionem in- tentionis.	lxi.
Natales à Iuriconsult.	clxxxv.	Noua explanatio circa nunciantis esse- ctum, pagina.	lxxv.
Natum esse à Iuriconsultis laus est, pa- gina.	clxxxiiij. clxxxv.	Noua declaratio super vniuersali propo- sitione, pagina.	lxxix.
Natura pro conditione.	xix.	Noua ratio circa officiales & artificiales, pagina.	xxx.
Natura variat rebus sic dictantibus, pa- gina.	cxxix.	Noua ratio in compensatione sextantis, pagina.	ix.
Natura res similes.	i. b.	Noua extensio ad §. si quis ipsi. in l. de pu- pillo. de op. no. nun.	lxxx.
Naturalem & ciuilem possess. non differ- re specie.	cxxvi.	Noua explanatio, vbi verbalis nunciatio sit necessaria, contra Doct.	lxxvi.
Naturalia contractuum, & eorum noua distinctio.	lxxxvi.	Noua ratio circa legatum fundi.	vi.
Naturaliter fit vt facile dissentiamus, pa- gina.	cxx.	Noua ratio in legato seruo communi fa- cto, pagina.	cij.
Nazianzenus quaestum sacerdotum cō- queritur, pagina.	cxv.	Nouae & non audita differentiae inter coniunctos	
Nefas miscere.	clxij.		
Negationem esse exceptionem, contra Doctores.	lxxij.		
Negocia semper Drusus habuit.	clxxvij.		
Negociator libertus.	xxix.		
Nemo vnus excellat dicunt Ephesij, pa-			



- cōiunctos re & verbis, & cōiunctos  
 verbis, pagina. xcvij.  
 • Nouum singulare in pecunia numerata,  
 pagina. lxxxvij.  
 • Noue explicata genera. ij. b.  
 • Numero, pondere, & mensura consisten-  
 tia genera. vij.  
 • Nudam mulierem non conspici. cxv.  
 • Nunciationem vnus ex socijs non tene-  
 re, contra Bart. lxxx.  
 • Numæ instituta. cxv. cxvi.  
 • Numeri libertas. cxvij.  
 • Nunciare socius socio non pōt. lxxvi.  
 • Nunciari non posse ob seruitutem rusti-  
 cam, pagina. lxxxi.  
 • Nunciatio sociorum. lxxvi.  
 • Nunciatio ob seruitutum iura. lxxv.  
 • Nunciatio verbalis quando necessaria,  
 pagina. lxxvi.  
 • Nunciationis effectus in transferenda  
 possessione. lxxv.  
 • Nunciatio genus est & species. lxxvij.  
 • Nunciationis effectus. lxxv.  
 • O  
 • Obiter. clxxxi.  
 • Obligatio generum consentientium nu-  
 mero, pondere, & mensura. vij.  
 • Obligatio generis q̄rto modo. iij. b. xiiij.  
 • Obligatio obliqua quando in patrem re-  
 flectatur, pagina. cxcvij.  
 • Obligationem per filium patri partam in  
 patrem non reflecti. cxcvij.  
 • Obligatione ad antidora iuris errore so-  
 lutum nō repeti, contra omnes. xxvij.  
 • Obsequia non esse operas. xxv.  
 • Obsequiorum species. xxvi.  
 • Obsequiorū effectus & obligatio. xxvij.  
 • Obsequiales operas nō nominari. xxv.  
 • Obtemperare ius dicenti quis non dica-  
 tur, pagina. lxiiij. lxvi.  
 • Octuarij. clxix.  
 • Ociosus nunquam Drusus fuit. clxxvij.  
 • Ocia temperata. ibidem.  
 • Odiosum est alios virtute excellere. cxix.  
 • Officium pro officialibus. xxxvij.  
 • Officium dupliciter accipi. xxvi.  
 • Officium diurnum opera. ibidem.  
 • Officia perpetua dimisit Tiberius, pagi-  
 na. cxxxvi.  
 • Officiales qualiter praestentur. xxxi.  
 • Officiales praestatione pecuniæ redimi  
 non posse. ibidem.  
 • Officiales operæ locatae. xxxiij.  
 • Officiales an ad heredem extraneum,  
 pagina. ibidem.  
 • Officiales operæ qualiter repetantur in-  
 debite soluta. xxxvij.  
 • Officina. cxlv.  
 • Officiales vnde dicantur. xxvi.  
 • Officiales in dubio nomine operarū ve-  
 niunt, pagina. xxx.  
 • Officiales creditorib⁹ an delegent. xxxi.  
 • Officiales promissæ. xxx.  
 • Officiales a fabrilibus in seruis non di-  
 stingui, pagina. xxvij.  
 • Officiales operæ. xxvi.  
 • Officialium appellatione quid veniat, pa-  
 gina. xxvi.  
 • Officialiū operarū declaratio alia. xxvij.  
 • Offilius acetum pœnoris loco posuit, pa-  
 gina. clxxvij.  
 • Oldradi sententia in consilijs scripta cir-  
 ca vniuersalem probatur. lxxi.  
 • Omnia pro vtrifq; usurpari. lvi.  
 • Opera diurnum officium. xxvi.  
 • Operam dare. clxxij. clxxvi. clxxvij.  
 • Operæ omnes aliquādo officiales dicun-  
 tur sine delectu. xxxvij.  
 • Operæ duplices. xxvi.  
 • Operæ in genere indictæ. xxix.  
 • Operæ officiales eleganter declarantur,  
 pagina. xxvi.  
 • Operæ seruiles. xxvij.  
 • Operæ mediæ seu cōmunes. ibidem.  
 • Operæ in hoibus proprijs. xxxiij. xxxiij.  
 • Operæ gratuite ab amicis prestita. xxxij.  
 • Operæ cuius sumptu. xxxi. xxxij. xxxiij.  
 • Operæ feudales militares. xxxvi.  
 • Operæ locatae vel conductæ. xxxij.  
 • Operarum sola impositio nō nocet. xxx.  
 • Operarum fabrilium declaratio. xxvij.  
 • Operarum appellatione in dubio officia-  
 les veniunt. xxx.  
 • Operarū effectus vtrifq; cōmunes. xxvij.  
 • Operarum inter se differentia. xxx.  
 • Operarum communio. xxix. xxx.  
 • Operas aliter conduci & locari, quam o-  
 pera, pagina. xxxij.  
 • Opiliones inter seruiles operas. xxvij.  
 • Opinari aliud, aliud verū asserere. cxxvi.



I N D E X.

Opinio Bulg. defensa in l. i. §. i. si quis ius dicenti, pagina.	lxij.	Panarium pro Panfa legendum	clxij.
Opinio Ioan. contra Azo. defensa.	ij.	Papirius cum dentibus nascitur.	clv.
Opinio Heracliti, Plutarchi de homine in horas mutabili.	xxxviij.	Papirius prætectatus.	cliiij.
Opiniones communes in varijs locis improbantur, verb. Error, verb. Accur. verb. Barto. verb. Intellectus.		Papirianum ius.	cxliij.
Opinionis communis nomen, sapenuero suspectum.	clxxx.	Parœmia.	cxlvi.
Opinionis nomē aut superfluum, aut periculosum.	clxxix. & clxxx.	Pars speciei soluta in obligatione generis, pagina.	v.
Opiniones, ouium gregi comparari, pagina.	eadem.	Parentum filij si boni sint.	clix.
Opiniones quando sint sequendæ. ibid.		Paricidium duplex.	cxl.
Opiniones vnde oriuntur.	clxxix.	Paricidij quæstores.	cxl.
Opinionum pericula.	cxxxiiij.	Parfimonía Q. Tuberonis.	clxiiij.
Opinionibus communibus non semper fidendum, pagina.	clxxix.	Partem alteri facere, vel non facere, quid sit, pagina.	ci.
Optima sentire de dijs.	cxv.	Partes facere ab initio coniunctos re & verbis, pagina.	xcv.
Opus, patris testamentum	lv.	Partes, factiones intelligi.	cxxxix.
Orchestra.	clxxx.	Partim	cxlvi.
Ordo plebeius.	ibidem.	Passus est, admisit	cxvij.
Ordo equester.	ibidem.	Patercina corrupte legi.	clxviij.
Ordinis nomine quid.	ibidem.	Patres.	cxxxviij.
Ordinem qui colligit, author dicit.	cxliij.	Patria potestate filij qualiter emittebantur, pagina.	cxv.
Ordinem non seruasse semper compilatores, pagina.	xlviij.	Patris opus, testamentum.	lv.
Ordinariorum & extraord. concursus, pagina.	ciiiij.	Patricij, magistratus gerebant.	cxliij.
Ordinariorū & extraord. tractatus late & eleganter explicatus.	ciiiij. & seq.	Patricij.	cxxxviij.
Origo creandorū doctorum.	clxxxiiij.	Patronus si sit medicus, & habeat sub se liberos medicos.	xxxix.
P		Patroni si in indicendis operis non concordent, pagina.	xxix.
Pactum de nō petendo q̄liter elidat.	lix.	Paulus apostolus ab Hiero. male latinis tatis notatur, pagina.	clxxxiiij.
Pactum pacto si opponit, quis effectus, pagina.	eadem.	Paulus Iurisconsultus scotinos.	ij.
Pactum de non petendo Sticho in obligatione generis.	v.	Pauones saginati per Aufidium Lureonem, pagina.	clxviij.
Pactum de non petendo alteram partem ex alternatiuis.	ibidem.	Pauperras honesta in literatis laudatur, pagina.	clxxxiiij.
• Pacta de non petendo pariunt exceptionem intentionis.	lxij.	Pecunia an cum argento functionem recipiat, pagina.	iiij. b.
Pacta curialia.	xxxiiij. cxliij.	Pecunia.	i. b.
Pagi a Numa instituti.	cxvi.	Pecunia vere corpus est & species	ij. b.
Palamedes tesseram bellicam inuenit, pagina.	clviij.	Pecuniæ numeratæ nouum singulare, pagina.	lxxxviij.
Palmus terræ timetur in fundo legato, pagina.	vi.	Pecuniæ nomine explicata difficultas in l. omnia. si cer. pe.	iiij.
Pandectarum architectus.	cxli.	Pecuniam posse obfignatā legari, & nihilominus alteri numerari.	iiij.
		Pecuniam habere aliqua præcipua in mutuo, pagina.	ij. b.
		Pecuniam in ceteris contractibus sub argenti marca intelligi.	iiij. b.
		Pedanci	



I N D E X.

Pedanei iudices	cxxviiij.	Populus olim cornu, vel buccina vocatus, pagina.	cxxviiij.
Pellibus hœc dinis Itrauit Tubero.	clxiiij.	Populum difficile conuenire.	cxxviiij.
Peremptoria exceptiones sunt intentionis, pagina.	eadem.	Populum Rhomanum instituisse incerto iure vti, pagina.	cxi.
Permissio non inducit auctoritatem, pagina.	clij.	Populares leges curiatae.	cxxiiij.
Perfius.	cxlv.	Popularia iura.	ibidem.
Personam loquentis excipi	lxix.	Porcia familia.	clxi.
Petrus Stella Doctor Aureliens.	cxciij.	Possidere iussos ex secundo decreto æqualiter dominos futuros.	xc.
Philosophiæ fructus, reipublicæ professe, pagina.	clxxvi.	Possessio quomodo transferatur in nunciacione seruitutis.	lxxv.
Picus Marcius in capite Tuberonis, pagina.	clxiiij.	Possessio apud quem relinquatur in causa status, pagina.	clxiiij.
Pignoris causam qualiter creditor in iudicium deducat.	cviiij.	Possessio doctrinæ non est iucunda sine socio, pagina.	clxiiij.
Piso præfectus vrbis viginti annis.	clij.	Possessionē vnā tantum esse, sed duas qualitates, ciuilem & naturalē.	cxxvi.
Plato.	cxxv.	Potestatem referri ad maiores magistratus, pagina.	lxv.
Platonis dictum.	cxliij.	Præceptores sequi, non facile ab eis recedere, pagina.	clxxviiij.
Plebs difficulter admissa, vt cum nobilibus in officijs participaret.	cxliiiij.	Præceptores excusari oportere.	ibidem.
Plebs cum nobilitate semper dissidebat, pagina.	cxlvij.	Præceptorum errores non sequendos, pagina.	clxxviiij.
Plebeius ordo.	xviiij.	Præceptoribus debet gratitudo.	clxxxiiij.
Plebiscita quando orta.	cxxviiij.	Præceptoribus quantum fidendum sit, late explicatur.	clxxviiij.
Plena barba Tribunos eligi.	cxlvij.	Prædia seruientia noue distingui.	lxxxv.
Pliniana sententia.	cxl.	Prædiales leges.	clxx.
Pluit carne quæ non perputruit	clxvi.	Prædiatores.	ibidem.
Plurale pro singulari.	cxvi.	Præfectus annonæ.	clij.
Plures patroni si discordent,	xxix.	Præfectus vrbis.	clij.
Plutus.	clxxxiiij.	Præfectus latinarum.	ibidem.
Pocillum vini Ioui voueri.	cliiij.	Præfecti moribus censores.	cxxxv.
Pœna lancearum vibrandarum in reos prohibita, pagina.	cxlix.	Præfectos prætorio non esse magistratus legitimos.	cxxxvi.
Pœna mouentis terminos.	cxvi.	Præiudicium græe, quod non habet iudicium, pagina.	cxxxij.
Pœnam in stipulatione subijci vt seruentur promissa, vnde non nouat.	xlj.	Præsidentes sunt effectus iuris.	cxxxiiij.
Pœnæ corporales ob latam culpam, pagina.	xviiij.	Præstare	clxxxiiij.
Politus.	v.	Prætor.	cxlviiij.
Poma missa in Vatinius.	clxix.	Prætor vrbanus.	cxlviiij.
Pompeius.	clxiiij.	Prætor peregrinus.	ibidem.
Pontifices à Numa.	cxv.	Prætor personam nunciantis non assu- nat, pagina.	lxxviiij.
Pontifices præsidebant iuribus.	cxviiij.	Prætoris nunciatio non requirit sociorū distinctam partem.	lxxviiij.
Pontificum munus.	ibidem.	Prætoris differentia à simplicibus iudicibus, pagina.	lxxviiij.
Pontificum & Caesarum domos laurus ornabat.	ibidem.		
Populus difficilius colligitur, quā plebs, pagina.	cxxviiij.		
Populus principi imperium dedit inuius, pagina.	cxxix.		



Prætores .XVIII.	cl.	Publice data domus	clviij
Prætores prouinciales etiam res urbanas moderabantur	cl.	Publius Confa imperitus Jurisconsultus quem irrifit Cicero	clxviij
Prætextatus Papirius	cxliij, cliij	Publius Mutius	clxi
Primipilus annonæ diuisor	cliij	Publius Rutilius	clxij
Princeps Romanus Maximilianus non mantimifit inuito domino.	xxxiiij	Pudoris magistratus cenfores.	cxxxv.
Prifcus Neracius	clxxxvi.	Pupillus qualiter habere propria bona poffit	li.
Prifcus Iabolenus	ibidem	Pupillares tabulæ quando intereunt, quãdo à l. Corn. excidüt.	xlviij. xlix. & l.
Priuata ſententijs expediebantur etiam ſub regibus, non manu, contra Bart. pagina	cxij.	Pupillaria legata an ſint æs alienum, pagina	li.
Priuilegia ſcribarum	cxliij	Putatius debitor	lxi.
Procurator ſi cõfiteretur, ſaluus eſt exceptio pecuniæ non numeratæ domino, ac ſi ipſe confiteretur	cvij	<b>Q</b>	
Procurator poteſt cõfiteri de recepta pecu. contra Bart. & communes.	ibid.	Quæſtum ſcribarum coërcuit lex Clodia contra finantzer	cxliij
Prodeſſe Reipub. Philoſophiæ fructus, pagina	clxxviij	Quæſtus ſacerdotum etiam Nazianzenum flagellauit	cxv
Proles monſtroſa necari potuit	cxv	Quæſtores	cxl.
Prolixa diſputatio contra Doct. quod pgnalis ſtipulatio ſubiecta, non nouet, pagina	xliij	Quæſtores paricidij	ibidem
Promiſſor frumenti in genere.	vij	Quæſtorum officium, & cura circa legatos, pagina	eadem
Promulgare quid ſit	cxliij	Quæſtorum ſcribæ eis dominabantur, pagina	cxv.
Propoſitio uniuers. noue enucleata.	lxix	Qualitas eſt quæ generis nomine cenſetur, pagina	i.
Propoſitionem uniuersalem non intelligi uniuersaliter	ibidem	Qualitas identifica	i. b
Propria generis acceptio	iiij. b	Quanti ea res quomodo intelligat.	lxviij
Proprij homines quid poſſint apud nos, & omnino quæ ſint eorũ iura, xxxiiij. & ſeq. & in uerbo, Homines		Quantitas pecunia nominatur, cum ſit ſpecies	ij. b
Protagoræ dilemma	lvij	Quantitatis nomine res fungibiles non cenſeri, pagina	eadem
Prouerbia, cxliij, cxlvi, cxlix, cxlvi, cxxxviiij.	cl. cxlix.	Quali ſimiles res natura	i.
Prouocari nõ licebat à decemuiris.	cxix	Quater uocati rei in iudicijs criminalibus, pagina	cl.
Prouocatio quo tempore coepta, & q̄ ſalubris,	ibidem	Quatuor uiri uiæ curandæ	cxlix
Prouocationem deteſtatur philoſophus, quod per eam magistratus diſſoluantur, pagina	cxix.	Quies mutua	clxxviij
Prudentum reſponſa non eſſe interpretationem prudentum	cxliij	Quintilianus	clx
Publicari fores ſcientiarum	cliiij	Quintus Fabius.	clviij
Publicum terrarum concilium Rhoma, pagina	cxliij	Quintus Ligarius	clxxij
Publica uectigalia principis	clxix	Quintus Tubero	clxiiij
Publica per regem, priuata ſententijs expedita,	cxij	Quo nomine	clxxiiij
		<b>R</b>	
		R. litera a quo primum fuerit inuenta, pagina	clv
		Ratio domina legum	xxv
		Referrri uerba non ſemper ad proxima, pagina	cxl
		Regi debetur legum cuſtodia	cxliij
		Regia manus	cxij
		Regia	



I N D E X.

Regia laus	cxxxvi.	Romæ sordida artificia nō fuere.	cxliij.
Regna sine bellis nō crescunt.	ibidem.	Romanæ vrbis fundatio variat.	cx.
Relatiuum, quod iunctum futuro.	vij.	Romanum imperium publicum est ter-	
Remedium in integrum restitutionis nō		rarum concilium.	cxxxij.
esse contra ius commune.	ciij.	Romani principis immensa potestas dif-	
Remus a celere occisus.	cxxxij.	fuse describitur	cxxx.
Repeti per expolitionem.	cxxi.	Romani pontifices leges occultabant, ut	
Repeti qualiter possint operæ officiales,		polleret eorū authoritas.	cxxv.
pagina.	xxxvij.	Romani libertini	cxliij.
Repressalia vnde.	cxvi.	Romanorum ordines.	clxxx.
Respublica quomodo ad monarchiam		Roma.	cxxxij.
venit, pagina.	cxxxix.	Rom. populus sine certo iure.	cx.
Res natura vel quasi similes.	i. b.	Rogatio.	cxxxiiij.
Respublica sine familijs nō consistit, pa-		Rogationes barbære pro litanijs.	cxxxiiij.
gina.	cx.	Romuli leges.	cxliij.
Respublica legum & medicorum multi-		Rostra locus fori.	cxvij.
tudine male audit.	cx.	Rustica seruitus	lxxx.
Res cōmunicabilis in genere vendita.	vij.	Rustici per iocum, manibus ambulare di-	
Res fungibiles excepta pecunia non esse		cti, pagina.	cxxxvij.
quantitates.	ij. b.	Rutilius Ruffus.	clxij.
Res cōmunicabiles etiam genera esse			
quarto modo.	iiij.	S	
Respublicæ pestis, cupere dñationē.	cxli.	Sabinus	clxxx. clxxxij.
Respublicæ prodesse, est philosophiæ fru-		Sacerdotes qui, quales, quot, quibus mo-	
ctus, pagina.	clxxvij.	ribus, qua ætate, lex Romuli.	cxv.
Rempublicam Rhomanam publicū esse		Sacerdotes Germanorū supremi.	cxliij.
terræ concilium.	cxxxij.	Sacerdotia Romulus noluit esse venalia,	
Rempublicam studio adiuuari	clxxvi.	pagina.	cxv.
Recōiuncti, & coniunctorum materia		Sacerdotum olim dignitas	cxxxij.
pagina.	c. & seq. & ci.	Sacerdotū quæstum Nazian. detest.	cxv.
Re & verbis coniunctorum materia, pa-		Sacerdotibus succedere dominos.	cxlv.
gina.	xciiij. xcv. vsq; ad. ciij.	Sacra via.	clvij.
Rerum cōmunicabilium genera.	ij.	Saluius Iulianus.	clxxxvij.
Reseruata principi.	cxxx.	Sardonius risus.	cli.
Resolutio textuum.	xxxij.	Satellites.	cxv.
Resolutiones subtiles in l. pater instituto		Satis, cum superlatiuo	clxxxij.
de capt. pagina.	xlviij.	Saturni tempore nō fuit furtum.	cxxxix.
Respondendi de iure facultas præiudica-		Scæuolarum familia.	clxv.
bat, pagina.	clxxxij.	Scæuolæ vita.	clxi.
Responsio Zalsij ad obiecta D. Petri Stel-		Scientiæ possessio non est iutunda sine	
læ Doct. Aureliē, viri insignis.	cxliij.	socio, pagina.	cliiij.
Responsa prudentum non esse interpre-		Scientiam iuris omne genus studia com-	
tationem prudentum.	cxxxij.	plecti, pagina.	clxxvij.
Retractari sententiam sine in integrum		Scientiam diffundi in alios.	cliiij.
restit. ex falsis instru.	lxxxvij.	Scientiam aliquando abscondi debere	
Reus qualibet exceptione ad interitum		contra ardeliones.	ibidem.
actionis composita, vsus est exceptio-		Scipio Nasica.	clvij.
ne intertionis.	lxij.	Scomma iocosum.	clxvij.
Reus capitis quater vocatur.	cl.	Scomma Nasicæ ad rusticum.	cxxxvij.
Reorum scopulus.	cxlvij.	Scribi sæpe contingit, tamen sine scripto	cxxi.
		nominatum.	
		Scribæ	



I N D E X.

Scribæ gubernabant quæstorem, hodie finantzer	cxxv	Seruos ueros non habet Germania, ex Cornelio Tacito	xxxij
Scribarum commendatio diffusa, cxxiij		Seruorum & animalium operas non dis- tingui, pagina	xxvij
Scribarum quæstus cõpressi, Clodia, cxxiij		Seruis cõmunibus si legetur, quomodo partes faciant	cij
Scriptura si fiat, nihilominus rē sine scri- pto dici, pagina	cxxi	Seruitutis nomine libertatem intelli- gi, pagina	lxxv
Sebastianus Derrer Doctor	ij	Seruitutes innominatas in Germania, frequēt esse reales cõtra alios, lxxxij & lxxxv.	
Secessio secunda plebis	cxxvij	Seruitutes si nuncientur	lxxv
Secessio prima plebis a nobilibus, cxxxvij		Seruitutum naturam alterari ex prædijs dominantibus	lxxxij
Secessio altera	cxlj	Seruitutū innotatæ explicatio, lxxxij	
Secessionis alterius res gesta	cxlj	Sextantis compensatio quare	lx
Sectæ inductæ tempore Capitonis et La- beonis, pagina	clxxiij	Sextus Aelius actiones composuit, pa- gina	cxxvi.
Secundi decreti possessores æqualiter esse dominos	xc	Sextus Cecilius homo faceris	clxix
Secures adempti consulibus, cxxxiiij		Sextus Aelius	clix
Sed, ordinis est	xli.	Signata consilia dari debere, clxxxij	
Semisses tres dari posse	.c.	Similis res natura	i. b
Sempronius, alias Symphronius	clvij	Simonides de bono uiro	clxi
Senatores	cxxvij	Simulacrum non coli deum	cxv
Senatus per quos & quando haberi so- litus, pagina	cxxvij	Sine scripto dicit uenisse ius fori, cxxi.	
Senatorius ordo	clxxx	Singulare pro plurali	cxvij
Senatus quomodo se interposuerit, cum apud eum semper cura fuerit, cxxvij		Singulare nouum numeratæ pecuniæ, pagina	lxxxvij
Senatus iudicij aliquando præfuit, cxlvij		Socer uterq; quando non habeat priuile- gium competentia,	lxxxix
Senatusconsultum quot modis, cxxvij		Socium non posse nec seorsim nunciare, nec prosequi nunciationem,	xix
Senatusconsultū quando ortum, ibid.		Socij fiunt, qui sunt iussi possidere ex se- cundo decreto	xcij
Senatum habere non licuit de nocte, uel ante solis ortum	ibidē	Sociorum interesse duplex	lxxvij
Sententia sine in integ. restituta, retractari ex fal. instru,	lxxxvij	Socijs si pars dominica legetur	cij
Sententia sua cuiq;	cxx	Socrates	cli.
Sententiæ etiam sub regibus iudicandæ dabantur, pag.	cxj.	Socratis sententia	cxxij.
Sententiæ Pauli Iurisconsulti	clxiiij	Solennes.	
Sequentium appellatione quid ueniat, pagina	lxij, lxiiij, lxvij	Solennia quædam uerba actionū, cxxvij	
Sermo uniuersalis qualiter effundatur, pagina	lxix, lxx	Solonis II. cur Romam accita,	xl.
Seruius Sulpitius,	clxvi, clxvij	Solutionem formem,	ij. b
Seruij Tullij Regis Romanorum insti- tutum, pagina	cxij	Sophos	clvij
Seruiles operæ	xxvij	Sordida artificia Romæ non fuisse,	vij.
Seruitentia noue distingui,	lxxxv	Species pro qualitate	i.
Seruitus anonyma	xxi.	Species quid	ij. b
Seruitus rustica non recipit nunciatio- nem, ratio noua	lxxxj	Species, qualitas,	cxxvij
Seruitus altius tollendi, subtiliter explica- tur, pagina	lxxxij	Species esse in obligatione generis, con- tr. communes	ij. b
		Species in obligatione generis reconducit. ibi	Species



I N D E X.

Speciei pars soluta in obligatione generis, pagina.	v.	Tempore eodem dici quæ distant etiam, pagina.	cxxviii.
Speciem al. quando præualere in pecunia, pagina.	ij. b.	Temporum oportunitas	xxxviiij.
Statua Seruij.	clxvij.	Tenebris referta esse Doct. cõmentata.	cxx.
Status iuridicialis in Macedo.	lxij.	Terminos agrorũ Numa cõstituit.	cxvi.
Status causa, apud quem possessio.	cxliij.	Terminos mouēs, capite plectebat.	cxvi.
Statuti vi qui cogitur.	cxxix.	Tertulianus sylvam legum scribit referam, pagina.	cxx.
Statuta esse publicanda.	cxxviii.	Tessera publicæ seruitutis.	clviij.
Statutorum verba non ita ad vnguem, pagina.	cxxij.	Tesseræ.	clviij.
Stipulatio pœnalis non nouat principalem, contra Bart. & Doct.	xlj.	Testes saluari, si in tempore dissideant modico, pagina.	cxxviiij.
Stipulatio iter fieri.	cciiij.	Testium dicta saluari,	cxxviiij.
Studio adiuuatur resp. clxxvi. & clxxvij.		Testificari dicuntur Doctores cum consulant, pagina.	lxxxij.
Sua cuiq; sententia.	cxx.	Teuca regina.	cliiij.
Subauditione adiuuari text.	cxvij.	Textus corruptus.	clxiiij.
Subscribere quid.	clxix.	Textuum intelligentia vnde petenda, pagina.	cxxxiiij.
Subscribendi abusus.	clxxxij.	Textuum resolutio in præstandis operis, pagina.	xxxij.
Subscriptores.	clxix.	Thomistarum error.	x. & xxviiij.
Subsequor.	xlvi.	Tiberius Coruncanus	clij. cliiij.
Substantialia contractus pulchre explicari, pagina.	lxxxvi.	Togæ verba nõ semp sequenda.	clxxviiij.
Substitui alijs censor non potuit.	cxv.	Tonsor in palatio, &c. an statuto contentatur, pagina.	cxxij.
Substituti ad intellectum substitutione reuocant, pagina.	lvi.	Trapezontius.	clxxiiij.
Subtiles resolutiones in l. patre instituto de capti. pagina.	xlviij.	Transactiones sine integ. rest. irritari ex falsis instru. pagina.	clxxxviiij.
Succedere sacerdotibus dños.	cxlv.	Trebatius.	clxx.
Succedi in latere facilius descendendo, quam ascendendo.	lxxij.	Tres semisses dari posse in asse multiplicato, pagina.	c.
Suetonius.	cxij.	Tribunus celerum.	cxvij.
Suffecti consules.	clxxxvi.	Tribuni celerum.	cxxxiiij.
Sufficere magistratibus.	cxli.	Tribuni militum militares.	cxlvij.
Suffragia.	cxxxvij.	Tribuni militũ qñdo creant.	cxlvi. cxlvij.
Suffragiorum modus.	ibidem.	Tribuni ærarij.	cxlvij.
Sylla.	cli.	Tribui, hoc verb. quã vim habeat.	lxxxix.
Symbolum bellicum.	clviij.	Tribuni quando, & vnde.	cxxxv.
T		Tribuni celerum.	x.
Taberna.	cxlv.	Tribunorum quinque genera.	cxlvij.
Tabule decemvirales pro rostris, &c.	cxviiij.	Tribunorum potestas.	cxxxvi.
Tabulæ eburnæ	cxviiij.	Tribunos eligi barba plena.	cxlvij.
Tabule pupillares quãdo intereant, vel a l. Cornelia non adiuuent.	xlviij. xlix. l.	Tribunianus homo nõ integer.	cxli.
Tabularum decemviraliũ commendatio, pagina.	cxviiij.	Tribunitias fores semp patuisse.	cxxxvij.
Tarquini superbi ortus.	cxvi. cxiiij.	Tribunitia potestas mansit magistratibus abrogatis, pagina.	cxli.
Taxatiua dictionis vis.	xiiij.	Tribunitia lex	cxvij.
Temere non esse definiendum, exemplo Trebatij, pagina.	lxxi.	Triumuii capitales differunt a quæstor. pacid. pagina.	cxl. cl.
		Triumuii	



I N D E X.

Triumviri monetales.	cxlix.	Veregratus.	cxxv.
Triumviri capitales.	ibidem.	Versutia culpa.	xi.
Tubero reliquit forum, & ad scribendū se contulit, pagina.	clxxij.	Versutia culpam dolo æquipara.	xij.
Tubero.	clxxij.	Vetusta verba.	clxxv.
Turius forum odisse scribitur.	clxxij.	Vibon, rap, ob culpam latam puniri.	xv.
Turpia corā muliere nō loquenda.	cxv.	Via sacra.	clvij.
Tutor suspectus remouetur ob latam culpam versutia, pagina.	xv.	Via curandæ quatuor viri	clxix.
Tyrannis Appij Claudij.	cxij.	Vicesimæ leges.	clxix.
V			
Valerius Maximus.	cxxiiij.	Vicia maxima virtutibus magnis iungi, pagina.	cxliij.
Valerius publicola legem prouocationis tulit, pagina.	cxix. cxxiiij.	Vicium confirmationis rheto.	xvi.
Varietatem admitti.	lvij.	Vicini & eorum pericula.	cxxxvi.
Varij casus patris & filij captorum.	l.	Videtur, veritatē importat suo casu.	lxvi.
Vasallis aliquando operæ certæ indicuntur, pagina.	xxxvi.	Vinantzer fuerunt scribæ.	cxxiiij.
Vasallus famosas actiones non instituit, pagina.	xxxvi.	Vindicij seruitres gesta.	cxliij.
Vasallus non tenetur ad operas libertorum, sed ad obsequia.	xxxvi.	Vindiciarum vis & intellectus.	cxlij.
Vasallus præstat operas militares & feudales, pagina.	eadem.	Vindicare.	cxliij.
Vasallus sine venia dominum in ius non vocat, pagina.	eadem.	Vindicta manumitti.	cxliij. cxlv.
Vasalli sunt ingenui.	xxxv.	Vindicta virga.	cxlv.
Vasalli.	xxix. xxxv.	Vinum si vxor bibat.	cxv.
Vasallorum & libertorum magna diuersitas, pagina.	xxxv.	Vinum in specie legatum	vij.
Velle suum cuiq; esse.	clxxvij. & cxx.	Vinum ex fundo legatū vel promissum, pagina.	vij. vij.
Veluti.	clxxv.	Vini pocillum Ioui vouere.	cliiij.
Velleius.	clxxij.	Virga vindicta.	cxlv.
Vendere compulsi sunt ex caritate an nonæ, pagina.	clij.	Virginus miles.	cxlij.
Vendicare.	cxliij.	Viri boni pulchra laus.	cxx.
Veniam petet Vasallus.	xxxvi.	Viro bono nihil mali pot accidere: eodē.	cxix.
Verba venditionum cum ablatiuo abso- luto, pagina.	xl.	Viri excellentes Ioui similes.	cxix.
Verba statutorum calumniari	cxxi.	Virtutibus maximis vicia maxima iungi, pagina.	cxliij.
Verba togæ nō semp sequenda.	clxxvij.	Virtute excellere ante alios, ferre non potest vulgus.	cxix.
Verba vetusta et sartaginosa vitari.	lxxiiij.	Visceratio.	x.
Verba aucupari.	cxxij.	Vitari verba vetusta.	clxxiiij.
Verbis recedi, & æquitate iuris vti.	cxxi.	Vltima voluntas innominata.	i.
Verbalis nunciatio vbi sit necessaria.	xix.	Vniuersalis propositio qualiter intelligatur, contra Doct.	lxix.
Verbalis nunciatio nihil habet imperij, contra Besutium.	lxxvij.	Vltima voluntas anonyma.	cxxi.
Verus & notabilis intellectus cōtra omes in l. si finita. q. elegante de damno infecti, pagina.	xcij.	Vniuersalis sermonis temperamentum, pagina.	cxvij.
		Vocari quater reum iudicio capitali.	cl.
		Voluos plures.	clxxi.
		Voluntas in genere.	i.
		Vouere vini pocillum Ioui.	cliiij.
		Vrbis Romæ fundatio variat.	cx.
		Vfus a fructu separari et nō separari.	cxci.
		Vtilitas iudiciorum publicorum.	cli.
		Vt frui, licere.	ccvij.
		Vulgus nō patitur alios excellere	cxix.
		Vxor	



Vxor rerum omnium socia ex lege Romuli, pagina. cxv.  
 Vxor ab intestato viro succedit ex lege Romuli, pagina. ibidem.  
 Vxor si claves adulterat. ibidem.  
 Vxor interficitur ex stupro ibidem.  
 Vxor si vinum biberit, si claves interuertat, pagina. ibidem.  
 Vxores libertorum. xxix.  
 Z  
 Zafiana explanatio. cciij.  
 Zafij responsio contra assertam confutationem Stellæ. cxciiij.

Breuilloqua multas substitutiones continere potest. ccxliij. D  
 Breuiliq̄ cōiunctos tm̄ respicit. ccxliij. F  
 Breuilloqua inæqualibus facta. ccxliij. E  
 Breuilloqua mente captis & furiosis facta. ccxliij. D  
 Breuilloqua substitutio. ccxl. F. ccxli. B  
 Breuilloqua an propria & separata sit species. ccxi. B. ccxl. F  
 Breuiloq̄ facta impuberib⁹ longo annorum interuallo distantibus. ccxliij. B  
 Breuiloq̄ non refert ad eos quib⁹ est specialiter prouisum. ccxlv. B

# INDEX LO

CORVM NOTABILIVM IN  
 tractatum Subst. Clariss. I. C.  
 D. Vdalrici Zafij.

## A

A Bortius partus. cclxviij. D  
 Accusatio periculosa est. ccxvij. E  
 Adopt. vel arrogatione cadunt tab. pupillares. ccxxxvi. F  
 Ad decimum quartum annū peruenire, pagina. ccxxvi. F  
 Ad veritatem copulæ requiritur concursus partium. ccxxij. F  
 Aduocati quales sint milites. ccl. E  
 An ex interuallo fieri possint patris & pupilli testamenta. ccxxx. D  
 Aquiliana substitutio. ccxxiiij. B  
 Argumenta a' dubijs sumere contra artem est. ccxvij. A  
 Arrogatis per pupill. in his tm̄ bonis succedit q̄ hñt ab arrogatore. ccxxxiiij. A  
 Auctio substitutionum. ccxliij. D  
 Aua & mater æquiparantur. ccxxxv. A  
 Aua nepoti q̄ modo succedit. ccxxxv. A  
 Autoritas p̄na maternæ p̄fert. ccxxxvij. c

## B

Bald. saepe variauit. ccli. C.  
 Barth. saluatur. ccxxvij. C. • ccxxvij. E  
 ccl. F. cclix. B  
 Bart. error. ccxiiij. A. ccxvij. B. ccxxiiij. D  
 ccxlv. F  
 Beneficium minorū etiam successoribus eorum competit. ccxxxij. E  
 Breuilloqua æqualibus facta quid operetur. ccxli. B

## C

Capitis diminutione maxima cadunt tab. pupill. ccxxxvi. E  
 Casus quo pater licet in potestate filiū habeat substituere tamē ei pup. non potest. ccxxxvij. B  
 Casus vbi in expressa pupill. tacita vulgaris non continetur. ccxxxix. C  
 Casus aduersos inhumanum est consyderare. ccxxiiij. E  
 Cautela ut substitutus pupillo cum potestate adeat. ccxxxij. E  
 Cessare. ccxl. D  
 Ciuitates nostra ætate hæreticæ non possent pupillariter substituere. ccxxvij. B  
 Clausula Notariorum, substituit vulgari ter, pupil. & p̄ fideicōmissum. cclv. B. C  
 Cōmuni vsu loquendi in testamentis statur, reiecta subtilitate. cclij. A  
 Compendiosa substit. quæ. ccxlv. D  
 Cōpendiosa an ppria sit species. ccxlv. D  
 & ccxlix. A  
 Cōpendiosa plures sub. cōtinet. ccxlv. D  
 Cōpendiosa quæ a prin. fuit pupillaris, an post annos puber. obliqueat. ccli. A  
 Cōpendiosa directe facta filio impuberi si sine liberis decesserit. cclij. F  
 Cōpendiosa verbis directis & cōmunib⁹ si fiat, vtri stetur. cclv. B  
 Cōpendiosa cōprehendit vulgarē anteaditam hæreditatem. cclij. F  
 Compendiosa in re certa facta filio impuberi. cclv. A  
 Cōpendiosa cōtra verba regrat. ccxlvij. E  
 Cōpendiosa affectus. ccxlvij. F. ccli. A  
 Cōpendiosa an cōtineat vulgarē. cclij. F  
 Compendiosa verbis mere obliquis facta. cclij. D

Compen



I N D E X.

- Cōpendiosa verbis cōmunibus facta im-  
puberi in potestate. cclij. B  
Cōpendiosa ad pias causas facta. ccl. E  
Cōpendiosa propriū, vt contineat tra-  
ctum temporis. ccxvi. E. ccxviij. E  
Concordat opiniones. ccxl. E. cclij. D  
Cōditio, si sine liberis moriant, in descen-  
dentibus fideicōmissō grauatō tacite  
semper subintelligitur. cclxviij. E  
Confutatio sup indubitabili. ccxxx. A  
Cōiecturis statur in hac materia. ccxx. E  
Cōiecturæ quib, modis per raci, pupill.  
excluditur. ccxxxv. C  
Cōiuncti legaliter, & facto hoīs. ccxlv. A  
Curator furiosi nō adit hāreditatem sed  
petit bonorum possess. ccxxxix. A
- D
- Decedens relicta filia an censeatur sine  
filijs decessisse. cclxviij. F  
De facto, sicut asin<sup>o</sup> sella portat. ccxiiij. F  
Defectus testamēti ex praterit, vel ex hæ-  
red, nocet substituto. ccxviij. F.  
Defectus primi gradus nō afficiēs substi-  
tutionē vulg, non nocet subst. eo.  
Definitio legalis. ccxxiiij. C  
Definitiones periculosa. ccxxiiij. C  
Determinatio debet æqualiter determi-  
nare, &c. cclij. F  
Demōstratio pupilli quando operet pu-  
pilla, subst. ccxxiiij. E ccxv. B  
Demonstratio sapenúmero nihil opera-  
tur, pagina. ccxxiiij. E  
Démonstratiue non dispositiue mentio-  
nem facere. ccxxiiij. E  
Directa nō obliquantur & eius limitatio-  
nes, pagina. cclij. F. cclx. E  
Directa verba in substi, si dubia sint, pos-  
sunt cōverti in aliā directam. cclxi. A  
Directa substi, & eius species. ccxi. A. B.  
& ccxlv. C  
Disiunctiua resoluitur in coniunctiuam  
aliquando. cclxvi. E  
Disparibus substitutio vulg, separatim  
facta. ccxx. F  
Distributiua duplex. cclxiiij. A  
Duo extrema in vulgari cōsyde. ccxij. F  
Duo testes sufficiunt ad probandam tes-  
tatoris voluntatem. ccxx. E  
Duplex pupillaris. ccxxxi. C
- E
- Effectus exemplar, substi. ccxxxix. C
- Effectus subst. pupilla. ccxxx. F  
Effectus subst. vulgaris qui sint. ccxiiij. B  
Emancipationis & patriæ prætis differen-  
tia quatenus sit hodie sublata. ccxxvi. A  
Error Bald. ccl. F  
Error cōmunis opinionis. ccxxxix. A.  
ccxlix. B. ccl. B  
Error gloss. ccxxv. B Est. ccxxxix. B  
Euentus aduentiij nō viciant certam dis-  
positionem. cclxiiij. D  
Exbanniti vel excōmunicati. ccxxxvi. E  
Exemplaris an cesset cessante furore vel  
morbo. cclx. D  
Exemplaris substi, vnde dicta. ccxxxviij. A  
Exemplariter si & p̄ et m̄ velit substituere  
an possint, & vter p̄feret. ccxxxviij. C  
Exemplaris continet in se tacitam vulgā-  
rem, pagina. ccxxxix. C  
Exemplariter q̄ possint substitui. ccxxxix. b  
Expressio, gnalis, specialis, singul. ccxi. C  
Expressa pupill. continet in se tacitā vul-  
garem. ccxxx. E  
Ex pupilla. oia bona pupilli ad substitutū  
(etiā secundi gradus) ptinet. ccxxxix. B  
& eius limitationes. ccxxxiiij. A  
Expressa pupill. excludit matrē & oēs as-  
cendētes, in casu etiā patrē. ccxxxiiij. d  
Expressa vulgaris an cōtineat tacitam ex-  
emplarem. ccxxxix. C  
Ex separatis nihil infertur. ccxxij. E  
Extincta nō reuiuiscunt. ccxxxix. C  
Ex vulgari expressa testatori succedit, &  
ex pupillari tacita pupillo. ccxx. F  
Ex vulgari tacita similiter testa, succedit  
tur, pagina. ccxxi. A
- F
- Fatuo an exemplariter substitui possit, pa-  
gina. ccxxxviij. D  
Fauorabiles substitutōes quō. ccxxxix. A  
Fideicōmissum progeniei, soboli, domui  
vel generationi relictū, referit semper  
ad agnationem. cclxx. D  
Fideicōmissum restituendū fratribus, nō  
debetur filijs fratrum. cclxix. C  
Fideicōmissum familiæ relictum debet  
proximioribus gradu. cclxx. D  
Filia an excludatur per reciproca substi-  
tutionē factā patri & eius fratrib<sup>o</sup>, si si-  
nō filijs morerentur. cclxviij. F  
Filia in fauorabilibus veniunt appella-  
tione filij. cclxviij. F  
Filia



I N D E X.

• Filie singulariter, & filij vniuersaliter institui, si postea breuiloque inuicem substituuntur. ccxliiij. F

• Filius institutus dato ei vulg. subst. legitimam libere acceptare potest, & reliqua bona patris repudiare. ccxxi. B

Filius non possit testari pro patre. ccxxv. B

Filius impubes bona mente preteritus vel exheredatus. • ccxxviiij. E

Filij. • ccxxviij. A

Filius familias cur suus & necessarius heres dicatur. ccxxiiij. E

Filius factus, si instituat ab extraneo. ccxxv. B

Filius familias institutus ab aliquo, & habens substitutum, si nolit adire, an propter substitutum excludatur. ccxxv. C

Filius an patri possit exemplariter substituere. ccxxxviiij. E

Filij instituti, in codicillis si substituuntur, pagina. ccxli. C

Filij propria non tenentur fideicommissum, ccliiij. B

Filij dum substitui non refert an nomine collectiuo utatur, vel simpliciter substituat, pagina. cclxiiij. E

Fiscus an vulgariter substit. excludat heredem indigno reddito. • ccxxviij. B

Francigenae an pupillariter substituere possint. ccxxviiij. B

Frater an fratri possit exemplariter substituere. ccxxxviiij. C

• Fratrem impuberi filio substituens videtur matrem per istam tacitam pupillam voluisse excludere. ccxxxvi. E

Fratres pupillari, an excludantur tacita pupillari. ccxxxv. B

Fratri ad fratrem non tantus nexus est, quantum matri ad filium. ccxxxv. B

Fratrum dissidia. ccxxxv. B

G

Genus pro specie iuriscō. sumunt. ccxi. B

Generalia in singulis speciebus verificantur, pagina. • ccliiij. C

Grauen adiectum facit praesumi pro uisionem. cclviij. E. cclix. C

H

Habens duplex remedium renunciando vni retinet alterum. ccxxiiij. D

Heredes instituo, & si quis ex illis decesserit, bona mea ad reliquos perueniant, vel alter alteri succedat, qua substitutio hanc verba faciant. ccxli. A

Heredes diuersis respectibus. ccxxiiij. E

Hereditas acceptata. ccxxxix. A

Hereditas non adita non transmittitur, & eius limitationes. ccxxvi. D

Hereditate non adita tab. pupill. coincidunt, & quomodo sit intelligendum. ccxxix. B

Hereditate non adita cadunt tab. pupillares. ccxxxiiij. F

Heres heredis non venit ad bona pupillari. • ccxxv. A

Heres negligens priuat hereditate & fit locus substituto. ccxxiiij. D. cclxx. D

Heres renuntians vni remedio, retinet aliud. ccxxiiij. D

Heres singularis non habet ius accrescendi, pagina. cclxiiij. F

Heretici carent patria potestate in poenam. ccxxviij. A

Heretici non possunt pupillariter substituere. ccxxxviiij. A

I

Immixtio facit ut aut totum recipiat, aut totum prohibeatur. cclxiiij. A

Impubes breuiloque si substituatur, & alter postea emancipetur, an in vtriusque cesset pupillaris. cclxiiij. D

Impubes doli capaces committere possunt & puniuntur. ccxxx. D

Impubes hodie exheredati non possunt. ccxxx. D

Inaequalitas odiosa. ccxx. F

Inaequalitas vitanda. cclxiiij. B

Incapax in paterno potest esse capax in pupillari testamento. ccxxxiiij. B

In duplici pupillari ad substitui, sed gradus bona pupilli non perueniunt. ccxxx. C

Ingressu in religionem pupillaris perimitur. ccxxxiiij. A

Institutione vitata aliquando remanet tab. pupilla. • ccxxxiiij. C

Institutionem de singularibus, successione non visitatum est dici. ccx. B

Instituere. ccx. A cclxvi. F

Institutio quandoque pro substituto positum. ccx. B

Institutus & substit. pup. eas partes accipit quae in institutione acceperat. ccxxv. B

Institutus & substit. non concurrunt. ccxxi. B

In suam tutelam venire. ccxxxiiij. F

Intellectus verborum facta. q. Julia. ad Trebel. Intellectus l. si m. ff. de vulg. ccxxviiij. D

Intellectus l. pater seuerinam. ff. de cond. & demon. ccxiiij. C

Irritum



I N D E X.

- Irritum ccxxxix. A  
 Iudæorum filij baptizati eripiunt ex patria potestate ccxxvij. B  
 Iura sicut origie nature radicant. ccxviij. d  
 Ius accrescendi nominari posset presumpta substitutio ccxij. E  
 Ius deliberandi transmissum an faciat excludi substitutum ccxvi. E  
 Interpretatio latissima in substitutionibus est facienda ccxxiij. F
- L
- Liberis alicuius relinquere cclxvij. B  
 Liberi ccxxvi. D cclxvij. A  
 Liberi heredis an substituto ex testō preferantur, vel ab intestato cclxviij. D  
 Lege priuatus intelligitur nunquam habuisse remedium ccxxij. D  
 Lego ccxlviij. C  
 Legitia relinquenda iure instit. ccxlviij. D  
 Legitimi. cclxvij. B  
 Legitimi aqparant legitimis. ccxxvi. E  
 Legitimi cōsequunt iura sicutatis, agnationis, et ꝑe dicunt de familia. ccxxvi. E  
 Legitimatione retro facta. ccxxvi. E  
 Legitimatione nō debet tolli ius iā questum legitimis heredibus ccxxvi. F  
 Legitis duntaxat substitui pōt. ccxxvi. D
- M
- Marius Salomonius cōmendat. ccxxiij. B  
 Mater ad scda uota transiens quēadmodū perdit tutelā, ita & facultatē exemplariter substituendi ccxxxvij. B  
 Mā an excludat filijs inuicē substitutis, ul' nouissio eorū substituto aliq. cclxiiij. E  
 Mater & auia æquiparantur. ccxxxv. A  
 Mater in medio existens ccxix. C  
 Matre in medio existente an contineatur tacita pupill. ccxxxv. A  
 Mater instituens filium in tempus pubertatis, si interim ille moriat, an testm ualeat cū præteritus uideat. ccxxviij. E  
 Mā pteriri pōt in expssa exēp. ccxxxix. C  
 Mā pupillariter nō substituit. ccxxviij. D  
 Mater substituere exemplariter potest, nisi turpis persona sit ccxxxvij. B  
 Mater testatoris ex tacita uulgarī uenientem excludit ccxxi. A  
 Miles auus substituere potest etiam recasuro in potestatem ccxxxix. A  
 Miles si cōpēdiōse substituatur filio, et mī
- lit in medio, qñ excludat. ccxlix. B  
 Milites nostri temporis ccl. D  
 Milites Rhodij ccl. D  
 Militare priuilegium ccxlviij. F  
 Minor quādo repudiatam hæreditatem resumere possit ccxxviij. E  
 Minor ccxxviij. D  
 Monasterium an per substitutum uulgarē rem excludatur. ccxv. A  
 Monasterium an adire possit hæred. monacho delaram, sine facto eius, & eo inuito, pagina ccxv. A  
 Monachus ccxv. A  
 Monasteriū loco filij habet. ccxv. B  
 Monacho uagabundo, & q nesciret ubi degeret, si interim hæreditas deferret, an monasteriū adire possit. ccxv. B  
 Mulierū consilium fragile est. ccxxviij. F  
 Multa per alios possumus que per nos nequimus, pagina ccxxxiiij. E  
 Muto exēp'r substitui pōt. ccxxxviij. D
- N
- Naturales nō sunt in p'tate, unde eis substitui pupillariter nō potest. ccxxvi. D  
 Naturales quoq; ueniunt appellatione liberorum cclxvij. A  
 Naturalis legitimo pupillariter substitutus, &c. pagina ccxxxiiij. B  
 Naturalia potius q̄ emergentia sunt spectanda, pagina ccxxviij. D  
 Naturalibus tm, exēplariter pater substituere nō possit, sec' in m're. ccxxxviij. e  
 Naturales & spurij matri succedunt cum legitimis, ccxxxviij. B  
 Neptis an excludat per locū piū substitutum, si auus eius grauatus fuit fideicomisso, si sine filijs decederet. cclxix. B  
 Non entis nullæ qualitates ccxxviij. B  
 Non scriptus in testamento non uenit ad pupillarem, pagina ccxxxv. A  
 Nolle & nō posse a pari pcedūt. ccxxiij. C  
 Nouissimo substitutus cclxiiij. D
- O
- Obliqua substitutio quid. ccxi. B. ccxl. e  
 Obliquata substitutio ccxl. C  
 Obliqua non directantur, etiā impuberi facta, & eius limitationes cclvi. F  
 Obliqua substitutio pferit directū uulgarī ad hoc ut fideicommissū pferuet. cclxi. C  
 Ordinariū pferit extraord. ccxxxviij. E  
Paganus



Paganus quis. ccxlvij. F  
 Partui qui in utero est substituitur. ccxxvi. D  
 Partus quinti aut sexti mensis abortivus habetur. cclxviii. D  
 Partialis institutio quemadmodum nullo coherede relicto ad universalem trahit, ita et partialis substit. ccxxxiiij. C. cclvi. D  
 Pater ad emancipandum filium cogi potest pagina. cclxliij. D.  
 Pater filio impuberi substitutum heredem necessarium facere potest. ccxxxiiij. B  
 Pater inter filios æquiparari potest militati pagina. cclxliij. D.  
 Pater non debet abuti patria potest. ut sine rationabili iudicio matrem a bonis pupilla. excludat. ccxxxv. C  
 Pater prodig<sup>9</sup>, decoctor, aut alio qui turpis & vilis persona an substituere pupillariter possit. ccxxxvii. B  
 Pater remittere potest iniuriam filij, nisi sit turpis & vilis persona. ccxxxvii. C  
 Patria potestas. ccxxxvii. A.  
 Patria potestas in exemplari non exigitur. ccxxxvii. B  
 Patrimonium patris & filij per aditionem a filio factam coadunatur inseparabiliter. ccxxxiiij. E  
 Patris ordinatio inter filios quocumque modo facta valet iure directo. cclxliij. D.  
 Patris testamentum minus solenne non vinciat substitutionem pupill. ccxxx. D  
 Per pupillarem pupillo in omnibus bonis suis vnde cumque obtentis succedit. ccxxxii. B  
 Pauperibus Christi per fideicommissum relicta quomodo sint distribuenda. ccliiij. E  
 Personæ æquales & inæquales quæ sint, pagina. cclxliij. E  
 Per se locus. ccxlvij. F  
 Peruenire. cclxi. B  
 Pia causa. ccl. E.  
 Pluralitas quando resoluat in singularitates. cclxiiij. A. & seq. conclusio.  
 Pluribus heredibus institutis, si suus cuiuslibet detur substitutus. cclxiiij. A  
 Pluribus heredibus substitutus quando admittatur. cclxii. F  
 Pluribus institutis substituere. ccxxxij. E  
 Politi argutia. ccxxxiiij. D. & ccl. F  
 Politus. ccxviiij. D. ccxxxiiij. E

Precaria substitutio. ccxlvij. A  
 Præsumptio iuris. ccxix. C  
 Præsumptio potestate legis. ccxii. D  
 Præsumpta vulgaris. ccxii. E  
 Præsumitur quis potius actum a principio validum facere, quam postea inualido remedium quaerere. ccxxxix. A  
 Primo gradu vel primo loco substituere an differant. ccx. C  
 Principio recte facta non debet ab eventu superveniente intercidere. ccxxxviiij. D  
 Prodigio exemplariter substitui potest, pagina. ccxxxviiij. D  
 Prodigio furioso æquiparari. ccxxxviiij. D  
 Pupillaris quæ sit iure introducta. ccxxxv. B  
 Pupillaris an de iure scripto vel moribus Romanis esse, dici possit. ccxxxv. B.  
 Pupill. an evanescat per exitum de patria potest. ratione dignitatis. ccxxx. D  
 Pupillaris expressa. ccxxxiiij. C  
 Pupillaris tacita. eodem.  
 Pupillaris expressa in genere. ccxlviiij. F  
 Pupillus cui substituitur de liberis esse debet. ccxxxvi. D.  
 Pupillus neque alii debet apud matrem ad secunda vota transeantem. ccxxxvii. C  
 Pupill. per verba relatoria explicat. ccxxxv. A  
 Pupillaris secundarum tab. non secundum gradum dicitur. ccx. C.  
 Pupillo mortuo viuo patre an & quomodo substitutus admittatur. ccxxi. B  
 Pupillus si idem sit furiosus, utrum pupillariter vel exemplariter ei sit substituendum, & utrum possit mater. ccxxxviiij. E  
 Pupillaris substitutio est quocumque mentio sit pupillaris ætatis, quibuscumque etiam verbis fiat. ccxxxiiij. E

Q

Quæstio terribilis Bartholi. cclvi. D  
 Quem & heredem facio. cclv. A.  
 Quisquis mihi hæres fuerit sit & filio quomodo intelligendum. ccxxxv. A  
 Qui vult consequens, censetur velle antecedens. cclviiij. E cclix. A  
 Quoque, implicat. ccxxxix. B  
 Quoties substitutio potest intelligi directo iure, non intelligitur obliqui iure. cclxi. B

R

Reciproca substitutio. cclxi. F  
 Regula



- Regule standū tanq̄ expedit, iuri. cclxi. A  
 Requisita ad pupillarem cccxv. C  
 Restitutio cōtra repudiantē confirmat se-  
 cundas tabulas cccxij. E  
 Rhodij milites. ccl. D  
 Secundis nuptijs & filio & patri q̄dāmodo  
 iniuria iegerit. ccxxxvi. D, ccxxxvij. C  
 Secundæ nuptiæ cccxxviii. F  
 Secundo testamēto facto cadit primū cū  
 tab. pupillar. cccxxvi. E  
 Sensus magis in testamentis, q̄ uerba se-  
 quenda cclxi. B  
 Seruus alienus institutus cccxiiij. F  
 Seruus pro nihilo de iure ciuili habetur,  
 pagina cccxiiij. F.  
 Seruus potest nolle adire hereditatem, &  
 nocere domino cccv. A  
 Si duo dentur substituti, quilibet directo  
 iure in portione certa cclvij. C  
 Si duo filij impuberes, & unus pubes in-  
 stituti, reciproce substituant, an pupil-  
 laris saltem in personis impuberū locū  
 habere possit cclxiiij. A  
 Si filius aut filia hæredes nō erūt. cclxvi. E  
 Si filius moriat, substituto etc. intellig. et si  
 exportet, exbanniat, emācipetur, &c.  
 pagina cccxiiij. C  
 Si filius nō nascat, intelligitur, & si natus  
 fuerit, sed postea mortuus. cccxiiij. C  
 Si hæres erit, non sunt necessaria uerba  
 substitutionis pupil. cccxxiiij. E  
 Si hæres liberos habeat cclxvii. C  
 Si hæres non erit, intelligitur, nec aliū hæ-  
 redem fecerit cccxiiij. F. ccxvi. E  
 Simile esse uel dissimile cclxiiij. F.  
 Similis simili trahitur cccxxviij. D  
 Si pupillo denē duo substituti, unus dire-  
 cte in portione certa, alter in reliqs bo-  
 nis per uerba obliqua. cclvi. E  
 Si pupillus repudiet hereditatē paternā,  
 & moriat intra pupillaria, an sit substi-  
 tuto locus cccxxxij. F  
 Si quis ignorāter instituat seruū, diuidit  
 hereditas inter dominum & substitu-  
 tum, cccv. A  
 Si sine filio decesserit cclxviii. F  
 Si sine hærede decedat cclxvii. D  
 Si sine liberis. cclxviij. D cclxiiij. A  
 cclviij. F cclix. C cclxvi. F  
 Si substituatur aliquis pupillariter uerbis  
 obliqs in portione certa, et alter in alijs  
 bonis uerbis cōmunibus. cclvi. F  
 Si substituatur aliquis in portioe certa uer-  
 bis precarijs, & alter in portione certa  
 uerbis communibus. cclvij. A  
 Si substituatur aliquis in re certa directis  
 uerbis, alius simpliciter uel in res duo  
 uerbis communibus cclvij. A  
 Si substituatur uerbis simplicibus, & in-  
 definitis cclxij. F  
 Si superest persona, quæ ex præsumpta  
 mente præferatur, receditur a ui uer-  
 borū & uoluntati statuit cclxvi. D  
 Si testator instituto pupillo substituatur pu-  
 pillariter, qui abstineat beneficio præ-  
 toris, qd agatur cū substitut. cccxxx. E  
 Spes in mortē alterius impba. cccxxxij. D  
 Spes substitut. nō transmittit. cccxxxij. D  
 Statutū quo disponitur ut pater & filius  
 alter pro altero testari possit, an ualeat,  
 pagina cccxxv. B  
 Statutum non ualeat quod liberam testa-  
 menti factionem tollit cccxxvij. A  
 Statutum ut mater habeat in potestate fi-  
 lios, an possit tum substituere pupilla-  
 riter, pagina cccxxviij. E  
 Stipulatio ut salua sit substitō. cccxxxvi. F  
 Substitutio quid cccx. B  
 Substituere cccx. A cccxlviij. B  
 Substitutio an ualeat uiciata institutione  
 pagina cccxxxiiij. D  
 Substitutio & institutio non habent ne-  
 cessariā depēdentia in se. cccxxxiiij. D  
 Substitutus an ex tacita uulgari matri præ-  
 feratur, pagina cccxxi. A  
 Substitutus bona pupilli & testatoris se-  
 parare non potest cccxxxij. E  
 Substitutio conditionalis cccxxviij. D  
 Substitutionis diuisio cccxi. A  
 Substitutio extincta nō redit. cccxxix. C  
 Substitutio facta sub extranea conditiōe  
 an sit compendiosa cclxviij. D  
 Substitutus filijs si uterq̄ eorū sine liberis  
 moriatur cclxviij. F  
 Substitutus implorare potest iudicis offi-  
 cium cunctante hærede instituto ultra  
 annum adire, uel declarare uoluntatē  
 suam, pagina cclxx. D  
 Substitutioes in breuiloqua sunt expres-  
 sæ, saltem in genere cclxl. B  
 Substitutio



- Substitutus in integrum restitutione per  
tere potest contra improvidam pupil-  
li aditionem ccxxxij. E
- Substitutio in legatis & dona. cau. mortis  
quomodo intelligatur ccxi. A
- Substitutus in partem non vocatur vbi  
sunt verba reciproca in substitutione,  
pagina. cclxvi. D
- Substitutus in re certa verbis comuni-  
b. habetur loco legatarij, dato vniuersali  
cohaerede. cclvi. B
- Substitutioni omnino nullae, potentius  
subuenitur q̄ quae sit aliqua. cclij. F
- Substitutio facta filijs maiorib⁹ vel emari-  
cipatis, directe, an valeat. cclij. F
- Substitutus primi gradus. ccxxxj. B
- Substitutus secundi gradus. eodem.
- Substitutio paupib. Christi facta. cclij. e
- Substitutio partim tacita partim expres-  
sa non est separata species. ccxiij. A
- Substitutio partim tacita partim expressa  
nisi in vulgari nō inuenitur. ccxiij. B
- Substitutio per fideicommissum pluribus  
facta, verificatur in quolibet deceden-  
te & eius limitationes. cclxv. A
- Substitutus pluribus per verba simplicia  
distributiua. cclxiij. B
- Substit. pupill. an tollatur, si testamento  
nō sollemni pupillo aliquis extraneus  
sit substitutus. ccxxx. D
- Substitutio pupill. emancipatione peri-  
mitur. ccxxxix. C
- Substitutio pupill. naturalib. facta an cō-  
ualeseat, si post mortem patris legitis-  
mentur. ccxxvi. E
- Substit. pupill. inualide extraneo facta an  
cōualeseat eius arrogatione. ccxxxix. A
- Substitutio pupillaris tendit in fauorem  
pupilli. ccxxvij. C
- Substitutus si impediatur institutum adire  
haereditatem. ccxxij. B
- Substituti si sint incapaces ex parte vel to-  
to, pagina. ccxxxvi. E
- Substitutio sine institutione esse non po-  
test. ccx. C
- Substitutus sub distinctiuis conditioni-  
bus negatiue conceptis. cclxvi. E
- Substit. vulg. ex tacita pupill. succedit, ex-  
clusis legitimis haeredibus & eius limi-  
tationes. ccxix. C
- Substitutus vulgariter pluribus haeredi-  
bus institutis. cclxiij. F
- Succedentes ex institutorū persona sunt  
in quadruplici differentia. ccxiij. F
- Suetonij locus. cclxviij. F
- Suitas dato cohaerede non sustinet vel cō-  
firmat tab. pupill. ccxxxij. F
- Suitas an vulg. subst. impediatur. ccxxxij. B
- Suitas sustinet tabulas pupill. ccxxx. E
- & ccxxxij. F
- Suitatis iura an per substitutum vulgare  
tollantur. ccxiij. E
- Suitatis iura in quibus consistant. ccxiij. E
- Surdo exemplariter substitui potest, pa-  
gina. ccxxxvij. D
- Suus haeres poenitens etiā contra substi-  
tutum restituitur. ccxvij. D
- Suus haeres repudians haereditatem poe-  
nitere potest. ccxvij. C
- Suus quando repudiatam haereditatem  
resumere possit. ccxvij. E
- T
- Tabulae pupillares. ccxxvij. D
- Tacita pupill. contra matrem non opera-  
tur. ccxxxix. D
- Tacita pupillaris verbis taxatiuis exclu-  
ditur. ccxx. D
- Tab. pupill. ex intervallo factae opus hnt  
vij. testibus cum signaculis.
- Tab. pupilla. nuncupatiue fieri possunt,  
pagina. ccxxxij. C
- Tab. pup. firmae manent etiā si testamen-  
tum ratione preteritionis vel exhaeres-  
dationis nullū sit redditū. ccxxxij. C
- Tacita pupill. quando matrem excludat,  
pagina. ccxxxv. C
- Tacita pup. matrē nō excludit. ccxxxij. f
- Temporum differentia in compendiosa,  
pagina. cclij. B
- Tempus pupillare praefinitum. ccxxij. F
- & ccxxxvi. F
- Testator grauare potest haereditatem haere-  
dis fideicommissio. cclix. C
- Testator sibi ipsi prius testari debet, de-  
inde pupillo. ccxxx. D
- Testamentū patris & pupilli q̄modo dis-  
cantur & sint vnum testa. ccxxxij. B
- Testamentū sō solenne patris. ccxxx. D
- Testamenti libera factio statuto tolli nō  
potest. ccxxvij. A
- e Testa



I N D E X.

Testamentū qñ vires in secundo gradu, id est a vulgari possit accipere.	ccxviii. F	ad vulgarem referuntur non pupilla-	
Testandi arbitrium liberum esse debet,		rem,	ccx. E
pagina.	ccxxv. C	Verba institutionis & substi. inter se con-	
Testator non præsumitur extraneos vo-		finia sunt.	ccx. B
luisse posteritati suæ pferre.	ccxxxv. B	Verba pupill. substitutionis.	ccxxiii. D
Testator non præsumitur voluisse extra-		Verba relatoria in substi.	ccxxv. A
neos præferri sanguini suo.	cclxii. C	Verba subiunctiua.	ccxxxix. A
Testator si filio plures dederit substitu-		Verba substitutionū q̄ claris. ponenda,	
tos, quosdam directis, quosdam com-		& ambiguitas fugienda.	ccxxiii. E
munibus, quosdam obliquis verbis,		Vitium paternū coërendum.	ccxxvii. C
quomodo illi succedant.	cclvi. D	Vitiato exp̄sso nō vitiat tacitū.	ccxxiii. A
Theobaldus Bapst.	ccxv. C	Vindicare.	ccxvii. C
Theodoricus ab Hatstein.	ccxv. C	Volo.	ccxlvi. C
Titulus legandi honestus.	ccxlvi. C	Voluntas testatoris quomodo proban-	
Tractatus Zafij de iudæis & eorum filijs		da, pagina.	ccxx. E
baptizandis.	ccxxvij. B	Voueri nō potest ante tempora puberta-	
Transmissionis materia.	ccxvi. D	tis, nec ante obligatio fit.	ccxxxvii. A
Tutelæ datio non potest esse sine institu-		Vterq; casus in substitutione expressus,	
tionem, qua tamen vitiatata ipsa ob id non		pagina.	ccxx. E
vitiatatur.	ccxxxiii. D	Vulgaris substitutio, quid.	ccxi. C
		Vulgaris substitutio q̄plex sit.	ccxi. C
		Vulgaris disparibus facta.	ccxx. E
		Vulgaris expressa.	ccxii. D
		Vulgaris tacita.	ccxii. D
		Vulgaris in casu expresso comprehendit	
		omnes alio sibi similes non expressos	
		pagina.	ccxii. C
		Vulgaris substitutio de suo & necessario	
		hærede facit voluntarium.	ccxiii. E
		Vulgaris substi. adita hæreditate quan-	
		do perdetur.	ccxxii. D
		Vulgaris subst. post aditam hæreditatem	
		extinguitur.	ccxxi. C
		Vulgaris substitutus an monasterium ex-	
		cludat.	ccxv. A
		Vulgaris substitutus quando excludatur	
		per transmissionem.	ccxvi. D. E. F

V

Ventri pupillariter substitutus.	ccxix. B
Verba communia.	ccxlvi. B
Verbum cōmune annexum certæ rei nō	
trahitur ad vniuersalem successionem	
pagina.	cclv. A
Verba directa quæ sint.	ccxlvi. F
Verba obliqua.	ccxlvi. A
Verba extra testamentū dicta voluntatē	
testatoris in testa. probant.	ccxxxv. C
Verba dubia inconsultum est vsurpari in	
substitutionibus.	ccxxv. A
Verba generalia.	ccxii. B
Verba specialia.	eodem.
Verba singularia.	eodem.
Verba illa primo vel secundo gradu, &c.	

ERRATA QVAEDAM IN RECOGNOSCENDO OPERE DEPREHENSÆ.

Folio. vi. facie prima, linea. xxxiiij. dicit textus: supra latius diductis; scribe: deductis. Folio. xvi. linea. xxxix. loci ubi: adde: ex naufragio. Pag. xvij. linea. ij. sibi, lege, ibi. Pag. xxvij. linea. vlti. secut. lege sicuti. Pag. xlvij. versu. xxvi. lege, infra annexo, nō, in annexo. Pag. cxxxviii. linea. xix. Mortu. ero, lege, Morem uero, si forsan aliter habeas. Pag. ccxii. linea. xiiij. sed que ptatis legis, scribe, potestate. Ibidē linea. xxxiiij. restatur, scribe testator. Pag. ccxiiij. linea. x. in casu expresse, scribe, expresse. Pag. ccxv. linea. xxxv. quod si filius, scribe, quid si filius. Pag. ccxvi. linea. vi. ab alijs, scribe, ad alios. Pag. ccxvij. linea. xxiiij. ibi. ff. ad Sille, scribe Silla. Pag. ccxix. linea. xxv. habere uideatur casum, lege causam. Pag. ccxxi. linea. xxxix. ut quomodo extinguitur, scribe, & quomodo, &c. Pag. ccxxiiij. linea. xx. ibi, erga necessitatē, scribe, extra necessitatē. Pag. ccxxv. linea. xxxviii. est quoq; irrationabile, lege, & esse quoq; irrationabile. Pag. ccxxvi. linea. xxviii. l. hæc consultiissima, lege, hæc consultiissima. Pag. ccxxvii. linea. xxvij. l. si tali, scribe, l. si Titio. Pag. ccxxix. linea. iij. intelligitur, scribe, intelligunt. Pag. ccxxxiiij. versu. xxv. & xxvij. sibi. q. quod possunt, lege, quos possum, si forsit an aliter habeas. Pagin. ccxxxix. linea. ij. colligemus, scribe, patebunt. Pag. ccxliij. D. alicuius emergentis usus, lege, alicuius emergentis casus, &c.



**S**ingulares Intellectus Zasij nuper a te mihi commodatos, suauis, Petre, tibi remitto: & quo minus eiusmodi officijs in posterum graueris, etiam cum foenore. Relegenti enim mihi quaedam in hoc vulcanalium ocio (nam id opus iam olim degustaram) quum stili puritate atq; elegantia, tum argumentationū dexteritate & acumine mirifice delectarer, incidit, ut per Pindarum loquar, *ἐπιθυμία τις ἐπὶ φρεσίν, ἀκόνεσσι λυγρῶσιν, ἢ μὲ καλλιφράσιν πρῶταίε προσείληκε* ad laudandum Zasium, virum, quo semper illum Erasmus nominat epitheto, plane incomparabilem. Tentauī quidem, quā uero parum, quæ est illius præstantia, id mihi successerit, ipse videbis. Eam igitur oden, quanq̄ & impudentis sit cuiusdam temeritatis me ipsa infantia infantiorē hominem, virum tam modis omnibus summum celebrandum sumpsisse, & magnæ rursus imprudentiæ eius etiam testem nunc te efficere, tamen ad remitto: non alia sanè ratione, q̄ qua nugæ suas inuicem solent amici communicare. Idem in tuis ut facias (nam sic nouitiā hanc amicitiam nobis alendā esse arbitror) te etiā atq; etiam oro. Bene vale mi Petre, & ista domestica Zasij consuetudine felix perfruiere. Friburgi, Pridie Non. Augusti. Anno Christi, M. D. XXX.

## ODE SAPPHICA DE LAUDIBVS INCOMPARABILIS

Legum Doctoris D. Vdalrici Zasij præcepto  
ris mei colendis.

**H**æc leuēis ergo tenus, & iocofas,  
Sit satis mecum retulisse nugæ,  
O Iouis proles, ueneranda Cleo,  
Nona supremi.

Nunc uirum laudes age maximorum  
Grandior tandem, superas ad auras  
Effert, & cantu celebrare tenta  
Diua canoro.

Ergo quis cunctos, potior canendus,  
Inter Heroas, quibus hoc sublimi  
Inclitum fama superat Friburgum,  
Venerit unus?

Anne qui primus literas Latinas,  
Primus & Graias literas Latinis  
Rettulit, ditam numeris ERASMV M  
ROTTERODAMVM?

Nemo quo maior, similisq; nemo est.  
Proximus rarus: monumenta cuius  
Nostra mirantur, subitur semper  
Secla stupefcent.

An magis magni comites ERASMI  
Te canam uatem, GLAREANE, nostri  
Temporis clarum: Latiam hæcq; linguam  
Vrbe docentem?

Te ue LVSCINI? genus omne doctum.  
Disciplinarum: triplicesq; linguas:  
Hicq; tradentem sacra, laude summa,  
Dogmata Christi?

Aut uetustatis potius (tenebris  
Que uelut densis latuit, lateq;)  
Vindicem doctum memorem, IOANNEM  
Forte RICHARDVM?  
Inter hos rite fueras referri  
Dignus insigni quoq; tu Camæna,  
Qui doces sacros Canones, AMELI,  
Ore disertio.

At rapit totum sibi me, tenetq;  
Fama grandæ, cui moritura nunq̄  
ZASII, quo nemo peritior nunc  
Iuris & aequi.

Hunc tuis ergo, mea Musa, plectris  
Subijce, hunc clara celebrato uoce:  
Hunc uirum plenis, age Diua, solum  
Laudibus effert.

Ille Germanis, Italis, Britannis,  
Notus, & cunctis celebratus oris  
ZASIVS, nostri decus & perenne  
Ille Friburgi.

Ille, quem totis bene conferendus  
Gentibus, magna ueneratione  
Diligens, unum solet anteferre  
Diuus ERASMV S.

Cuius ex omni, sæpe semper, orbe  
Gratia pubes unit audiendi  
Docta: quæ magna ueteri resulget  
Stemmate, parte.



Nemo quo Leges proficitur usq̄  
Doctius : nemo meliore tradit  
Vel fide, uel iudicio, pariq̄

Cum grauitate.

Dij, quibus celsa residens cathedra  
Hic modis, necdum satis orsus, in se  
Omnium menteis oculosq̄ uertit

Voce potenti ?

Quam docet multo iuuenum fauore ?  
Afficit quanto penitus stupore  
Singulos ? quidam tria ceu superstes

Secula Nestor ?

Ille seu sensus sibi Singulares  
Proferat, multa ratione firmos,  
Rectius Legum quibus indicatur

Vera uoluntas:

Sive Doctorum dubias priorum  
Dirrimat pugnas : malè seu professos  
Arguat : siue explicet intricatos

Deniq̄ casus.

Que quidem tanta simul & Latine  
Copia præstat phrasis, atq̄ luce,  
Quanta uel priscos decuisset ipsos

Iureperitos.

ZASIVM porrò celebrato Musa,  
Quem student rebus dubijs, & ipsi  
Cæsares, Reges, Proceresq̄; primum  
Consultuisse.

Quiq̄; longinquis petitur ab oris  
Indies : cuius domus urbis, atq̄;  
Omnium oraclum est, dubio suum quos  
Sollicitat ius.

Qualis & quondam senioris illa  
Mutij legum fuerat perit,  
Ciuum semper celebrata turba,

Ianua Romæ

Ipsa quid tandem monumenta dicam  
Laudis æternæ, lucubrationes ?  
ZASIO famam meruere quantam ?

Nomina quanta ?

Nil quibus uel doctius esse quicq̄,  
Nec potest uel tersius esse quicq̄,  
Et nihil fundatius esse quicq̄,  
Splendidiusq̄.

Ille dum caelo uariantur horæ,  
Et regent terras sacra iura, stabunt  
ZASII seruantia, clara cunctis

Nomina seclis.

Hinc suo tantum neq̄; uate quondam  
Pindaro Thebæ, neq̄; Iwn Homero  
Fulsit, hoc quantum duce nunc Friburgum

Nobile claret.

Arduum iactant uelut ALCIATVM  
Gallie : iactat MARIVM superba  
Roma : Germanis ita regnat unus

ZASIVS oris.

ZASIVS clarum iubar ille Legum.  
ZASIVS linguæ decus & Latine.  
ZASIVS præstans literis quibusuis,  
Inclutus Heros.

Ergo Nelide tria secla uitam  
Viuito felix, uenerande ZASI,  
Ut diu nobis (superos precamur)

Ipsè super sis.

EPILOGVS, OMNI LAVDE MAIOREM ESSE

ZASIVM.

Ἐμνημῆρις κλυτῶν πολὺ μᾶλλον μείζονα τιμῶν

Βασίλειμ ἀγαθαῖς τις χαρίτεσι θέλη,

σπουδότητον κείνος παλαμαῖς τὸν Ζάσιμ ἄνδρα

εὐκαλεῖ προστιθέτω τόνδε μάλιστα λόγῳ.

Ζάσιον ἀκρόσοφορ, βαθύμκτιμ, ἀμύμονα, βελαῖς

Νέστορα καὶ μέθοις, Ιουλιανόντε νόμοις.

FINIS.



# INVICTISSIMO ET

SERENISSIMO PRINCIPI ET DOMINO NOSTRO,

domino Ferdinando, Principi & Infanti Hispaniæ, Archiduci Austriæ, Burgundiæ, &c. Romani Imperij locū tenenti generali, domino

clementissimo, Vdalricus Zasius LL. et

Doctor & Ordinarius Friburgensium,

sele commendat.



Amet si serenissime Princeps, legalium studiorum disciplina, ultro & sint pulcherrimæ & omnē in partem, nō solum dictionis elegantia, sed etiā decisionum æquitate absolutissimæ: Scriptorū tamen cōmentarijs, interpretationis sinceritate, alijsq; immodicis erroribus plerisq; in locis male habitas esse, satis cognitū est: siue illud rei latinæ, aliarumq; bonarum literarū ignorantia factitatū sit, siue qd maiores nostri opinionū fluctibus plus nimis indulserint. Cū aut omnia toto iam orbe præclara studia, germanæ sinceritati redderentur, nō erat cōmittendum, ut saluberrimæ illæ legales doctrinæ in errorū tenebris diutius uoluerentur: Quo nomine & annis iam superioribus Guilielmus Budæus, uir Græce et Latine doctiss. priores Pandectarū libros, rei latinæ non mediocri cum profectu, & id ipsum elegantissime restituit. Deinde Alciatus, uir Iuris ciuilis cum vno aut altero facile princeps, & idem utriusq; linguæ peritissimus, quod ad legales decisiones attinebat, in Paradoxis, & item in Dispunctionum, alijsq; suis libris, complures Iuris ciuilis locos ex iusto illustrauit, per purgatissq; male lotis erroribus, & luci reddidit & veritati. Quorum honestissimo labore animum sumentes, & nos quoq; nonnullos Iuris ciuilis locos ab opinionum carcere, a sinistrarum interpretationum claustris liberauimus: non veriti vel contra Accursium, nedum aliorum Doctorum sensa, veriores inquirere intellectus. Quos cum speramus nos esse adsecutos (ex textibus em̄ & viuis rationibus nostris fundauimus) neminem ex bonis uiris futurū credimus, qui densissimā istam prioris seculi opinionum nubem relicta veritate amplecti deinde cupiat. Collegimus aut alia quædam, quæ de Iuris ciuilis sinceritati cōmodant, & singularibus responsis adscribi iure possint, quæ futurus fortasse annus profereat, dum presentes nostros labores æquioribus fatis exceptos cōperero: Nam modica isthæc (periculū facturi) quasi velitando ædidimus. Quicquid id lucubrationis sit illustrissime Princeps, tuæ illustriss. maiestati dedicare uolui: nō quod dignū ullo pacto munus iudicē, sed aīm in te affectatissimū, maxima queq; si possem tua causa ad eundē, declarare uolui.



Nam præter quod immortalī munificētia, tua me maiestas adfecit pri-  
uilegio laudatissimo, & eo, prorsus raro, meæ senectæ providendo; tanto  
tamen uirtutū cumulo illustraris, tot insignes dotes optimo dignas Prin-  
cipe exhibes, ut nō iniuria in subiectissimam tuī uenerationem optimus  
quisq; procliuis & promptus esse debeat. Enarrarem hic qua animi alti-  
tudine, qua singulari prudentia, qua cōsiliū grauitate, qua rursum clemē-  
ti benignitate & in bonos omnes beneficentia, qua item insigni eruditio-  
ne, qua doctrina conspicuus redderis, aliasq; innumeras generosissimi a-  
nimi tui dotes recenserem: Sed non potest eam amplitudinē recipere epi-  
stolaris breuitas. Hoc tacere non possum, tanto te in meliora studia fer-  
uore inardescere, ut in multis præclarissimis uirtutibus nihil tibi prius  
sit, quæ eos fouere, eos tua ornare munificentia, ad te uocare, in cōsilijs ha-  
bere, qui solidioris doctrinæ, & fama & opinione sunt conspicabiles. Tes-  
tari hoc possunt præclariss. uiri, Hieronymus Baldugnus Iurisconsulto  
rum eloquentissimus, & eloquentium Iurisconsultissimus, uir præstans  
ingenio & memoria incredibili, atque adeo meliorum literarū cognitiōe  
undecunq; doctiss. Ioannes Faber, Iacobus Spiegel, ambo Iuris professo-  
res famigerati: quorum hic a cōsilijs, ille a libellis tuæ inseruiunt maie-  
stati, ambo eruditione insignes, rei latinæ elegantia inter selectos nume-  
randi: humanitate, fide, amicitia, integritate, omnibus numeris absoluti,  
ut interim alios taceam. Iure igitur & merito fecisse me arbitrabor, qui  
has meas lucubrationes Illustriss. tuæ dedicauero. Maiestati, subq; tuum  
illud studiorum dominans patrociniū, nostratiā isthæc collōcauero:  
quæ cum in Iuris ciuilibus tractatu & noua sint, & magna ex parte insolita,  
addimus & pugnantia, contra communes maiorum nostrorum doctri-  
nas: tutelam potentissimi Herois nō iniuria efflagitarūt, ut quæ sint mul-  
torum subitura iudiciū, eorum potissime qui ab opinionum fune pen-  
dent: Tametsi apud bonos uiros, quibus ueritas, & iuris synceritas cordi  
est, stationem & locū facile sint obtentura. Hos itaq; meos labores, quos  
pro ueritatibus legalibus adserendis subiuiimus, Serenissime Princeps,  
benigne suscipito, eaq; tractato clementia, ut palam testatum relin-  
quas, hæc nostra tuæ maiestati placuisse: Sic enim & animū  
amicis nostris adijcies, inimicis & osoribus adimes; cō-  
gratulariq; illi instaurato Iure ciuili possint, ho-  
rum uenenata ora compescantur. Vale &  
uale inuictissime Princeps.

Reuerendissimo



# REVERENDISSIMO IN

CHRISTO PATRI ET DOMINO, DOMINO IOANNI

Fabri Episcopo Viennensi, viro Doctissimo, Domino  
gratioso Vdalricus Zasius LL. Doctor, & Or-  
dinarius Friburgen. sese commendat.



Vos iuris Intellectus, Reverendissime pater, superiori tem-  
pore serenissimi Principis nostri Diui Ferdinandi Regis  
Romanorum nomine & titulo edideram, rogatu compluri-  
um studiosorum nunc iterato formis excudendos dedi, quod  
pauciora initio exemplaria prodierint. Ita autem edidi, ut et  
additionibus non ociosis locupletauerim, adiuncto Substitutionum Tra-  
ctatu non ineleganti, quem anno præterito auditoribus meis prælegi.  
Rem plane difficilem & a Doct. Iuris examinatum quidem diligenter,  
sed magna cum obscuritate. Quo loco tuam paternitatem præstantissi-  
me Antistes appellare uolui, ut qui Illustrissimo Regi nostro a Conci-  
lijs suis proximus, & doctrinæ eminentia, gloria virtutis, clarissime fami-  
geratus, meos hosce labores, & commendares diuo Principi: quod & an-  
te hac magna cum beneuolentia fecisti, & a maleuolorum detrectationi-  
bus, singulari tua eruditione assereres. Scio tuam paternitatem non so-  
lum in diui Principis nostri compluribus arduis negocijs, & porro in  
sanctæ fidei nostræ publica causa (cuius tuendæ gratia toto orbe amplis-  
sime præsul fatigaris) esse perquam maxime occupatum, suffuraberis tamen  
pro insigni humanitate tua temporis aliquid, quo meo quoque voto in-  
tendas. Equidem si quo seruitij genere tibi adesse potero, in omnia impe-  
ria & iussa tua, ut semper fui, me paratissimum experiere. Vale.



# AD LECTOREM

**C**ontestatum ante omnia uolo, ex solis me textibus iuris, uerisque & fundatis rationibus, quæ uel lege uel natura firmantur, pendere, eisq; niti & hæere uelle.

Deinde ad opinionum procellas, quibus teste Cebete, ad scientiam non patet introitus, nolle alligari, quæ apud me, ne minimam quidem auctoritatem habent, nisi uel textu iuris, uel euidenti ratione consistant.

Et tertio loco Accur. Bar. Bal. Angeli, & cæterorum auctoritatē, honore tamen eis debito seruato, non pluris me facere, quàm aliorum quorumcunq; Doctorum, qui eruditione præstant, ut ita me nullo premant præiudicio, etiam si fuerint ingenio & doctrina in primis excellentes. Veritas enim iuris ex textibus, non ex Doctorum auctoritate eruitur.

Tandem consiliorum syluam eminus ablegamus, quæ sæpenumero ad quæstum & ad persuadendum iudicem plus sunt composita, quàm ad ueritates textuum asserendas.

Proinde qui mea pergat conuellere, textibus iuris, iustisque rationibus mecum pugnet. Nam quicquid præterea armorum afferet, hac contestatione, tanquam rem imbellem auerlabor.

## LVCRETIVS LIB. II.

Quid dubitas, quin omne sit hoc rationis egestas?  
Omnis cum in tenebris præsertim uita laboret,  
Nam ueluti pueri trepidant, atque omnia cæcis  
In tenebris metuunt, sic nos in luce timemus  
Interdum nihilo quæ sunt metuenda.

IN LAVDEM ILLUSTRIS. IURIS INTERPRETIS VDALRICI  
Zasij, Germani, Richardus Sbrulius Foroiulianus, Poëta Cæsareus.

Quid seque ris balbos pubes Germana magistros?  
Quum sit natali turba diserta solo.  
Quid tibi cum Scythicis proles generosa colonis?  
Quin tua Rhomanos patria fortis alat.  
Ah pudeat tristes luci præferre tenebras,  
Ah pudeat Glaucam præ sue nolle deam.  
Ut fileam multos, tibi Zasius optima tradit  
Quæque, decem tabulas explicat ille uirum.  
Somnia non uobis, folium legit ille Sybillæ,  
Tullius eloquio, legibus ille Solon.  
Quid plus eloquio? quid uos plus legibus ornet?  
Hæc duo præcipue quemq; beare ualent.  
Zasius & calando uos & sermone iuuabit:  
Sive domi cupitis uiuere, siue foris.

Intellectus



# INTELLECTVS SINGVLARES ET NOVI IN NONNVLLO

LOCA IVRIS CIVILIS, PER VDALRICVM ZASIVM LL.  
doctorem diligenter, & ex veritate collecti atq; recogniti.

GENVS QVATVOR MODIS ACCIPI, ALITER QVAM  
Bartolus, & communiter Doctores sunt opinati.



VANDO IN IVRE NOSTRO CIVILI SAEPE numero generis sit mentio & speciei, quæ tamen, quantum ad obligationes attinet, a Doct. uel explicantur frigide, uel male confunduntur, eo q; nomine non parum multi errores passim doceantur, recte ac ordine fieri puto, si mox a fronte eam rem & distinctius & perfectius tractauerimus. Ea enim comperta tractatione, materia functionis & cognitu erit facilius, & in uniuersum rerum incertarum obligationes fundatori declaratione lumen accipient.

Genus igitur, extra eas acceptiones, quas in Isagogis suis Porphyrius enumerat, quantum ad legales disciplinas satis est, quatuor modis accipi putamus. Primo genus dicitur quod non habet certum nomen, sed simpliciter, nulli q; determinatae qualitati astrictum, uelut anonymum relinquitur. Sic enim ultima uoluntas in genere inuenitur, ut quæ nec sit testamentum, nec codicillus, nec donatio causa mortis, nec alio speciali nomine nominetur, sed simpliciter in generali appellatiõe ultime uoluntatis relinquatur. de qua facit mentionem glos. not. in l. licet. C. de pact. Sic & haeredem inuenio sine certa qualitate. glo. Instit. de eo cui li. cau. Porro & ius civile in genere sine alio speciali nomine comperitur, scilicet quod nec sit lex, nec edictum praetorium, nec plebiscitum, nec constitutio, nec consuetudo, ut l. ij. §. hæc disputatio, & quæ ibi latius diximus, de origine iuris. Porro & in l. si ego. ff. si cer. pe. uoluntatem aliquam in genere colligimus. Cum enim ibidem pecunia dicitur secundum uoluntatem dantis esse consumpta, uoluntas simplex in genere anonyma intelligitur: si quidem contrahentes quo ad speciem contractus dissenserant. Ista generis appellatio, nõ ideo genus dicitur, quod ad species respiciat: nullas enim sub se species habet: sed ea ratione sic nominatum est, quod solum sit, & (ut dixi) anonymum ad nullam certam speciem accedens. Et quamuis Alex. in d. l. licet, actionem etiam in genere inueniri putauerit, attamen quo ad hanc generis acceptionem errat: alia enim ratione, actio in genere esse dicitur, sicut infra suo ordine patere poterit. Sed miscellanea, & confusa generis pro genere usurpatio, hos & alios errores peperit.

Secundo modo genus pro qualitate & conditione rei accipitur, ut cum tyrannus dicitur esse eius generis, id est, conditionis, ut non facile ad humanitatem persuadeatur. Ea loquendi figura a Iurisconsultis frequens est, ut in l. quaesitum. §. idem Celsus, ff. de fund. instru. ubi dicitur, hoc genus seruos, in l. & ita. §. ex hoc edicto. ff. nau. cau. ff. ab. ubi coërcetur improbitas eius generis, id est, conditionis, quo sunt nauæ, cau. pones, cum multis similibus. Porro & species pro qualitate aliquando & conditione sumitur, ut in l. permisceri. §. species. ff. de acquir. possess. l. proponebatur, de iud. l. si soluturus, de sol. cum si. Sæpe etiam fit, ut genus hoc modo acceptum pro specie, id est, qualitate usurpetur, ut in l. non uidetur. ff. de iud. ubi genus actionis ab Accursio recte exponitur pro specie, quamuis Accursius ad hanc generis acceptionem non respexerit

Primum genus;  
anonymum.

Ultima uoluntas anonyma.

Hæres anomalous.

Ius civile anonymum.

Voluntas in genere.

Quare genus dicitur.

Genus secundo pro qualitate & conditione.

Species pro qualitate.

Genus & species in nihilo differre hac acceptione.



respexerit: quod certe ex eo satis colligimus, quod is ipse in l. si. ff. de cond. cau. dat. Iurisconsultum, inter alia contractus genus nominantem, quasi castigare uideatur, putans ibidem melius potuisse dici speciem quam genus: quod tamen non erat necesse, cum eo loci genus recte pro specie accipiatur, id est, pro qualitate seu conditione rei. Sic in l. qui seruum, post prin. ff. de interrog. act. cum dicitur, litem subisse hoc genere, hoc est, ea confessionis specie, quod tamen Accursius ibidem pro modo non male exposuit. Sic & in l. rerum mixtura. ff. de usucap. cum tria esse genera corporum dicantur, species, qualitates, differentias intelligimus. Eo intellectu etiam genus accipitur in l. ij. §. genera, de acquir. poss. ubi modo unum, modo plura in possessionibus genera ponuntur: sed rationem eius uarietatis post aperiemus. His consequens est, quod in hac acceptione, quæ frequentissima in iure est, genus a specie non differat, nec species a genere: utraq; enim qualitatem & conditionem significant, ut prædiximus: quapropter ea generis appellatio nullas sub se species continet, sed ad speciei, id est qualitatis significationem contrahitur & coercetur.

**Genus tertio per qualitatem circa res fungibiles.** Ex prædicta obseruatione emergit tertia generis acceptio, quæ circa res fungibiles uersatur. Genus enim hoc tertio modo acceptum, comunicabilis quædam qualitas est seu conditio, quæ rebus accidit natura uel quasi similibus, in numero, pondere, & mensura consistentibus. Natura sunt similes, uinum, frumentum, oleum, metalla &c. Eas uero res quæ artificis quidem manu fiunt, sed in eis natura præualet, quasi similes nominamus, ut panes, tegulæ, lateres, sal, butyrum farina, & quæ similia sunt. Pecuniam uero, & si sit manu artificis facta, inter res fungibiles poni non est dubium, ut quæ sua origine ad hoc formata sit, ut uniformi usu sui, mutuam præberet functionem, l. i. ff. de contra. emp. In omnibus illis rebus, comunicabilis, siue, ut Baldus dicit, identifica inest qualitas, quæ hic genus dicitur, per quã functio, id est, promiscuus usus inducitur. Sic enim frumenti ad frumentum, uini ad uinum, & ita de alijs, mutua uice dat functio: quæ res licet inter sese sint species separata (aliud enim frumentum meum, aliud tuum: alius panis tuus, alius meus) ista tamen omnimoda similitudo facit ut mutuo comunicent, & propter identificam qualitatem (quæ hic genus dicitur) uelut eadem res reputent: de quo genere Iurisconsultus loquitur in d. l. ij. §. mutui. si cer. pe. Et quamuis hoc genus comunicabilis qualitatis rebus fungibilibus adhæreat, eadem tamen res nihilominus species remanent, nec propterea in genus hoc modo acceptum transeunt. Cum enim id ipsum genus nihil sit, nisi accidens identifica (ut dixi) qualitatis, quomodo substantiam rerum, speciesque homini demutare posset? Vnde quod Iurisconsultus in d. §. mutui, docet huiusmodi res functionem in suo genere recipere, intelligendum est in sua comunicabili & identifica qualitate. Nec obstat quod in d. l. ij. in prin. dicitur non eandem speciem, sed idem genus solui: Quia Iurisconsultus compendio sermonis, & quodam tropo Metonymiæ, generis uocabulo, res quæ sub eodem sunt genere usurpauit: sicuti ipse sese declarat in d. §. mutui. Simili tropo usus est Iurisconsultus in l. quod nersua. depo. ubi latior culpa dolus nominatur, id est, proxime dolus: id quod infra in tractatu Latae culpæ latius attigimus. Isthæc figura loquendi, non solum in humanioribus literis, sed etiam Iurisconsultis assueta est, ut in l. seruus. ff. de cond. indeb. redimi furtum, id est, res furtiua dicitur, & in l. cum quis. ff. de cond. ob cau. donatio, id est, res donata condicitur: & est pro hoc glossa cum concord. in l. i. uer. habitationem. ff. como. Sic & apud Paulum ij. Corinth. ca. v. scribit nos effici iustitiam dei, id est iustos, si interrim uarios alios locos taceamus. Huiusmodi ergo res fungibiles, etiam si genus nominentur, tamen non esse nisi sub genere intelliguntur: sunt enim re ipsa species sicut alia corpora: quod certe ex l. inter stipulantem. §. si stipulatus, uer. uini. l. stipulationum, ff. de uerb. obli. liquido patere potest. Circa quod diligenter considerandum est, quod ista comunicabilis qualitas in contractu tantummodo mutui, functionem specierum huiusmodi inter sese uicissim parit: in alijs autem contractibus & dispositionibus quamuis ali

**Res natura quasi similes.**  
**Pecunia.**

**Identifica & comunicabilis qualitas in rebus numero, pondere, etc.**  
**Res fungibiles esse species separatas.**

**Quare fungibiles res genus nominentur.**

**Res fungibiles, uere esse species**

**Functio rerum comunicabilium tantum in mutuo.**



uis aliquando faciat, ut hmoi species non ita facile sicut cætera corpora intereat: id quod infra suo ordine latius explicabit: functionem tamen in eis uicariam, cæteris paribus, non credimus esse receptam. Sed occurrit hic nodus, qui capita doctorum torfit, nec est adhuc a quoquam, quem legerim, explicatus. Nam in d. l. ij. §. mutui, dicit Iuriscō. eam res donatione, que numero, pondere, & mensura consistunt, in creditum iri: quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem magis quam per speciem: Quæ uerba plane obscura sunt, & non incommode a Paulo Iuriconsulto prodita: qui non semel scotinos, id est, obscurus esse deprehendit. Quomodo enim fieri potest, ut functionem recipiant hæ res magis per solutionem, quam per speciem: imo rota conuerti debuit, ut functio potius ex specie, uerumque similitudine, quam ex solutione apparet, scilicet quod species in mutuo omnino sit necessaria, cum sit contractus qui re celebratur, in quo etiam & res ipsa & species potenter dominatur: Solutio autem speciei in eo contractu uelut subseruire uideatur. Quomodo ergo seruientem solutionem dominantæ speciei præferimus? Accur. in glōf. mag. ulcus mouet, sed non aperit. Bar. Bal. Ang. nodum fortiter trahunt. Paulus de cast. putat, quod cum in hmoi contractu alia res similis soluenda sit, non eadē species restituenda quæ accepta fuit, unde solutionis effectum (qui aliam rem conernit) plus hic attendi quam speciem, id est, eiusdem speciei restitutionem, &c. Sed non dissoluitur per hoc nodus: debebat enim adhuc per speciem etiam similem fieri functio, magis quam per ancillantem solutionem. Denique ex hac declaratione, d. §. mutui, plane superuacaneus redderet, cum in d. l. ij. paulo supra ad prin. satis decisum sit, eandem speciem non restitui, sed idem genus solui. Quid igitur attinebat hoc in nostro, §. iterum repetit: Alciatus, uir sine dubio exactissimæ eruditionis, & qui non solum in iure ciuili (in quo tamen principatum tenet) sed etiam in varijs optimis disciplinis cum paucis emittet, is quædam in suis paradoxis in prædictum textum docuit. Sed resolutiones sue difficultatem non tollunt. Quapropter quid & ego sentiam, uelut symbolum adferre uolui.

Intellectus uerus ad §. mutui, in l. ij. si cer. pe.

Paulus Iurecō. scotinos.

Opinio Pauli de Cast.

Reprobatur Paulus.

Ab Alciato receditur.

Mutuum circa duo uersatur. Materia mutui. Forma mutui in quo?

Formam solutionem plus quam speciem attendi.

Accur. reprehendi in dictione magis.

Genus unum, et tria genera in rebus fungibilibus inueniri.

Et præmittendum est, mutuum, quo ad propositum nostrum, circa duo principalia uersari: tum ut super rebus fiat natura uel quasi similibus, id quod materiam mutui respicit: deinde ut hæ res recte & formiter, nempe numero, pondere, & mensura, in mutuum ueniāt, quæ & formalis in mutuo qualitas nominari potest: Quippe forma mutui in eo residet, ut numeri ad numerum, mensuræ ad mensuram, ponderis ad pondus solutio explicet: quæ formam Accur. in glōf. sua mag. (licet alio fine) attigisse uideat. Cum ergo per Iuriscō. deciditur, res communicabiles functionem in suo genere recipere magis per solutionem quam per speciem, Sensus est, Plus attendi formalia mutui, id est, ut formiter fiat solutio, quam specierum similitudinem: que licet & ipsa attendatur, scilicet quod si ne rebus tanquam materia, mutuum naturale consistere non posset: præualent tamen formalia, quæ certe ex formi solutione relucent. Quod potest exemplo patere. Si enim aceruum frumenti tui mutuaueris, ut similem aceruum accipias, hic est specierum similitudo: Cæterum hoc contractu mutuum non contrahit, cum solutio formiter, id est, numero ad numerum non sit facta. Vides quam facile est mens Iuriscō. declarata, que tamen tot annos & secula, tot perita fatigauit capita. Voluit enim Iuriscō. quod formis solutio magis attendatur, quam similitudo specierum. Nec uerum est quod Accur. dicit, dictionem magis, electiue poni, imo proprie sub comparatione uenit, ut specierum quidem similitudo in mutuo requiratur, sed magis attendatur formalis & rite facta solutio. Non enim simplex qualibet solutio in hmoi rebus mutuo est recepta, nisi sit facta formiter.

Notandum porro est, quod licet omnibus rebus & speciebus fungibilibus, unum genus, nempe comunicabilis qualitas accidat, ut superius docuimus, nihilominus tamen etiam in eis tria genera, id est, conditiones & qualitates locum habent, uidelicet numerus, pondus, mensura: ut sic & unum genus in eis, & tria genera inueniantur. Sed hoc non est absurdum, si aliam & aliam rationem expenderis. Nam quo ad eam qualitatem intrinsecam, que materiam mutui, nempe res ipsas natura uel quasi similes respicit, unum est omnibus genus, id est, una conditio rebus inter sese comunicabilium: Sin uero for-



Tria esse causas  
rū genera apud  
Rhetoricos, &  
nihilominus qua  
tuor genera.

Possessionis ge-  
nus unū esse, &  
esse mlti genera

Explicata noue  
liij. §. genera.  
ff. de acq. poss.

Pecuniā habere  
in rebus fungibi-  
libus, aliqua  
præcipua.

Pecunia uere cor-  
pus & species  
est, noīe tñ quan-  
titatis cōsetur.

Alias res fungi-  
biles nomine  
quātitatis num-  
cupari non  
posse.

Error Accurf.  
& Doct.

In pecuniā ali-  
quando reman-  
nere speciei  
uirtutem.

malia mutui consideres, tria sunt genera, id est, qualitates, in quibus huiusmodi res consistere dicuntur. Simile est in primo Rhetorico Ciceronis, ubi cum in initio tria causas genera nuerant, mox & quatuor genera deduci uideas. Quod par distinctione con-  
cilies. Nam quo ad principia causarum essentialia genera tria sunt, iudiciale, delibe-  
ratiuum, & demonstratiuum. Ceterum si ad materiam respexeris circa quam causa uersan-  
tur, quatuor sunt genera, Honestum, Turpe, Humile, & Dubium. Sic possessionis  
genus aliquando unum est, si ad qualitatem respicias insistendi: sin ad materiam circa  
quam uersatur, tunc tot sunt genera possessionis, quot cause acquirendi dominij. Sin  
uero ad modum & formam possidendi, duo sunt genera uel species, bona fides & non  
bona fides: per que datur intellectus expeditus ad l. iij. §. genera, de acquir. posses. ubi  
genera pro qualitatibus & conditionibus ponuntur. Ceterum si ad qualitates intrinse-  
cas & essentielles, ex quibus in esse producitur possessio, respexeris, duo sunt genera,  
ciuile & naturale, tanquam cause efficietes: Sin uero ad effectus quos producit possessio,  
& ad causas finales, tunc quæ sint genera possessionis dixi in d. l. iij. §. ex contrario, eo. tit.

Præterea aduertendum est, quod licet pecunia cum alijs rebus seu speciebus fungibili-  
bus connumeretur, scilicet quod functionem in eodem genere recipiat, habet tamen ali-  
qua præcipua, quæ in alijs rebus non inuenies: nam numerari, ponderari, & mensurari  
potest. Sic & Abraham siclos argenteos, quos pro sepulchro dederat, appendendo sol-  
uit, ut in Genesi legitur. Item quia per pecuniam res omnes aestimantur, l. sed et si fides  
iussore, de fideiuss. l. i. de contrah. emp. Quapropter licet pecunia uere corpus & spe-  
cies sit, l. nam et si fur, in si. ff. si cer. pe. quantitatis tamen nomen induit, scilicet per quam  
omnis res quanta sit ostenditur, ut ita pecunia species sit & quantitas. Species ideo quod  
per naturam corpus sit: Quantitas uero, quod usum sui rebus aestimatione præbeat: que  
doctrina elegantissime ex Iuriscon. colligitur in l. si is cui, post princi. ff. de solu. ubi di-  
citur: Siue in pecunia quæ non corpora excogitet, sed quantitatem. Aliæ uero res fun-  
gibiles, uinum, frumentum, oleum &c. nomine quantitatis nuncupari non possunt,  
utpote quod per huiusmodi res, nulla fiat ualoris aestimatio. Rectius uero res fungibi-  
les nouo nostro uocabulo nominari possunt, quod ex communicabili natura functione  
in mutuo, & aliquando in alijs dispositionibus communicationem recipiunt. Quapro-  
pter error est Accurf. in l. si. in glos. mag. de cond. trit. ubi quantitatis noīe etiam uinum,  
frumentum, oleum &c. censuit. Simili errore Bart. Alex. Iason, & alij labuntur, qui non  
semel res eas quantitatem nominarunt tam inepte, quam nullo iure, natura etiam rebus refras-  
gant. Et quod huiusmodi species frumentum, uinum &c. quantitatis noīe censerī non possunt:  
text. est apertus in l. in summa, §. in frumento, ff. de cond. indeb. ubi frumento in-  
debito soluto, consumpto, pretium condicit: quod ad species pertinere nemo iuste ne-  
gat. Nam si frumentum quantitas esset, non pretium, sed tantumdem frumenti condi-  
ceretur, l. quod indebitum, ff. eo. tit. Verum cum Accurf. Bart. & Doct. suo errori subscri-  
berent, in difficultates inciderunt quæ maxime impeditas, eatenus, ut Accurf. in d. §. in fru-  
mento, impertinenter diuinaret, Bart. dubitaret, Iason in d. l. quod indebitum, arduum  
esse & difficile contrarium fateretur: quod tamen non erat necesse, si Doct. aduertissent,  
quod alter tex. de specie, alter de quantitate senserat. Ceterum si eum errorem pergas ex-  
lecturis eorum tollere, bonam partem commentariorum suorum in pluribus, l. adimas ne-  
cesse erit. Quamuis autem pecunia numerata quantitatis nomen induerit, remanet tamen  
aliquando in ea speciei uirtus: ut si in cistam recondita, uel faculo clausa, aut alioquin  
obsignata, legata uel data fuerit: tunc enim non alio iure quam sicut cetera corpora censebi-  
tur, l. plane, §. pe. l. sed & certos, ff. de leg. i. cum uulg. quo casu pecunia in contractum  
mutui recte, sicut alia corpora non fungibilia uenire non poterit, ut bene docuit Ac-  
curf. in d. §. mutui, in glos. mag. ad fi.

Per quam doctrinam nuper in lectione nostra quædam non ineleganter tractauimus.  
Nam in l. si quis nec causam, ff. si cer. pet. communis opinio pro Azone contra Ioh. te-  
net in casu ibi posito, Periculum leuis & leuissime culpe, non autem casum fortuitum ad depo-  
sitarium



titarium pertinere; intelligētes tñ pecuniā ut speciem (in sacco forte clausam) fuisse  
 • ibidē depositā, alioqui pro snia loh, casus fortuiti non excluderent. Hic ego tenui nō  
 esse uerum q̄ pecunia illic ut species sit deposita: siq̄dem & diuinationem esse imperti-  
 nentem, & textū uiolenter urgeri. Quō enim pecunia ibidem ut species intelligi pote-  
 • rat, quā depositario in creditum ea conditione data erat, si prādia emisset: Nam nec  
 emi prādia per corpus pecuniā, nec in creditum iri potuisset, utpote q̄ in utroq̄ casu  
 pecuniam nūeratam interuenire necesse est. Instit. de cōtrah. emp. q̄. pretiū, glo. mag.  
 in d. q̄. mutui. Deniq̄ ga tex. in d. l. si quis, aperte docet, quod is debitor pecuniam mu-  
 tuam petierit, unde uoluit pecuniam numeratā dari, non speciem. Quibus sic habentibus,  
 in casu prādicto pecunia numerata, non ob signata deposita est, alioqui in cre-  
 ditum iri non poterat. Quapropter casuum etiā fortuitoꝝ periculum pro loh, snia ad  
 depositarium pertinuit. fa. l. in naue. post prin. ibi. Idem iuris est in deposito. ff. loca.

Opinio loh. cōtra Azō. & rōnam  
 munem defensa  
 sa in l. si quis  
 nec causam. ff.  
 si cer. pe.

Porro & alia difficultas nuper inciderat in l. omnia, cū l. seq. ff. si cer. pe. ubi cum Iu-  
 riscon. de conditione tacita mutui loquens, exemplum dedisset de hārede, qui pecu-  
 niam Titio legatam alteri credidit: non em̄ ante creditā esse, q̄ Titius legatū repudiet.  
 Quo loco Odo. & Bal. dicūt pecuniā illic in specie (uelut in cista clausam) fuisse lega-  
 tam, alioqui si sub quantitate pecunia legaret, hāredem ut dñm non impediri, quin re-  
 cte mutuaꝝ pecuniā sine tacita conditione potuisset. Quo intellectu duō nobis scrus-  
 puli occurrerunt. Primo, cū certū sit pecuniā ut speciem mutuari alteri non posse, per  
 ea quā supra diximus: unde si hoc legatū erat speciei, mutuū ab initio non constitit:  
 sin erat quantitatē, mox iustum erat mutuū, & sic neutro bi in futurū euentū pendere  
 poterat. Deniq̄ & secundo, si maxie fuisset mutuū, agnito tñ per legatariū legato, hā-  
 res rem legatam soluere non potuisset. Nā debitor non erat obligatus eandem specie  
 reddere, sed tantundem soluere. Legatarius autē estimationem recipere non cogebat,  
 sed rem ipsam legatam impetere poterat, l. si domus, q̄. cum al. cui. ff. de leg. 1. Nos prio-  
 rem nō dum ita dissoluimus, quod quis pecunia in cista clausa legata, species erat quo  
 ad legatarium, poterat tamen alteri non ob signata, sed nūerando dari in mutuū: ut sic  
 eadem pecunia, quā quo ad legatarium propter ob signationem erat species, in debi-  
 tore propter numerationem mutuū fuit. Quid em̄ absurdi emergat, si pecunia ob signa-  
 nata, species sit Titio, numerata uero debitori sit quantitas? Nā per ea quā eleganter  
 docuimus, pecunia, quā per naturam semper corpus est, d. l. nam & si fur, uim speciei

Explicata alia  
 difficultas no-  
 mine pecuniā  
 in l. omnia. ff.  
 si cert. pe.

Dissolutio pri-  
 mi nodi.

Pecunia potest  
 ob signata lega-  
 ri, & alteri nu-  
 merando dari.

• remnet, si detur sub corpore: in quantitatē uero transit si numeretur: Potest em̄ in pe-  
 cunia & corpus cogitari & quantitas, d. l. si is cui. ff. de solu. Alter uero nodū expli-  
 cuit in circulo post lectionem clarissimus uir dñs Sebastianus Derrer, tunc Iurisciui-  
 lis candidatus, iam uero Doctor, ingenio & doctrina insignis, qui tum forte aderat.  
 Putabat em̄ eo loci, cū legatarius agnito legato speciem petierit, sufficere si hāres aesti-  
 mationem soluat: ea saltem ratione, quod res ipsa quā iam solui non poterat, pempta  
 intelligeretur: censerī autē solui non potuisse, cū debitor ad speciem reddendam inuis-  
 tus non cogeretur. l. non dubiū. ff. de leg. iij. d. l. si domus, q̄. quō confitetur. Iam uero  
 ex his quā supra docuimus, uel temperari, uel emendari quā dā glo. poterit in l. cum  
 fundus, q̄. seruū. uer. quod ad peculiāres. ff. si cer. pe. ubi cū deciditur, nummos pec-  
 ciliares per dñm Stichū, si extant, uendicari posse: putant glo. & Doct. uendicari nū-  
 mos ut speciem: Quod non est uerū, tum quā peculiū ad certū corpus non adstringit-  
 tur, tū quia nummi ibidem pro hoīe empto, tanq̄ pretium in pecunia numerata expo-  
 siti sunt. Crediderim eos deceptos fuisse ex uerb. uendicari, quasi non nisi species uen-  
 dicetur. Sed meminisse poterant nummos extantes uendicari posse, etiā si sint quanti-  
 tas, & sub pecunia numerata dati, id quod manifestū est ex l. rogasti, q̄. si fugitiuus. d. l.  
 nam et si fur. l. filius fa. ff. si cer. pe. hoc tamē non inficior, pecuniam etiā numeratā per  
 corpora uendicari, non autē tanq̄ speciem in cista clausam. Restaret nunc dicen-

D. Sebastianus,  
 Derrer.

Temperari glo.  
 in l. cum fund.  
 q̄. seruū. eo. ti.

An pecunia cū  
 argento fun-  
 ctione recipiat.

• dum, an pecunia cum argento purō, functionem in genere eodem recipiat. Verūm  
 in lectura nostra, hāc & alia late docuimus. Siquidem cū communi opinione tenuis-  
 mus, pec



mus, pecuniam cum argento mutuato in eodem genere, functionem non aliter recipere, quod si non sit ære contaminata, quippe quod in mutuo, res debita in eadē bonitate

In alijs contractibus, præter mutuum, sub pondere auri, argenti, pecuniā intelligi.

danda sit. In alijs uero contractibus, defendimus pecuniā probe monete, cuius sit publica auctoritas pro argento in pondere, iuxta eam æstimationem quæ publico usu recepta sit, inuito etiam creditori solui posse, etiam si sit ære contaminata.

Imo diximus, sub pondere auri & argenti, recte intelligi pecuniam. Pro qua assertionione non solū in pœnis, sed etiam in rebus alijs complura iura allegauimus: sed & tributa imperij, priuilegia pœnalia, censusq; & redditus sacerdotiorq; non alia frequentius quā marcarum argenti æstimatione intelligi. Nec uerū esse quod Bart. uoluit, monetā in forma tantam præbere utilitatem oportere, quātam in materia, ut qui contra textū expressum loquitur, d. l. i. ff. de contrah. imp. Sed quia hoc præsentī loco, genera & species, obligationemq; eorum docere orsi sumus, satis late digressi, cœptum ordinē red

Quarta generis acceptio ei propria.

Genus quod se pluribus speciebus communicat.

Genus determinationis est species

Genus non semper ad certam contrahi

ducamus. Quarto igitur modo genus uere & proprie, dicitur id, quod de natura sui pluribus sese speciebus communicat, & quod nomine quidem incertū & confusum, seu (ut Cicero dicit) informe est, potest tamen per species contentas fieri certius, fa. l. Meuius. §. duorum. de leg. ij. ubi dicitur hominem in genere, sermonis cōpendio plures in sese homines continere. Deniq; hoc genus si ad differētiās specificas cōtrahatur, uel, ut ciuili modo loquar, per certas demonstraciones determinetur, iam species fit, ut exempli gratia: Homo genus est, quod si hominem, Stichum, oblongū, rufum, monoculum, &c. nominaueris, iam ex genere in speciem fit transitus. Hoc est quod Boethius in Topicis dicit, speciem fieri quoties genus ipsum uelut in quandam contrahit portionē. Contrahitur autē effusa generis uirtus, non semper demonstratione certiori & indiuidua:

Quo casu generis nomen, non quidem amittitur, sed minus generale efficitur: ut cum homines indoctos nomino, iam nondum certa species apparet, sed uis generis tamen ad indoctos coercetur. Quapropter determinationes ad certā demonstrationem plus uel minus adstrictæ, uel generis nomen relinquunt, uel speciem, id est, certum corpus cōstituant. fa. eleg. tex. in l. in ratione. ij. §. incertis. ff. ad l. fal. l. qui duos. ff. de leg. i. cum si.

¶ Additio. Ad has doctrinas si respexisset Bartolo. Socci. in l. ij. §. mutui. nu. 12. Si ceperet. in exemplo uestis, non substitisset. Quod enim putat uestem, speciem esse, non est uerum: & est contra iura notissima. l. legato. l. cum incertus. de leg. i. & d. §. duorum. Sed est genus minus generale, ut supra declarauimus. At illa, uestis serica, candida, nigra &c. speciei, id est, indiuidui appellatione uenit: quapropter, uestis, genus est, ad uestes particulares.) Hac generis acceptione, non solū appellatiua, sed & propria nomina genera dicuntur. Sicut enim homo de pluribus hominibus, ita & Stichus de pluribus Stichis uerificat: aliter tamen si uim rerū inspicias: Nam homo plures homines significatiue complectitur, Stichus autē plures Stichos non nisi uoce. Quæ tamen uaria uis apud Dialecticos (ut qui circa rationem differendi uersentur) magis quā in iure nostro attenditur.

Appellatiua & propria genera dicuntur, sed differenter.

Species.

In incorporalibus inueniri genus & speciem

Huic generi cognatū est quod sub se species contineat, quod in alijs generibus, de quibus supra tractauimus, non inuenies. Species autē hoc loco nihil est aliud, quā certa res, quæ iuxta certitudinem, qualis & quanta sit appareat. l. stipulationum. ff. de uerb. obli. Logici indiuiduū nominant. Potest & in rebus incorporalibus ex certiore demonstratione species apparere, ut ista seruitus, hæc iurisdictio. Et hæc tunc de uaria generis acceptione. Nec tamen ignoro, genus aliter per Bart. diuidi in d. l. Meuius. §. duorum. ff. de leg. ij. Putat enim genus pro quantitate quadam accipi, ut cum debeat tertium, quartum, aut alia pars pro diuiso, dicatur deberi genus, per l. i. §. pe. ff. si pars heredi pet. Sed hoc non est uerum. Ea enim quæ per quotas diuiduntur, potius habent uim totius & partium, quā generis & speciei: quod & Rodolphus Agricola lib. i. de inuentione docuit. Sed decepit Bart. glossa in d. §. pe. dum putat sextantis ad sextantem generis esse cōpensationem. Sed eum errorem alibi confutabimus.

## DE GENERVM OBLIGATIONE.

Explicita igitur generis uaria acceptione, reliquum est, ut obligationes generum persequa



persequamur. In quo aduise conueniet, de genere primo modo tractari nō posse an in obligationem ueniat, cum sit anonymum, ad nullam certam rem adstrictū, & nihil aliud, q̄ uox eius rei significatiua, que speciale nomen non habeat, ut supra declarauimus. Genus uero secundo modo acceptū, quod qualitatem seu conditionem significat, hactenus in obligationem uenit, quatenus solent accidentia speciebus adhærentia. Istæ hæc em̄ genera nihil sunt aliud, q̄ qualitates, quæ conditionē specierum ostendūt, ut supra satis declarauimus. Cum em̄ dicimus, nautas, & id genus hoies obligari, non aliud q̄ eos significamus, qui pari cum nautis conditione censentur: quapropter de obligatione huius generis plura tractare super uacuum est.

Genus primo modo non uenire in oblig.

Genus secundo modo nō aliter quam qualitas rerum in oblig. uenit.

Genus tertio modo pro cōicabili qualitate ex sese obliga. nō subijcitur.

Error Bart. & doct. qui genera confundunt.

Genus quarto modo in obligationem uenit. Certi gradus in genere.

Genera generalia sunt in triplici differentia.

Res comunicabiles etiā posse uenire in genus quarto modo acceptum.

Iam uero & de genere tertio modo accepto, quod cōmunicabilem in rebus, natura uel quasi similibus qualitatem exhibet, nulla iuste tractatur obligatio. Hoc em̄ genus quod ipsum & accidens est, rebus fungibilibus adnexum, ex sese in obligationem uenire non potest. Cæteræ res fungibiles, quibus hoc genus cognatū est, in obligationem ueniunt, non ex ratione generis, sed tanq̄ certæ species, quæ propter naturæ similitudinem inter sese functionē recipiunt, alio qui quomodo res seu species hmōi acceptæ mutuo, sub æquali bonitate redderētur, nisi certæ data essent. l. cum quid. ff. si cer. pe. Videre itaq̄ est, q̄ impertinenter Bart. & Doct. in legibus super mutuo loquentibus de obligatione generis & quantitatis, an, & qualiter aliud pro alio solui possit, confusum miscuerint tractatum: cum non genus, sed certa species in mutuū ueniat, ut iam saepe declarauimus, & ex industria repetimus, tanq̄ rem declaratione ualde necessariam. Ex prædictis sic elucidatis facile colligitur, q̄ genus quarto modo acceptum, nempe pro re incerta, & quod pluribus commune est, recte & uere in obligationem uenit. Verè circa hoc genus certos gradus distinguimus. Quædam em̄ genera sunt generalia, ut homo, equus: Sunt quædam generaliora, ut animal: & porro alia generalissima, ut substantia, corpus. De genere primi gradus, id est, que generalia sunt, nobis sermo est. Alia enim genera secundi & tertij gradus, quia in obligationem cæteris paribus non ueniunt, transire in præsentia uolumus.

Igitur genera primi gradus nobis sunt examinanda, quorū noie, si in cōmunes aliquid quando doctrinas incidimus, nemo tumultuetur. Fieri em̄ non potest, quin cū doctoribus aliquando nobis conueniat. Cæterū plura sunt in quibus ab eis discedimus, que ipso tractatu facile apparere possunt, etiā si non semper errorum noia affricuerimus. Sunt autē genera generalia in triplici differentia. Quædam à natura limites accipiunt, ut homo, equus, lapis, arbor, & cætera hmōi. Deinde alia destinatione & facto hois limitantur, ut fundus, nauis, domus. Sicuti enim paterfa. in his & similibus res ipsas dilatauerit, aut coërcuerit, ita limitata esse dicentur. tex. est clarus in l. quod in re. d. si. ff. de leg. i. Tertio loco sunt genera, quæ numero, pondere, & mensura limites accipiunt, sicuti uinum, frumentum, oleum, pecunia, & id genus similia. Et hoc communis sensu cognoscitur: naturæ em̄ uel artis limitatio, quæ in hmōi rebus est, non attendit: cum ois eorū uis & communicatio in numero, pondere, & mensura consistat, ut elegantè significauit tex. cū glos. in d. l. ij. d. mutui. & est arg. in l. riticum, de uerb. oblig. & l. ita stipulatus. ij. rñ. eo. tit. fa. l. si in rem. ff. de rei uend. Has em̄ res comunicabiles, si præter functionem, ut supra diximus, intelligantur, in obligationem generis & speciei, id est, sub determinato uel indeterminato uenire posse non est dubiū. Nam si uini Campani boni decem amphoras promisero, iam genus, id est, indeterminatā rem promisi: Sin uero uini Campani optimi, iam certa species promittitur. l. stipulationū, cum l. seq. de uerb. oblig. & est tex. elegās in d. l. inter stipulantem, d. si stipulatus, uerf. uini autem. ff. eodem titulo.

Quis autem sit obligationis effectus in his tribus generibus, natura, hoie, & quantitate limitatis, res est difficilis, plena nodis, & parum fundate a Doctoribus tradita. Nos omnia, quatenus uires dederit dñs, ex ueritate que nobis uidetur, explicabimus

Et primo



Quid sit generi-  
bus commune.

In oblig. gene-  
ris oēs species ob-  
ligari sub electi-  
one, contra glo.  
Bart. & cōiter  
Doct.

Alia rō contra  
communes.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Autoritas No-  
minaliū.

Thomistarū er-  
ror.

Quomodo intel-  
ligatur qđ dici-  
mus species esse  
in obligatione.

Species obli-  
gatio sub gene-  
re reconditur.

Et primo commune est generibus, maxime hiis, quæ uel natura, uel facto hois limites acceperunt, quod obligatio quæ super eis contrahitur, omnes species complectatur, d.l. Meuius. §. duorum, de leg. ij. Sed hic mox a limine error non dissimulandus occurrit. Nam Accur. in l. cum is, in fi. ff. de cond. inde, putat in obligatione generis, species non esse in obligatione, sed in solutione: quod Bart. & Doct. ibidem & in l. ij. §. i. ff. de uerb. obli. & item in alijs locis, communiter secuti sunt. Quod certe non est uerum, & est contra notissima iura, in d. §. duorum, ubi sunt uerba aperta, Homine legato, compendio sermonis omnes homines contineri. Item in l. cum incertus, ff. de leg. i. dicitur homine in genere legato, eum qui soluitur ab initio in obligatione fuisse intelligi. Cū autē qualibet species sub eo genere solui poterat, consequens est omnes eas in obligatione fuisse nexas, licet sub electione non copulatiue. Porro' tex. est apertus in l. & per iururandum. §. si is qui hoiem, ff. de acceptilat. ubi stipulator hois, si Stichum acceptū ferat, totam peremit obligationem: igitur & alij serui in obligatione fuerant, alias nō diceretur tota perimi obligatio. Deniq; cum stipulator hois in genere pactum faciat de non petendo Sticho, is non prohibetur cæteros seruos petere, l. si unus, §. sed si generaliter, de pact. Si ergo agere super cæteris potest, necessario consequens est qđ illi in obligatione fuerint, quæ est mater actionis, per uulg. Addimus rationes uiuas. Constat em̄ genus absolute consideratū quiddam esse intellectuale, ut eleganter dicit Bal. in l. incendium, C. si cer. pe. quod certe eo casu in seipso in obligationē uenire nō potest, id quod sensu percipitur. Vnde necesse est qđ genus cū continentia specierū in obligationem ueniat, scilicet qđ pro sententia Iuriconsulti in d. §. duorum, compendio sermonis oēs species referat, qui unus textus, uelut Achilles fortissime pro ueritate pugnat. Tandem nemo est qui non uideat quantum absurdi emergeret, si species in solutione tm̄ essent, & non in obligatione. Cum em̄ una & simplex sit generis obligatio, quomodo una & eadem res diuerso iure censeret, contra iura uulg. ut genus quod in speciebus consistit, & esset in obligatione, & nō esset in obligatione. Tolle em̄ genus, ubi remanebunt species: & e' regione, si species sustollas, genus ubi relinquitur. Iam non solum ex rationis discursu colligis, sed etiam ex ipso sensu palpare potes in obligatione generis oēs species esse in obligatione, electiue tamen, quod semper repeto, nō copulatiue. Verissima est ergo assertio quorundam logicorum, quos Nominales uocāt Genus in effectū & re ipsa nihil esse aliud qđ species simul collectas. Si quidem & Iuris con. id ipsum deciderat iam olim in d. §. duorum, d.l. cum incertus. Male igitur Thomistæ errauerūt, qui docuisse referuntur, promissorem equi in genere, ad nullum in specie equum esse obligatum. Quod certe non solum non est uerū, sed & plane' ridiculū. Si quidem qui ad genus est obligatus, is ad omnes omnino species, sub electione tamē, obligatus esse cognoscitur. Electione autē unius ex speciebus facta, extinguitur generis obligatio, si species recte sit data, d.l. cum incertus, cum si. Hoc tamen non omitimus, qđ species in genere contentæ, per se nō sunt in obligatione, sed relatæ ad genus, & sub habitudine generis. Nam & genus non aliter in obligatione uenit, qđ ad species relatum: ut sic nec generis nec specierū sit absoluta, sed ultro & citro relatoria obligatio. Quod certe & Cicero de Oratore significare uidet cum dicit, specierū in ratione generis communionem quandam esse, licet inter se differant. Quapropter specierū obligatio sub genere, uelut sub nube recōdit, ut fortasse nō immerito eā obligationē tectā sub genere, & inumbratā, incerto qđ generi cognatā dicere possimus, donec electæ speciei solutione, eius obligatio uelut in lucē erumpat & aperta fiat. Quæ est subtilis & fundata declaratio, per quam obscura aliqua inferius suo ordine elucidabunt. Sunt ergo species cū genere non solū in solutione, sed in obligatione etiā, ut p̄ diximus.

¶ Additio. Ad quod alludit Bal. in l. indebiti, §. sed si nummi, ij. col. de con. inde. ubi uult qđ quis genus tantū intellectuale sit in forma obligationis: tamen in executione obligationis ad speciem deueniri sub compendio generalis termini contentā, d.l. Meuius



ius. §. duorum. Quæ species cum soluitur, genus solui intelligi quod in qualibet specie representetur. Porro & Politus in tractatu substitutionis vulgaris satis uoluit, quod sub genere, species expressæ contingerentur.

Huic generis obligationi duo sunt perpetua. Primo quod species dari debeat, & ita dari, ut creditori uel legatario habere liceat. quapropter euicta specie, debitor ex testamento uel contractu conueniri potest, ut aliam det, aut interesse soluat, l. si a substituto. §. heres, cum l. seq. de leg. i. eã concor. in glos. glos. in l. si domus. §. de euictione, eo. tit. in quo tamen non extendor, cum ex communibus doctrinis ea res liquere possit. Rationem autem cur eo loci dandum sit, eam esse putamus, quod cum generis obligatio non ad unam speciem sese præciat, sed omnes æqualiter respiciat, oēs quæ species non nisi sub habitudine generis sint in obligatione, d. l. cum is. §. si. de cond. inde, unde eritor ab hmoi obligatione discessurus non præsumitur, nisi efficaci solutione secuta, scilicet quod & debitor (maxime si eius sit electio) obligationem dissoluisse non intelligitur solutione eius rei, quæ auferri a creditore poterit, l. qui concubinã. §. si heres. de leg. iij. l. qui decem. §. qui hoiem, in fi. §. ff. de sol. fa. l. etiam, eo. tit. l. hæres seruum, de euict. cum siml. Secundo in obligatione generis perpetuū est, quod pars unius speciei soluta non liberat debitorem, ullo modo, nisi eiusdem speciei altera pars soluat. Vnde partem soluta debitor, aut poterit repetere, aut erit tota res in pendenti, donec speciei iusta fiat solutio. l. ij. §. i. de uer. obli. Et in hoc alternatiua promissio obligationi generis est similis, ut d. §. in fi. Quæ tñ doctrina tempamento notabili determinanda est, Quod em diximus eum qui partem unius speciei soluit, non liberari ullo pacto, nisi tota soluat species, debitori quæ partis solutæ repetitionem competere & c. uerè est, si is debitor dum repetit quod soluerat, alteram speciem soluendam offerat: Nam si non offerat, non poterit repetere partem solutam, sed erit in pendenti liberatio, donec uel superat pars non soluta, uel præstetur species altera. Quæ determinatio seu moderatio, quis in d. l. ij. §. i. non sit expressis uerbis cauta, clarius tamen prouisa est in l. si non sortem. §. si decem, de cond. inde, ut ita lex altera per alteram pulchre declaretur. Nec em nouum est legem a lege determinari, per iura uulg. Taceant ergo Bart. & Doct. qui dictas ill. contrarias esse opinati, nescio quid nugæ circumferunt, quasi in obligatione generis, species non sint in obligatione, sed hoc supra cõsutauius. Vnde indubitatum est, quod non solum in obligatione generis pars speciei soluta, nullam inducit liberationem, nisi uel tota ea species, uel alia soluat, sed etiam in alternatiua hoc omnem in modum est recipiendum: cessat quæ utrobique repetitio partis iniuste solutæ, nisi alia species offeratur. Quod usq; adeo uerum est, ut si in alternatiua debitor sit obligatus ad totum collectiuum, aut ad æstimationem in species singulas: ut exempli causa: Si legati essent uel promissi octo lecticarij, aut in singulos hoēs pecunia: iam non posset aliqua species totius collectiui præstari, & in alias species solui æstimatio: sed aut totum collectiuum præstabitur, aut æstimatio oim specierum soluetur. tex. est in l. si ex toto. §. i. de leg. i. ubi Iurisc. consultus eius decisionis accuratam ponit rationem, uolens quod in alterutra causa unum tantum sit legatum: ut sicuti totum collectiuum unum est, ita singula corpora ad totum collectiuum reducta unum sint legatum. Vnde quemadmodum si duæ res in alternatiua forent obligatione, pars unius rei indebite solueret, nisi accederet altera: ita & in toto collectiuo ad æstimationem corporum sub alternatione iuncto, pari ratione unius corporis æstimatio indebite solueretur sine aliorum æstimatione, quæ est notabilis & forte noua extensio ad d. l. ij. §. si. nec em in Doct. hoc ad istum finem animaduersum inuenio. Ex prædicta generis declaratione potest euinci differentie ratio, cur in alternatiua obligatione pactum de non petendo alteram ex speciebus obligatis toti obstat obligationi: editum uero aut in obligatione generis pactum de non petendo Stichum ei obligationi non obstat, d. l. si unus. §. sed si stipulatus. §. sed si generaliter. de pac. Hoc em est, propterea, quod in alternatiua utrumque est in obligatione, aperta & absoluta, electio tñ, unde electione unius facta, me-

In obligatione generis species dari non tradi debet.

Soluti non dicitur quod auferri potest.

In obligatione generis pars speciei soluta quid operetur.

Alternatiua promissio similis obligationi generis.

Concordia l. ij. §. de uerb. obli. cum l. si non sortem. §. si decem. de cond. inde. contra glossam & Doct.

In alternatiua totius collectiui & c. quia iuris.

Declaratur l. si ex toto §. i. ff. de leg. i.

Pactum de non petendo alteram ex partibus alternatiue. Pactum de non petendo Stichum in obli. generis.



rito tota infirmatur obligatio, cum ad ueritatem distinctiue &c. at obligatio generis ad omnes species, non solum ad Stichum referē, d.l. cum is, in fi. de cond. inde. adeo' ut & genus in speciebus, & species in genere sub relatoria habitudine sint obligate. Hoc ergo simplex, tenue, & absolutum pactum non petendi Stichi, totam illam & extentā obligationem generis & specierum, relatoriam quā illam ultro & citro habitudinem, suffollere nec potuit, nec debuit, quæ est nō insubtilis resolutio. Possent & alia hic super alternatiua et obligatiōe generis tractari, in quibus uidelicet cōuenirent differēt' ue: Sed quia res longius abiret quā nostri sit propositi, & possint ea alibi tractari cōmodius: unde dimissis quæ transiri possunt, ad institutū reuertamur. Incidit autē hic dubitatio An genere legato, si testator nullas species reliquerit, legatū ualeat. Relictis quæ per Doct. parū utiliter disceptant, cōmuni s'nia est, in eo genere quod limites a natura accipit: ut homo, equus, lapis: legatum ualere, etiam si testator species aliquas non relinquat, d.l. legato generaliter, in prin. l. si seruus legatus, §. cui homo, de leg. i. Instit. eo, titu. §. sed generaliter. In alijs autē generibus, quæ factō & destinatione hois limites accipiunt, Doct. uariant. Aliqui em̄ inter fundū & domū differentiā constituūt, quasi fundi in genere legatū simpliciter non ualeat: Domus autē in genere tunc ualeat, cū testator domus reliquerit, l. cū post. §. gener. de iur. do. l. si domus, in prin. de leg. i. Alij parificāt utraq; l. quod in rer. §. pe. de leg. i. & propemodū nullus est disputandi finis, dū quidam timent, ne palmum terræ dando hæres liberet: alij uero idem si domūcula solueret. Et certe tm̄ ridicularū ineptiarū prodit, ut mirer, quæ intemperā Doctoz ingenia ad hm̄oi nugamēta deduxerint. Quis em̄ credat de palmo terræ sensisse eū qui fundum uel leget uel promittat? Taceo quod palmitem Doct. pro palmo, tam imperite quā barbare noiant. Nos in hæredo doctrinis, quas a textibus iuris accipimus, dicimus & docemus, quod legatum generis, siue illud a natura, siue factō seu destinatione hois limitis acceperit, recte ualeat, etiā si testator eius generis nullas habeat species: quod factis constare potest Instit. de lega. §. sed generaliter, non cauillādo tex. ut facit Iason, & in d.l. legato, qui tex. cū sine restrictiōe loquant, non sunt sine urgenti rōne coercēdi. Et facit pro ea regula d.l. si seruus legatus, §. cui homo, ff. de leg. i. in l. Titio, §. i. de aur. & ar. leg. Vnde sicuti genera per naturā limitata, ita etiam genera per artem seu factū hois limitata regulari debent. Denique nonne ars naturā imitatur quantū potest: Instit. de adopt. §. maiorem, cū uulg. Præterea qui regulam habet, nonne certo iure munitus est, nisi exceptionis casus euidenter probeat? glos. in l. i. ff. de reg. iur. cum uulg. Porro' si testator capsam, cistam, craterem, lancem biblium, mensam, & innumera id genus, in genere legaret, nec haberet tm̄ eas species, quis diceret legatum non ualere? Certe cōmuni consuetudine populari oppugnet. Porro' quid dicent cū uestimenta pauperibus legantur, & testator uestimenta pauperibus non habeat, an peribit legatū? Certe non, arg. l. pe. de ali. leg. l. id quod pauperibus, C. de. epi. & cle. Item quid respondunt ad l. si uinum, de ui. tri. & ole. leg. Non em̄ possunt dicere speciale esse in hm̄oi rebus cōmunicabilibus, quia hoc nō est uerum: nā postq̄ hm̄oi res numero, pondere, & mensura limites acceperunt, de eis iudicat sicut de ceteris speciebus, l. stipulationū, de uer. oblig. Sed de his mox plura dicemus. Vide quod uadat, & quā late pateat absurditas semel recepta. In prædictis tm̄ est aduertendum, quod si testator domum in genere legauerit, & possederit domos, cēsebit potius de suis sensisse quā alienis, l. & magis, de sol. quod & Iason docuisse uidet, qui allegat l. si ita, de aur. & arg. leg. l. si, §. i. de leg. ij. l. rustilia polla, de contra. emp. Vnde hæres domum ex hæreditarijs domibus, & nō ex alienis præstare tenebitur quam legatarius elegerit, d.l. si seruus, §. cui homo. Quod si domos testator non haberet, adhuc legatum ualebit, per iura supra allegata: & quia a regula nō discedimus, nec grauatur heres postq̄ legatarius mediocri eligere tenebitur, nec timor est ne domūcula præstetur, quia domus legata fuit, non domūcula.

Genere legato  
si testator nullas  
species habeat &c.

Legatum generis  
ualeat etiam  
si testatori nullae  
sint species.

Exempla a multis  
generibus factō  
hominis limitatis.

Confirmatio a lege.

Domus in genere  
legata.

Responsio ad l. si  
domus.

Nec obstat l. si domus, in prin. de leg. i. (quæ lex obtor sit ingenia Doctoz, cum ras  
men sit



men sit facillis & aperta) ibi em̄ testator de domo certa sensit, qūis nō aperuerit de qua: unde in genere nihil legauit, & erit eo casu electio hæredis, recte, sicut in l. legato. d. i. & si. eo. tit. ubi pariter testator de fundo & de lance certa senserat: sed cū nō appareret de qua, electio heredi data est, quē uel fundū uel lancem dare uelit, quapropter in eisdem ill. hoc perpetuū est. Quod si testator domum, fundū, lancem nō habuisset, legatū nō ualuerat, sed erat derisorium. Quomodo em̄ de re certa efficaciter testator sentire poterat, si nullā habebat? At si in genere simpliciter legasset domū seu lancem, nō poterat derisorium dici legatū, etiam si testator nullas species habuisset. Sufficit em̄ de aliqua domo uel lance in genere sensisse, arg. l. sub prætextu. & ibi glo. C. de transact. Et hæc est ueritas, licet Bart. & quidā alij d. l. si domus, utolando corrūpant, sed tex. clarus, corruptionē non patit; nec ego me a tex. auelli patiar, etiā si cœlum rueret. Verba em̄ clara sunt, q̄ testator ibidē de certa domo senserat, licet domū simpliciter legasset, &c. Et non obstat quod Iason alicubi cauillatur, quasi non apparere & non esse paria sint. Quid enim hoc ad rōmbū? an propterea dicitur in genere relictū, quod testator certum uoluerat, licet nō expresserit? Incertitudo bonæ uir, nō facit genus, sed genus incertitudinē; alioqui tit. de reb. du. nihil aliud significaret q̄ titulus generis. Potest ergo certa res legari quo ad testatoris uoluntatē, quæ tamē certitudo nō appareat: & potest res in genere legari, ubi testator mentem & uoluntatem ad nihil certū applicuit. Quid em̄ si testator dicat, domū lego, quam habitauit Titius cocus, & cū haberet plures domos, de nulla cōstare potest quā Titius habitauit. Quid si dicat, domū meam lego, & non exprimat? Ecce iam de certa sensit testator, lapsus autē est memoria, dum domum uel falso demonstraret, uel nō demonstraret. His & similibus casibus loquitur d. l. si domus. d. l. legato. d. pe. & si. Accedat uulgatum illud quo dicitur, falsam demonstrationē, cæteris paribus, non nocere. Hoc em̄ ideo est, q̄ sepe nūero testatores ægri, mortis cogitatione turbati, in hm̄oi qualitibus & peristalibus labuntur. Et is est uerus intellectus ad iura iam allegata. Hunc nodum cum aliquando inter amicos in mensa disceptarem, duo inter alios amici, ingenio, eruditiōe, & prudentia insignes, ualidus Ambrosius Kempff, & Ioannes Balistarius, uulgo Armbroster, Protoscriba inclytæ ciuitatis nostræ Friburgensis, cōpatres mei dulcissimi, diuersa responderunt. Nā Ambrosius Kempff, uir nobilis & doctus, in iure q̄ ciuili admodū q̄ eruditus, me subscripsit assertioni. Alter uero Ioannes Balistarius, agnata perspicacia ductus, contrariam fuit sententiam, motus non inelegantibus rationibus. Sed uerior est assertio nostra, argumentis & textibus supra latius diductis, recte fundata. Super fundo autē legato, res temperamento eget; Quia aut testator fundos habet limitatos, & fundum in genere legat: tunc ex regulā quā supra dedimus, legatū ualeat, & præstabitur legatum ex fundis testatoris, erit q̄ electio legatarij, d. l. legato. d. d. cui homo, nisi de certo sensisset, & nō appareret de quo, tunc hæres eligeret, & seruabit id quod supra diximus, d. l. legato. d. pe. Sin uero testator cum legaret fundū simpliciter, nullos haberet fundos, hic a regula nostra discedētes, dicimus legatū non ualere, d. l. cū post. d. gener. de iur. dot. Non tñ ea ratione, q̄ hæres palmū terræ tradendo se liberare posset: hoc enim nihil esse momenti & plane ridiculum, supra attigimus. Quis em̄ crederet Iurisconsultos, tantos uiros, qui æqui ac boni artem tractarūt, ad captiunculas hm̄oi, imo meras nugas respexisse? Vnde alia ratione hoc legatū non ualeat, nempe q̄a est corpus plane ignotum, nec natura, nec factio aut destinatiōe hoīs limitatum: quo casu hæres futidū limitare non posset. Quid em̄ limitaret in ea re, quam testator & in genere & in specie ignorauit? Ignorasse autē non est dubium, qui cū nullos fundos haberet, genus legauerat. Et eam esse ueram rationem non fingimus, sed ex Iuriscon. colligimus in d. l. cū post. d. gener. ubi hoc est expressum, ad quod q̄ cōmodissime facit, q̄ in d. d. gener. dot. incertitudo fundo in genere legato, ideo dissimilis dicitur, q̄ dos pro facultate patrisfam. possit constitui: fundus autē sit corpus ignotum. Ex hoc em̄ consequenter infertur.

Contra Iasonē

Declaratur ueritas doctrinæ.

Ambrosius

Kempff.

Ioannes Armbroster.

Super legato fundi in genere cum limitatione deciditur.

De palmo terræ ridiculus timor.

Nova ratio, quare legatum non ualeat.



Intellectus ad l.  
ubi, de uer. obli.

rimus eam cessare dissimilitudinē, si & fundus pro modo facultatū cōstitutū potuisset: id est, si fundos testator habuisset limitatos, & non corpus ignotū legasset. *Haec alio* tertio est naturae rerū & humanae rationi consona. Per praedicta etiam intelligi oportere putamus l. ubi, post prin. de uer. obli. cū dicit incertam esse stipulationē, si fundus sine certa appellatione promittat. Fatemur em̄ eam stipulationē, eatenus esse incertā ut sit inutilis, nisi promissor aliquos fundos habuisset, ut supra declarauimus. Nā quae de genere legato tradidimus, recte ad stipulationē applicari posse credimus. d. d. gener. & per alia iura uulg. Non ignoro Pet. de bell. Per. & quosdam alios a mea sententia non admodum discrepare.

¶ **Additio.** (Alciatus illustrator iuris ciuiliſ egregius, in l. locus, de uerb. sig. stipulationem fundi in genere, nullius esse momenti putat propter incertitudinē. Offerendo enim cespitem terrae liberaret promissor. Allegat iocularia carmina Ciceronis: Fundū Varro uocat quem possim mittere funda etc. Et certe durum est recedere a textu in d. d. gener. ubi aperte scribit: fundo non demonstrato, nullum esse legatū uel stipulationem fundi, constare. quod & tex. uoluit in l. ita stipulatus in prin. in uerb. uel fundus, de uer. obli. Itaq; quāuis mea distinctio quam in proposito feci, ad equitatē accedat, tamen securius est haerere text. tam apertis & ita mea scripta limitata esse uolo.)

Ad genera que  
nūero, pondere  
& mensura con  
sistunt.

Cōis opinio quō  
hūmōi genera re  
rū cōicabiliū in  
oblig. ueniunt.

Prima Conclu.  
Promissor fru  
menti in genere

Limitatio.

Rescōicabilis in  
genere uendita,  
danda est, nō tra  
denda.

Tandem ad genera tertiae differentiae, nempe quae numero, pondere, mensura limitantur accedimus: ut sunt uinum, frumentum, oleum, metalla, & similia. Haec enim res quae alioqui uere sint species, si sub genere tertio modo accepta, in contractu mutui functionem accipiant, possunt tamen & sub incerto, id est, sub genere quarto modo in aliorum contractuum obligationem uenire, dum tamen limites numero, pondere & mensura accipiant, d. l. ita stipulatus, in prin. ff. de uer. obli. cum si. super quaz obligatione Bart. in d. l. inter stipulantem. d. sacram. ff. de uer. obli. ex sententia Pet. & Cy. distinguit. Quia aut fructus ex aliquo fundo promittuntur sub relatiuo, qui nati erunt, & tunc primi anni prouentum respici, nisi sit legatum annuum, uel nisi fundus causa designationis nominetur. Aut sine relatiuo, & tunc sequentium annorum prouentus spectari, per d. d. sacra. sicuti id ipsum Bar. latius profegit, quae alij sequunt. Sed si ueritati locus sit, nec Bar. doctrina de relatiuo tuta est, nec harum rerum obligatio perfecte tractata. Vnde nos dimissis distinctionum iuuolueris, totam hanc obligationem per conclusiones diluimus.

**PRIMA conclusio.** Si frumentum, uinum, oleum, &c. in genere sub numero, pondere, uel mensura debeatur, debitor etiam si nihil earum rerum habeat, non liberabitur: Communicabilis enim qualitas, quae in huiusmodi rebus est, eam obligationem conseruat, arg. sumpto ab aere alieno quod non perit, l. incendiū. C. si cer. pet. & est expressum in l. si cui, in prin. ff. de ui. tri. & ole. leg. sumpto arg. ab ultimis uoluntatibus ad contractus. Fallit nisi sit promissum uel legatum uinum aut frumentum quod debitoris aut testatoris esset: ut si diceret: Promitto uel lego uinum meū, frumentum meū, quia non alia uel uina uel frumenta debentur quae debitor habuit, suorum numero. Vnde si nihil earum rerum haberet, conderet obligatio. l. super. d. si uero incertum, in uers. quod suorum. ff. de leg. iij. quam limitationem non inuenies in alijs.

Praedictis consequens est, quod si uinum, frumentum, &c. in genere uenderetur, ut decem corbes frumenti, & sequeretur traditio, si postea frumentum a tertio aliquo eundem ceretur, uenditorem teneri ac si non tradidisset. Nam eo casu dandum erat, ita ut accipiens fieret res data, nec sufficeret traditio, & hoc propter generis incertitudinem; est enim hoc commune in omni obligatione generis quarto modo accepti. d. l. si a subdito. d. haeres, cum l. seq. ff. de leg. i. & latius profecutus sum supra in eiusdem generis obligatione, uers. huic generis obligationi. Bart. cum praedicta tractaret in d. l. ij. in fi. principij. ff. si cer. pe. genera miscuit. Putauit enim quod si genus, prout est fungibilis qualitas, uenderetur, dandum esse, non tradendum, cum tamen tale genus uendi non possit: Nam per se in obligationem non uenit, ut supra docuimus, cum sit quoddam accidens



accidens, conditio, aut qualitas, quæ rebus fungibilibus tãquam certis speciebus ad-  
heret. Vnde cum huiusmodi res sub incerto uenduntur, ad genus quarto modo acce-  
ptum respiciunt. Sed Bart. tam elegantes distinctiones generis adsequi non potuit,  
unde confusaneam fecit rerum mixturam. Secunda Conclusio. Si decem uini am-  
phoræ simpliciter ex fundo legarentur aut promitterent, tunc si primo anno nihil na-  
scatur, uel quod natum est sine culpa consumatur, cæterorum annorum prouentus expe-  
ctandus ueniet. l. inter stipulãtem. §. sacram, uers. si stipulatus fuero. ff. de uer. obli. quæ  
res non habet dubium. Tertia Conclusio. Si uinum, frumentũ, quod ex fundo sub-  
urbano natũ esset, promittitur, uel legatur, tũc si minus ex fundo natum esset q̄ debe-  
retur, non amplius soluendum est, q̄ quod natum fuit, quia taxationis uicem obtine-  
rent ea uerba, quod natum erit. l. cum certus. ff. de ui. tri. & ol. leg. & fa. in arg. l. si debi-  
tor. §. uerũ simile. ff. de contra. emp. Idẽ credo si nihil esset natum, quia nihil debebitur,  
arg. l. illud. §. minus. ff. de trib. act. l. minus. ff. de reg. iur. Sin uero tantum esset natum,  
& sine culpa debitoris consumeret, crediderim adhuc debitorem liberari. Credimus  
em̄ istam taxationem, quod natũ esset, rem debitã ab incertitudine generis exemisse.

Secunda conclus.  
Decem uini cus-  
lei ex fundo le-  
gati uel pmissi.

Tertia conclus.  
Si legatur uini,  
quod ex fundo  
natum esset.

Bart. opinio.

Relatiũ quod  
iunctum futuro.

Uerbu erit, ad  
preteritũ &  
futurum.

Uerba conditio-  
nalia nõ prima  
uice intelligi.

Vera ratio ex  
Iurisconsulto.

Legati annui  
rationẽ haberi.

Quarta concl.  
Vinum in specie  
promissum uel  
legatum.

Quod aut Bart. in d. l. inter stipulantem. §. sacram, differentiẽ rōnem inter casum se-  
cundæ & tercię conclusionis dicitur, putat relatiuum, quod, iunctũ uerbo futuri tẽ-  
poris conditionẽ importare. l. Stichus qui meus. ff. de leg. i. cũ uulg. eam q̄ prima tĩ-  
uice intelligi. l. boues. §. hoc sermone. ff. de uer. sig. unde fieri q̄ in casu tercię conclu-  
sionis primus dumtaxat anti prouentus respiciat, &c. At hoc non habet fundamentũ.  
Dato em̄ q̄ uerb. natum erit, aliquando ad futurũ trahat. d. l. ubi. §. illud. ff. de uer. obli.  
tamen & preteritũ tempus significat. l. uerbũ erit, & ibi gl. ff. de uer. sig. & dicit Aul.  
Gell. lib. xvij. Noct. Atticarum cap. vij. ex sententia Nigidij, id uerbum esse & erit, si  
preterito fungatur, uim temporis sui amittere & in preteritum contendere.

¶ Additio. (Et quod uer. erit, iunctũ preterito, tempus preteritũ significet, fa. l. si q̄s  
id quod, de iur. om. iud. ubi tex. dicit; albũ prætoris, quod propositũ erit &c. quo loco  
& rex. & Doct. oēs sub preterito accipiunt.) Quod certe oĩno locũ habet in d. l. cũ cer-  
tus. ea em̄ uerba, quod natũ erit, euidenter sub preterito intelligunt. Cũ em̄ Iuriscō. in  
prin. eiusdem legis dixisset, certum numerũ amphorarũ uini legatũ fuisse, ex eo quod  
in fundo Semproniano natũ esset, satis constat eandem legem sub preterito, & non  
sub futuro intelligi oportere, propter uerb. natum esset. Accedat quod Iuriscō. ibidẽ  
dicit, ea uerba, quod natum erit, quasi uicem taxationis obtinere, unde conditionem  
non importat, quæ cũ sub incerto suspendat, taxationem inducere non possit. Non  
ergo tutum est dicere, q̄ ibi relatiuum iunctũ futuro, conditionem faciat. Porro q̄  
Bart. per d. l. boues, putat uerba conditionalia tĩm prima uice intelligi, iure nõ probat,  
nec d. l. boues, quicq̄ pro eo facit. Cum em̄ sit generalis, nec de cõditione ullum faciat  
uerbum, nõ debet ea generalitas in tam arctum angulum contrudi, ut de conditione  
tantum intelligatur. Veram ergo rationem dicituram conclusionum Iuriscō. ibidẽ  
ponit, quod in secunda conclusione simpliciter nominatur fundus ex quo fructus de-  
beatur: at in tertia ad tempus preteritum quod natum erit, uel quod natum esset, sese  
obligatio præcidit, & ea sub taxatione restringitur ad præsentia tantum. Supradic-  
ta tamen tertia Conclusio notabiliter limitatur, si sit legatum annuum, ut cum in an-  
nos singulos, duo culei uini, quod domi nasceretur, legarentur. Nam tũc omni anno  
debebitur, etiam si aliquo tempore uinum nõ creuisset, ex alijs em̄ annis supplebitur,  
l. legatum. §. uini. ff. de ann. le. & ea uerba, quod domi nasceretur, ex natura materia  
subiectæ ad futurum respiciunt. In alijs remitto me ad communes doctrinas.

Quarta conclusio: Si uinum, frumentum, in specie promissum uel legatũ sit, ut uini  
decem amphoras, quas in cella uinaria habeo, uel uini quod natum est in prædio  
Tusculano, aut frumenti decem corbes, quod in horreo suburbano reconditur: tunc  
certæ species debentur, d. l. ubi. §. illud, in uers. sed qui uinum. ff. de uer. obli. & fa. in



arg. d. l. inter stipulantem. §. si stipulatus fuero, uerf. uini autem. ff. eo. tit. ubi colligitur uinum in specie in obligationem uenire posse: quo nomine si huiusmodi species, promissa, uendita uel legata, sine culpa debitoris perirent, iam liberatus esset, & non teneretur aliud dare uel uinum uel frumentum, d. l. cum certus. d. l. si ex legati, de uerb. obli. Proinde si Bart. in d. l. ij. ad fi. prin. ff. si cer. pe. de hoc casu sensisset, tota uia errauerat. Si enim uinum uel frumentum sub huiusmodi specie uenderetur, sufficeret traditio, nec requireret datio, & re euieta haberent locum euietionis iura, sicuti in alijs speciebus. Si tamen promitterentur aut legarentur decem amphore uini Alsatice optimi uel decem corbes frumenti Friburgensis optimi, hic putamus etsi certa sit stipulatio, ut d. l. ubi, post prin. tamen propter comunicabilem harum rerum qualitatem, non liberari debitorē, etiam si nihil haberet frumenti, aut quod habuerat perijisset: nisi fortasse eius & loci & qualitatis uinum uel frumentum non inueniretur, id quod æquitatis ratio expostulat. fa. l. in ratione. ij. §. incertæ. ff. ad l. falci. Et ita aliquando post lectionem meam uisus est sensisse Franciscus Froschius, tunc auditor meus, nunc celeberrimus Doctor, consiliarius episcopi Herbipoleñ. uir facundia & iuris ciuilibus cognitione, ac liarumque meliorum literarum eruditione famigeratus.

Tandem tractandum esset, an & quando per enumerationem specierum generi derogaretur. Quæ tamen res cum proluxa sit, & uariantibus inter sese iuribus non prolixius expedita, & Bar. in l. quæsitum. §. pe. ff. de fun. instr. post Dy. in regula generi, eam rem non ineleganter attigerit, licet in eo nonnulla desiderentur, examinare tamen oia in præsentia non erat operæpretium, ne dicar manum ex tabula tollere non potuisse, fortasse à me in alijs libris commodius tractabuntur. Hoc tamen in calce dico, prædictas quatuor generis acceptiones esse notandas, utpote per quas in iure nostro multa obscura inclarescere, erroresque eorum qui genera confuderunt facilius deprehendi possunt. Quid enim aliud Accursus à uia seduxit, dum in d. l. i. §. pe. ff. si pars hære. pe. putabat sextantis ad sextantem esse generis compensationem? Hoc enim non esse uerum euidentiâ rei docet. Assum enim non genus, sed totum nominamus, quod sub se quadrantem, trientem, sextantem &c. tanquam partes, non ut species habet. Esse enim aliquod totum quod ad quantitatem respiciat, Rodolphus Agricola libro de inuentione primo recte docuit. Denique si Accursus ad titulum quem præ oculis habuit, aduertisset, facile cognouisset de parte hæreditatis, non de specie illic tractari, ad quod fa. l. licet minimam. ij. respō. ff. de pet. hæ. As ergo hæreditatis totum est, quod sub se partes habet quotas, non uero genus, quod speciebus contineatur. Cæterum cum Accursus rationem inuestigare non potuisset, cur sextantis ad sextantem recepta esset compensatio, cum hinc inde corpus deberetur, ut ipse opinabatur, ad eum errorem compulsus est, ut diceret generis ad genus esse compensationem. Quod secutus Bar. in d. l. Meuiō. §. duobus, imaginariam generis creaturam fabricauit, quæ ex quotis constaret, ut sic elegantissimæ generis acceptiones ad impertinentia, tanquam pellis pro commodo cuiusque diducere rentur. Vera autem & facili ratio cur sextantis ad sextantem fiat compensatio, in eo residet. Nam uulgo notum est, quod hæreditas à rebus hæreditarijs intellectu ita disseparatur, ut possit & stare sine corporibus, & ita adiri & peti, etiam si nulla essent corpora, l. hæreditas. ff. de pet. hæ. Est enim hæreditas quo ad seipsam iuris successio, d. l. hæreditas. l. quædam. §. nihil interest. ff. de eden. l. lege obuenire. ff. de uerb. sig. Cum ergo sextantis ad sextantem compensatur, non intelliguntur corpora hæreditaria in sese, sed ipsum ius successionis in quotas: quo casu sicut hæreditas & as hæreditatis, ita & partes assis iuris intellectum habent homogenium: ut sic recte pars assis cum æquali parte non tamquam genus, sed ut partiale ius successionis compensari possit. Sed de his satis, iam ad alia capita procedendum est.

Si Bart. in. l. ij. si cer. pe. de uis no in specie locutus est, errauit.

Franciscus Froschius.

Error Accursus in compensatione sextantis.

Vera & noua ratio cur sextantis ad sextantem fiat compensatio.

Culpam



**CVLPA**, NON DIVIDI PER SPECIES, VT  
habet communis opinio, & nouis glossis declarata lex, cuius  
caput, quod Nerua, ff. de positi.



**C**ulpam Bartolus in l. quod Nerua, ff. de po. in quinque species partitus est, latissimam, latiore, latam, leuem, & leuissimam. Latissimam manifesto dolo adscribit, latiore dolo presunto: & quæ alia eum in finem committit. Sed nihil eorū iure fundatū est. Nam ea quæ gradu intendunt, specificam differentiam non recipiunt, per uulg. doctrinas, quibus dicitur, Magis & minus diuersas species nō constituere, l. si, ff. de fun. instr. l. si is cui, ff. quemad. serui. amit. Et sic male sentit diuus Thomas contrariū, i. part. q. l. art. liij. qui tenuit quod per maius & minus diuersificaret species. Quod & ex Galeno fundari potest, qui libro de sanitate tuenda primo, dicit sanitates multas & uarias nō specie, sed maioris minoris uel rōne dissidere, exēplo a candore lactis sumpto ad candorē niuis: qui quatenus candor est, specie non dissidet, maioris tamen & minoris rōne uariat. Hoc est quod Iuriscon. dicit, quod optimū est, ipsum quoque bonum esse, in l. ubi, ff. de uer. obli. si interim Topica philosophi pteriero. Quibus cōsequēs est, culpā siue eam latiore siue latissimam, & item leuiorem aut leuissimam nomines, ea tñ graduū intentione species nō diuersificari. Id quod ex Iuriscon. etiā liquere potest, qui culpam latiore & latā pariter dolo adscribit, d. l. quod Nerua, iuncta l. is cui, §. dolum, ff. ut in poss. leg. Item alibi culpæ appellatione, leuem & leuissimā intelligit, ut in l. contractus ff. de reg. iur. Porro & latam culpā, nunc prope fraudem, nūc proxime fraudē appellat, l. impuberibus, §. si fraus, ff. de susp. tut. l. quæ sit, §. eum, ff. de preca. Sic quis in cōmodato regulariter culpa leuissima ueniat, l. i. §. is uero, ff. de act. quodam tñ loco, cōmodatum & pignoratū actionē sub eadem culpam leuē reducit, l. si cum uendit, §. si, cū l. seq. ff. de pig. act. Ea igit Bart. distinctio quā supra retuli, nec iure nec ratione ulla recepta est. Nec minori errore Bart. labit, cum latissimam culpā manifestū dolum putat, latiorē culpam, dolo presunto adicit. Ea em assertio, præter quod a iure remota est, etiā seipsam subuertit. Si em latissima culpa uerū dolum, latior presunto occuparet, quod lata culpæ relinqueretur: quæ dolum lata culpa referret. Si nullū dicit, textibus iuris oppugnaris, l. i. §. hæc actio, ff. si men. fal. mo. Si aliquem, iam tuā ipse distinctionem confundis. Nec porro rōnem ullam habet, quod culpæ latæ gradus in dolo manifestū excurrat, etiam si multū intenda. Nam si in materia culpæ usq; uero dolo (proprie loquēdo) locus esset, iam culpā noīari quid attineret? l. si idem, C. de codicil. cū uulg. Recte igitur Accur. in d. l. quod Nerua, sub culpa latiore, latam intellexit, licet Bart. putet ea expositione textū uolari: quo tñ nihil est falsius. Siquidem Iuriscon. ibidem ornato schemate, cōparatiuo in positiuū abutitur: sicut alibi furē improbiore, alibi furē improbum raptorē noīauerat, l. ij. §. cæterz, ff. ui bo. rap. Instit. eo. tit. in prin. quæ figura loquēdi Iuriscon. frequēs est, l. benignius, ff. de legi. l. cū pater, §. libertis, §. rogo, ff. de leg. ij. l. i. C. de dol. cū sim. Sed ad hūc loquēdi ductū Bartolus purioris lingue insuetus, cū non aduerteret, labi facile poterat. Quæ cū ita sint, & graduū augmenta specificā differentia non cōstituunt, rectius mihi culpa, in duas duntaxat species diuisi oportere uideat, ut sit lata & leuis. Hæ em culpæ inter sese ex opposito sunt diuersæ, cū altera negligentia habeat extreme reprehensibilem, nēpe nulla diligentia tēperata: altera intra fines, seu septa diligentia ita cōsistat, ut negligentia defectio, si quæ eō currit, sēpentero excuset: quæ hanc leuē, illam latā noīans: non tñ improbo, quin leuem & leuissimā distinctis noibus usurpemus, dum nō ad speciem referas. Sunt em noīa magistralia, quibus facilius discernitur, quando mediocris, quando temperata, quando

Culpā male di  
uidi per quinq;  
species.

Lata culpa uel  
latior à latissi  
ma specie non  
differunt.

Latissima cul  
pa nō est mani  
festus dolum.

Culpæ latæ gra  
dus in dolum nō  
excurrit.

Bart. lapsus.  
Comparatiuus  
pro positiuo.

Culpam dupli  
cem esse, latam  
& leuem.

Quod culpa  
etiam leuiss. no  
minari possit.



quando exactior diligentia in negotijs requiratur: & eo fine intelligimus, l. a' procuratore. C. mand. ubi cum ois culpa a' procuratore exigitur, graduū differentias, non species recipimus. Verū de leui culpa hic non differemus, cū instituti nostri sit in presentia latae culpae uim & effectum contra communes opiniones ostendere.

*Latam culpam in duo genera distribui. Ignauia culpa.*

Igitur latam culpam in duo genera noue distinguimus. Est em̄ quaedam ignauia culpa, quaedā uersutia. Culpa ignauia, est quae supinam negligentiam refert, uel uitio naturae parē perspicacis, uel ex praua educatione contractam. Cui culpae adscribi poterit supina securitas, improuida, imo' nulla gerēdā reze cura, reprehensa erroris facilitate, & quicquid oīno ignaui & socordes hoēs in negotijs tractandis desidia cumularunt & oscitantie: de qua culpa sensisse mihi uideat l. late. ff. de uer. sig. l. nec supina, in fi. l. plurimum, in fi. l. regula. §. sed facti. ff. de iur. & fa. ig. Instit. qui. mo. re. con. obli. §. praeterea & is, cum si. Nec mihi hoc loco obtrudas id quod Bart. in d. l. quod nerua, su

*Genus ad species ex qualitatibus extenditur.*

perfluo controuerterat, nempe furiosis & fatuis eam conuenire negligentiam & c. Nā cum de culpis tractamus, consequens est de eo nos hoim genere loqui, in quos culpa cadat qualitas, scilicet quirationē habeāt, sed crassam. Ceterū furiosi & fatui, quia ab ratione absunt, etiā a' culpa sunt seclusi, arg. l. ij. §. si. in fi. ff. sol. mat. l. sed & si. §. & ideo, ff. ad l. aquil. Vnde nō est uerendū, ne hic includant quos ipsa nois qualitas excludit.

*Qui in hanc culpam ueniant.*

arg. l. i. §. Iulianus. uerb. neq; inutile. ff. de iti. actucq; pri. In hanc ignauiae culpam eos innectimus, q̄ ex qualibet leui, uana, iniusta' ue causa, ad res impuidas, temerarias' ue, aut noxias mouentur, dū dolus absit: exempla sunt in l. ij. §. si publicanus. ff. ui bo. rap. l. i. in fi. iunct. glo. ff. de abige. & forte in l. qui rei. §. i. §. si quis. ff. de bo. eoz qui mor. si

*Versutiae culpa altera est species.*

bi consci. cum si. Alia aut uersutiae culpa, eoz est, qui ex uersuto & malo proposito, animo' q̄ perfido & exulcerato, alienas uel res, uel negotia, affectata quadam impro uidentia, maligne uel negligunt, uel dissimulant, cum in rebus suis sint prouidi & diligentes. Et qui uersutiam sub neglectiois uitium ita subuoluūt, ut manifesti quidem doli crimē, colore & uelamine negligentiae a' sese amoueant, doli tñ machinatione nō careant, eo genere dissoluta fuit fideiussoris negligentia, in l. si fideiussor. ff. man. & fa.

*Culpas istas ignauia et uersutiae per iura probari.*

l. i. §. i. uers. sed si id egit. ff. de act. emp. l. idem. §. generaliter. ff. man. Has duas latas culpas, quaz altera ignauiae, altera uersutiae est, Iuriscon. multis in locis distincte attigit. Nam in l. mulier. §. si haeres. ff. ad Trebell. haeres fideicomisso grauatus, culpae rōnem reddere iubetur, quae dolo proxima sit. Quod si cum distrahere deberet non fecit, lata culpa, non leui, & rebus suis consueta negligentia eiusmodi etiam rei rationē reddet. Quo uno textu, manifeste constat esse latam culpam dolo proximam, esse & latā quae a' dolo absit. Item in d. l. quod nerua, ea distinctio liquide colligit. Vult em̄ Iuriscōsultus, inueniri quosdam qui & in suis rebus, nedum alienis contra communem modū negligentes essent, hos fraude carere. Alios item in rebus alienis negligentes uideri, non ita ad suū modum, quos fraudi subijcit. fa. l. si constante. §. si maritus. ff. sol. ma. ubi maritus si in suos seruos aequae ut in uxoris saeuus sit, naturali uitio sauire dicitur: non ita si uxoris seruos flagellet, suis parcat. Ad praedictam definitionem facit l. i. §. non aut ff. si test. lib. ius. d. l. i. §. haec actio. ff. si men. fal. mo. l. tutor. §. qui ob animi, iunct. l. haec nim, in fi. ff. de suspe. tut. in quibus iuribus haec differentia culpaz clare probat. Quam differentiam seu distinctionem, tam claris fundatā tex. nec ab Accur. nec ab ullo Doctorz, quos certe ego uiderim, tactam esse merito miramur; cum per eam expeditissima uia ad dissoluendos latae culpae nodos patere poterat.

*Cui culpae imperitia adscribatur.*

Inter haec inuestigandum est, cum imperitia culpae adscribat, l. si quis fundum. §. ced. ff. loca. cum si. utri culpe, an ignauiae, an uersutiae sit adnumeranda. Et certe si de ea loquamur imperitia, quae ex imperfectione hois proueniens, etiā peritis accidat, haec extrareatum culpae est. Homo em̄ quasi aquam errorem bibit, lob. ca. xv. fa. l. illicitas. §. sicuti, in prin. ff. de off. praef. Sin uero eoz consideremus imperitiam, qui nimia sui fiducia artes adferant ipsis parz compertas: ut solent facere ardeliones; hi si simplici & improuido







in legibus obscura, quæ non nisi ab imperatoria interpretatione pendeant.

*Dissoluitur ratio Bart.*

Nec obstat ratio Bart. quam in d. l. quod nerua, satis improvide dedit, uidelicet peritiam quæ in Doctoribus & Iurisperitis est, popularibus inesse uideri, ex eo quod cõsuli doctores facile possint, quasi ex Pythagoræ fabulis, Iuristarum animæ in plebē demigrarent. Quomodo enim laicis facilitas esse potest consulendū iurisperitos, cum eorum non sit ingens numerus, qui in iuris professione sint perfecti? Quod si inueniantur uiri doctrina perspicui, sine pretio, sine mercede nō cõsulant: & fieri potest, ut consulturo sumptus nō suppetat, uel causa eius sit generis, quæ sumptum ferre neget: & ita multa incidere possunt, per quæ facilitas consulendū adimitur, ut in simili dicit Iurisconsul. in l. naturalem, §. i. ff. de acquir. re. do. Vnde cõcludimus, per ignorantiam iuris, latam culpam non aliter contrahi, q̄ supra deduximus.

*Vira ex latis  
culpīs dolo æ  
quiparetur.*

Sed digressi ad institutum reuertamur. Cum em̄ iam duo culpārū genera distinxerimus, alterū ignauitæ, alterū uersutia: superest inuestigare, utra ex dictis culpīs dolo æquiparetur. *Glos. in l. in actionibus, ff. de in lit. iur.* putat latam culpā dolo nō æquiparari, si uel infamia irrogaretur, uel in litem esset iurandū, sed nec in pœnis corpora libus, per iura illic allegata. Quam glossæ doctrinam Bartolus, & cõmuniter Doctores in l. quod nerua, ff. de po. & in alijs locis cum latiori explicatiōe adprobant.

*Recitatio cõ-  
mū doctrinarū.*

Verum longe aliter ueritas habet: compluria em̄ iura sunt quæ doctrinis huiusmodi implacabiliter obstant. Proinde eam materiā, quæ ad hæc scripta nos precipue permouit, diligentius & fundatius inquirentes, totam hanc rem sequentibus cõclusionibus elucidamus: præfantes tamē nihil illorū nos tractaturos, in quibus mihi cum cõmunibus doctrinis conueniat, nisi id incidenter contingat. Non em̄ ex aliorum uocibus, plaustra repetitionū cõsarcinando, inutiliter diffundi consilium est, ut ex modernis nonnulli operam parum utilem in hac materia insumpsisse dicuntur.

*Prima conclusio  
de lata culpa  
ignauitæ.*

Prima conclusio. Lata culpa quæ ignauitæ est, dolo nunquam æquiparatur: ut quæ ex supina quadā improuidentiā inconsulto, temerario, male prouido, & crasso ingenio prodeat. *tex. est in d. l. mulier, §. si hæres, ff. ad Treb. ubi hæc culpa ab alia quæ dolum refert, manifeste separatur, iunctis alijs iuribus supra circa eandē culpam allegatis.* De hac culpa loquitur d. l. lata, ff. de uer. sig. Qui em̄ non intelligit quod omnes intelligunt, recte supinus homo nominabitur. Et potest etiam cõclusio firmari ex uulgata doctrina, qua dicitur, quamcunq; causam erroneam, fatuam, & iniustam, imo temerariam a dolo excusare. *glos. d. l. i. in fi. ff. de abige. per tex. in l. igitur, §. potest, ff. de lib. cau. cum si. & de hac lata culpa intelligi cõueniet, l. i. §. si, ff. de eden. d. l. si quis id, §. doli, ff. de iur. om. iud. d. l. iij, §. si quis ignorans, ff. ad Silla.* Quæ una cõclusio lumē

*Quamcunq; erroneā causam excusare a dolo.*

*Secunda conclusio.*

porrigit tenebrosis Doctorū opinionibus. Secunda, Quamuis lata culpa ignauitæ dolo nō æquiparetur, impunis tamen nō remanet, si id quod culpator e negligentia patratum est, uel ad delictum tendat, aut damnū alterius, de quo est *tex. not. in l. i. C. Si aduer. delictum, ubi aperte docetur delinqui posse, etiā si nō ex animo; puta ex simplicitate uel improuidentiā, punitur tamē delinquens nisi restituatur si sit minor. & hoc significasse glos. uidetur in l. in lege, ff. ad l. Cor. de sica, licet ad hanc latam culpā ex errore non respexerit. Sic qui per lasciuam citra dolum mortis causam præbuit, in quinquenniū relegatus est. l. lege, §. i. ff. eo. tit. Sic incendia per negligentiam admittita,*

*Incendia per negligentiam admittita.*

per negligentiam castigantur, l. i. §. & quia plerūq; ff. de off. præf. uig. l. qui ædes, l. si fortuito, secundū uerum intellectu, ff. de incen. rui. nau. Sic quæ malo exemplo citra dolum abortionis poculū dederat, exiliū pœna dānatur. l. si quis aliquid, ij. §. qui abortionis, ff. de poe. cum si. In hoc genus culpæ, quidā adulescens, Mundus nomine incidit, qui cum sub specie Anubidis dei matronā Romanā in templo Isis (corruptis ad eā rem sacerdotibus) stuprasset: non tamen alia q̄ exiliū pœna mulctatus est. Nec em̄ Tiberius us Cæsar eum seueriori pœna dignum iudicauit, qui nō dolo, sed amoris uehementia deliquisset, sacerdotes aut auctores sceleris in crucem egit, testes Iosephus lib. xvij.

*Mundus adulescens.*

*Antiquitas*



Antiquitatū, Hegesippus lib. ij. Historiarū. Tertia conclusio, Lata culpa dolo proxima, quæ dicitur uersutia, ubique dolo cōparatur, paribus q̄ iuris decisionibus utraq̄ absoluuntur. Quæ cōclusio, probatur. Primo ex cōmuni sensu. Id em̄ quod dolo proximum est, a dolo nō distat, id quod per rerum naturā patet, & fa. in arg. l. i. §. sed si in eo. ff. ad filla. Licet ergo culpa uersutia uelamento contegatur negligentie, pari tamē iure cum iusto dolo censetur. Nam quid interest, an manifesto dolo machineris, an sub culpæ obliquo ad dolum tendas? Vel quid differēbat a dolo is fideiussor, qui scis debitorē esse exceptione tutū, soluerat tamen ut ei incōmodaret? qui etsi in manifesto dolo nō fuerat, dissolutæ tamē negligentie nomine culpā meruit, d. l. si fideiussor. ff. man. ubi uelut pro regula ponitur, dissolutam negligentia quæ uersuto aīo subuoluitur, esse prope dolum: sic & in l. i. §. is uero. ff. de act. magna negligentia in doli crimē cadere dicitur. Deinde hæc lata culpa, dolo adeo est cognata, ei q̄ hæc nō cohæret, ut sapenūmero Iuriconsul. eam culpā dolum nō minet, ut in d. l. quod nerua, & fa. l. magna. ff. de uerb. sig. cū si. Quod tamē nō intelligas, ut lata culpa uere sit dulus: hoc em̄ esse non potest, cum dulus iustam & manifestā imposturam inferat: at lata culpa sub uelamento negligentie fraudem subuoluat, ut iam diximus: sed sub excessu Rhetorico, lata culpa dulus nominatur, sicut si Ciceronem laudaturus, non solum eloquentē, sed ipsam eloquentiam nomines. Quo schemate, etiā sacra scripturā plena est, ut magnus Brasimus testatur. Ceterum ex ea Hyperbole, inuicte colligitur Iuriconsultum latam culpam uersutia, dolo inseparabiliter connectere uoluisse. Addimus, quod Iuriconsultus sub doli uocabulo, plus semel exempla late culpe denarrat, ut est expressum in l. si procuratorem. §. dolo. ff. man. & fa. l. doli. eo. tit. l. prætor ait. ij. per discursum. ff. u. i. b. rap. In eisdem em̄ legibus ueri doli mentio fit, ubi latam culpā dolo proximam interuenire, dubitari nō poterit. Iam uero in multis locis iuris nostri, dulus sub taxatiua præciditur, qua tamen taxatiua non obstante, lata culpa dolo proxima, sub dolum includitur. tex. est in d. l. quæsitum. §. eum quoq̄. ff. de preca. ubi dicitur, eum qui precario rogat solum præstare dolum, culpam tamē dolo proximam merito contineri, quæ uerba ponderanda esse putō. Paria uideas in l. i. §. nō aut. ff. si quis tes. lib. ius. Porro in l. i. §. hæc actio. ff. si men. fal. mo. dix. liquido cauetur eam actionē duntaxat dolum malū recipere, latam tamē culpā dolo æquiparari, eum q̄ repræsentari. Sic in deposito in l. iij. §. sed si, uers. & quia. ff. nau. cau. stab. dicitur duntaxat dolum præstari. Item in l. i. §. si quis seruū. ff. de po. solum dolum uenire, & in §. si. dolum duntaxat præstari. paria inuenies in d. l. i. §. is uero. ff. de act. & tamen post tot cumulas taxatiuas, in dicto cōtractu depositi lata culpa uersutia dolo cohæret, d. l. quod nerua, ubi est tex. qui uel solus inuicte pro nobis pugnare poterit, nempe latam culpam cum dolo ubiq̄ concurrere. Quod & ex cōmunibus doctrinis firmari poterit. Vulgo em̄ traditur, dictionē taxatiuam affirmatiue positā, affirmare id quod ponit, excludendo omnia alia præter expressa, nisi aliqui sint casus omnino similes & connexi, hi em̄ suppleentur, de quo per Bar. & moder. in l. i. §. si quis ius di. glos. in l. ob æs. C. de præd. ini. Cum ergo lata culpa dolo proxima ad orationes taxatiuas innectitur, recte uel ex cōmunibus doctrinis euinco, eam culpā dolo prorsus simile & cōnexam, ab eo nō separari. Quæ cum ita sint, consequens est ut glos. & Doct. in d. l. in actionibus, Bart. & Doct. in d. l. quod nerua, & in locis alijs improuide errauerint, dum in casibus nonnullis latā culpam a dolo separant, quorū errores etiā ad speciem cōfutare nō erit incōmodum. Et primo error est inexcusatus, cum Accur. & Doct. putant iuramentū in litem propter latam culpā non deferri, nam ueritas manifesta est in contrariū, id quod in deposito facile patere potest. In eo em̄ cōtractu, ob dolum in litem iurari apud omnes conuenit: sed lata culpa dolo proxima usque adeo dolo connectitur, ut etiā dulus nominet, ut supra ostendimus. Vnde nō est recipiendum in uno eodemq̄ cōtractu ob dolum iurari, ob culpā uero confinē & cognatā non

Tertia conclu.  
Latam culpam  
uersutia semp  
dolo cōparari.

Alia ratio.  
Lata culpa dolo  
proxima, sed  
pe dulus nomi  
natur.

Tertia ratio.  
Sub doli uocabulo  
exempla late  
culpe uenire

Quarta ratio.  
Dulus etiam si  
sub taxatiua ue  
niat, latam culpa  
pam includit

Vis dictionis  
taxatiue.

Iuramentum in  
litem etiam pro  
pter latam culpa  
pam præstari.



In deposito iuratur in litem.

Secunda ratio:

Infamiam etiā ob latam culpā irrogari.

Exemplum in tutore.

Exemplum in act. furti ui. bo. rapt.

Error Bar. dum praeue distinguit.

iurari; & cum Iurifconsultorū Celsi & Neruæ responsa in d. l. quod nerua, utraq; illa, dolum & latā culpā pari iure censuerint, quis æqua mente ferre possit Accursium & Doct. sine iure, sine ratione disseparare ea in ius diuersum, quæ Iurifconsulti sub unā decisionē cōnexuerunt? Iam uero cū iure constet in litem iurari si de fide rupta agat, l. ei apud, in prin. ff. depo. glos. & Doct. in d. l. in actionib⁹, qui hoc aperte firman: negari certe nō poterit fidem nō solū dolo, sed & lata culpa rumpi. Vel dicat mihi quispiam quid referat, an rem depositā iusto dolo interuenterim, an simulata aliqua negligentia cōniuentibus oculis eam auferri patiar, aut ad limina positā perdidero, cum tamen in meis reb⁹ sim diligens? Nunquid utroq; casu fidē rupisse intelligor. d. l. quod nerua? Deniq; quid interest si procurator suscepto mādato, manifeste nolit emere, aut affectata quadā negligentia in gratiā fortasse tertij cōtrahere differat? d. l. si procuratorem, §. dolo, ff. man. Omnino, si ulli æquitati locus sit, nō potest a dolo separari, id quod dolo cognatū est. Quod porro' glos. & Doct. locis supra allegatis, docuere infamiā ex lata culpa non irrogari, pari errore notatur. Nam actio depositi per sententiā infamat, l. i. §. qui pro socio, ff. de his qui not. infa. At in deposito cōdemnatur reus, non solū ob dolum, sed etiā ob latam culpā dolo proximā, d. l. quod nerua, quæ lex uelut Achilles cōmunes opinatiōnes hoc loco, p̄sternit. Non em̄ dici potest, quod in una & eadē actione depositi, sententiā quo ad dolum plus operetur q̄ quo ad culpā cognatam dolo, maxime quod d. l. quod nerua, nihil diuersi iuris inter utraq; misceri patiatur; nisi forte ex Bartolistis aliquis putet d. l. quod nerua, de latiore culpa, nō de lata loqui. Sed hoc nihil esse, supra a principio euicimus, cum latior culpa a lata, specie nō differat, etiā Accursio id ipsum in d. l. quod nerua, sentiente, cuius expositio nostræ assertioni q̄ maxime subscribit. Deniq; in tutore expressum est, qui nō solum ob dolum, sed etiā ob latam culpā dolo proximā per sententiā suspectus factus, in iuris infamiā incidit, d. l. in puberibus, §. i. ff. de suspect. tut. instit. eo. tit. §. suspectus. Nec obstat quod Accursio ibidem putat Iuris ignorantia intelligi: quia hoc nullo iure probatur, & eadē facilitate destruitur qua asseritur. Addimus apertū tex. in l. hæc em̄, ff. de suspect. tut. ubi deciditur tutore ob ignauiam uel negligentia, si id dolo fecisset, & etiā ob dolum remoueri, fa. l. tutor, §. tutor, l. quia satisdatio, ff. eo. tit. cum si. Porro' certum est, quod furti, bonorū raptorum, & item ob iniurias damnatus, infamis efficit, l. non potest, ff. de fur. l. infamem, ff. de pub. iud. Sed prædicta tria crimina non solū ex dolo, sed etiā ex lata culpa contrahuntur. In furto, casus est in l. si is qui rem, l. si is qui rem p̄ignori, §. Iulianus, l. falsus, §. qui alienum in ratione sui, ff. de fur. In ui. bo. rap. patet ex l. ij. §. dolo, ff. eo. tit. dum de calliditate loquitur, quæ sub culpā latam contegitur, per bonū tex. in d. l. igitur, §. potest, uers. sed nec calliditate, ff. de lib. cau. & fa. l. sed est hæreditas, §. interdū, ff. ad exhiben. l. ob hoc, ff. de his qui not. infa. l. i. ff. si quis omiſsa cau. testa. cū si. Nec obstat d. l. ij. §. hac actione, ff. ui. bo. rap. per quæ tex. Bart. & Doct. eorum errorē aliubi defendunt. Nam ibi erat lata culpa ignauiæ, non ea quæ dolo est proxima: suam em̄ rem imprudens rapuerat. At nos ulro fatemur latam culpā ignauiæ nunquā dolo comparari: & utinā glos. & Doct. ad elegantem nostrā distinctionē (qua lata culpa ignauiæ, ab ea quæ est uersutic disseparatur) respexissent, crediderim propemodū omnia esse plana, nec nobis fuisse laborandum. Concludimus igitur, infamiam etiā ex lata culpa dolo proximā irrogari, quod in iniurijs per multa iura patet, l. item apud Labeonem, §. tenetur, §. hæc aut. l. si liber, ff. de iniur. cum si. Ea uero distinctio, qua Bart. in l. quod nerua, distinguit inter infamiā, quæ p̄so facto incurritur, uel quæ per sententiā, nullius momenti est, nec iure ullo probatur, imo per iura supradicta subuertitur. Ratio uero qua Bar. mouetur, tantū abest ut eis suffragetur, ut etiā eum oppugnet. Infamia em̄ quæ per sententiā patet, magis est detestabilis, q̄ quæ facto cōtrahitur: cum facta aliquādo excusari possunt, at res iudicata pro ueritate habetur. Proinde si infamia quæ propter factū accidit, latam culpā includit, quanto fortius ea



tius ea quæ per sententiã comparatur? Iam & alius error Bart. nobis occurrit cõfuz  
 tandus. Nam in d. l. i. §. non aũt. ff. si quis test. lib. i. ius. idem Bart. inter cetera quæ ex  
 suo capite cõminiscitur, putat latam culpã dolo proximã, in casibus, in quibus lex do  
 lum expresse requirit, dolo non comparari. At hoc manifeste falsum esse, d. l. i. aperte  
 euincit, ubi quamuis dolo expresse, imo & præcise requiratur, latã tamen culpã illic  
 includi certũ est. Verum cum is tex. Bar. flagellasset, scilicet, quod ex professio suã di  
 stinctionẽ euerteret, bonus ille uir, miseris euasionibus uelut ex re nata, & ex presen  
 ti occasione arreptis, se tueri pergit. Nam dicit in ipso prætoris edicto mentionẽ doli  
 nõ fieri, & nõ aduertit quod paulo' ante fatebatur edicti uerba nõ extare. Quo sub  
 terfugio ipse se uitiosa confirmatione cõtra præcepta Rhetorica collisit. Quomodo  
 em̄ scire poterat doli mentionẽ in edicto nõ fieri, cum uerba edicti nõ extare fateret?  
 Pari uitio olim lapsos fuisse Dominici sepulchri custodes uulgo traditur, cum adfere  
 rent corpus Domini a' discipulis esse sublatũ, & tamen sese interea dormiisse. Quod  
 uero Bart. putat oportere nos dicere, quod d. l. i. ex Iuriscõf. extensione, potius q̄ ex  
 uerbis edicti procedat, pari laborat uitio. Nec em̄ diuinare potuit circa edicti uerba  
 quæ ignorauit. Deniq; quis nos cõpellit ad dicendũ ea, quæ nec domi nec foris sub  
 sistunt? Porro' quis credet, quod Iuriscõf. edictum illud corrupte recitauerit? Sed  
 demus hoc figmentũ Bartolo: quid ad rem pertinet, Iuriscõsultus extente uel intente  
 egerit, dummodo pro nobis definiat latam culpã dolo proximã, eo loci uenire ubi  
 dolo expresse requiritur? Iam uero quomodo alios tex. euadet Bar. nempe d. l. quod  
 nerua. l. quæsitũ. §. eum quoq; ff. de preca. l. i. §. hæc actio. ff. si men. fal. mo. cum si. que  
 supra in tertã cõclusionẽ, in uers. Iam uero, latius allegauimus: in quib; omnibus do  
 lus expresse & per taxatiuam requiritur, & tamẽ lata culpa dolo cognata includitur.  
 Et sic queratio Bartolo patrocinari maxime putabatur, eum subuertit maxime, ut ad  
 Plautini Sotia sales alludã. Quæ aliquanto latius attingimus q̄ instituerim, in gratiã  
 Bartolistarũ, qui ab eo homine pendent tanquã a' numine, eo q; sine doctos esse Iuri  
 stas arbitrantur, si omnem lapidem mouerint, imo' per fas & nefas iura figant & refi  
 gang, quo eius erroneas doctrinas tueant, securi interim an textus aperti uel corrum  
 pantur, uel eis controueniatur, dum Bartolũ defendisse glorientur. Quæ ex re sape a'  
 modico errore maximus & prauatissimus error enascit cũ iustitiã periclitantis clade  
 grauissima. Proinde uideant cui periculo sese alligauerint, quæ in nassam inciderint,  
 qui statutis cauisse dicunt, ne a' Bar. opinioibus in casu ambiguo discedat, cũ in rez  
 bus cõtrouersis sepenũro Bar. a ueritatis scopo declinet, & certe ipsa ratio doceat, nõ  
 ex opinatis cõmentatorũ uocibus, sed ex legalib; scitis iustitiã iura q; partiũ asserere  
 & tueri. Anteq; ad finem procedamus, probandum est in procursu, latam culpam  
 dolo proximã etiã in interdicitis & edictis dolo cõparari. Nam in interdicto incendij  
 & c. hoc aperte probatur, per tex. in d. l. si fortuito, in fi. ff. de incen. rui. nau. qui tex.  
 glos. & Doct. ita r̄sit, ut inexplicatum relinquere. Præterea quid si dominus eius  
 loci ubi raptũ est, affectata negligentia culpæ accusetur? Quid si seruaturus, naufrã  
 gia colligat, & quasi aliud agens, militibus rapiendi cõmoditatem non auferat? Hæc  
 & similia cum lata culpæ sint, quæ dolum referat, tamẽ in edicto cõtinentur. l. ne quid,  
 in prin. ibi, ne quis extraneus. & §. a' domino, cum §. seq. eo. tit. Item sepul. uio. actio  
 ne tenetur magistratus, qui in ciuitate sepulchrũ fieri patitur. l. prætor. §. diuus. ff. de  
 sepul. uio. & fuit tamen magistratus in lata culpa, non in dolo, sic si hæres in sepulchrũ  
 hereditarium contra testatoris uoluntatẽ inferat, dum ex affectata ignorantia id sibi  
 licere putat, d. l. prætor. §. si quis in hæreditariũ. Deniq; in interdico, ne uis fiat ei  
 qui in poss. hoc constat. Sicut em̄ qui ex improuidentia missum in possessionem im  
 pediera, quod possessionem ad se spectare credebat, a' po'na excusatur, dolo em̄ ca  
 ruit. l. i. §. si quis. ff. eo. tit. ita e' regione si ex malo proposito dissolutam ignorantia si  
 mulasset, non excusabitur, dolo em̄ non caret, a' g. a' contrario sensu d. §. si quis, ubi  
 c. iij. si glos.

Etiam si ius do  
 lum expresse re  
 quirat, tamen  
 latam culpam  
 includi.

Vitium confira  
 mationis rheto  
 ricæ.

Alia ratione cõ  
 futatur Bart.

Alia cõfutatio.

Contra Barto  
 listas.

In interdicitis  
 etiam & edictis  
 latam culpam  
 dolo cõparari.

In incen. rui.  
 nau.

Sepulchrum in  
 ciuitate ne fiat.

In interdico. ne  
 uis fiat & c.



si glos. ad distinctionem latae culpae, quae ignauiam habet uel uersutiam, aduerrere potuisset, supinā ignorantiam sibi a dissoluta negligentia distinxisset.

¶ **Aditio.** (Pari errore labit glos. in l. de aetate. §. sed & si quis, de interro. act. ubi culpam latam, quae dolo proxima est, fatuam nominat, quae tamen cum sit ignauia, nunquā est dolo proxima. Distingui igitur utraq; poterant sicut nos distinximus.)

In edict. quod quisq; iur. in aelium.

Si redemptus ab hostibus gratis remittatur, & post detineatur.

Arg. ab appositione.

An in poenis corporalibus et capitalibus lata culpa dolo proxima dolum referat.

Iuuenes acclamationibus usi.

Qui familiam suam patitur uim facere.

Castrantes puniri ultimo supplicio.

Castrari posse non ex dolo. Accur. error.

Militaria delicta capite puniri.

Carcerum custodes capite puniri.

Item in edicto, quod quisq; iur. eiusq; prima parte, nēpe si magistratus iniuste pronūciarit, dolus requiritur, l. ij. ff. eo. tit. Sed certe si magistratus in latā culpā dolo proximam incidere, ut si ex affectata improuidentiā, imperitum assessorem eligeret, nō excusaretur, quod & Albe. in d. l. ij. tenuisse dicitur, licet Raphaēl Fulg. cōmuni erro re seductus contra senserit. Sed quid dicemus? Certū est q̄ is qui redemptū ab hostibus sine pretio remisit, si postea dolo retineat, in interdicitū incidere de lib. ho. exhi. l. ij. §. si quis eū, ad fi. ff. eo. tit. Nunquid idem sentias, si is ex affectata negligentia hominem retineret, nō bono proposito, sed quod sub simulatā quandā ignorantia contegeretur? Certe ratio hoc docet uiri boni aequitatem amantis: & in summa, sicuti poēnae interdictorū seu edictorū, im tunc euitantur, si dolus absit, d. l. in furti. §. recte, ff. de fur. l. quo naufragiū, §. quod ait, ff. de incend. rui. nau. d. l. ij. §. hac actione, ff. ui. bo. rap. l. prator. §. prima uerba, ff. de sepulch. ui. o. d. l. si quis id quod, §. doli, ff. de iur. om. iud. cum si. Ita ediuerso poēnae nō euitantur, si non absit dolus: at in culpa lata uersutiae dolum non abest, licet sub uelamine negligentiae contactus: ut supra declarauimus.

Occurrit nobis nodus indifficilis, & non admodū expeditus, an in poenis corporalibus & capitalibus lata culpa uersutiae dolo cōparetur. Et posset uideri quod nō, per tex. qui ad hoc uidetur expressus, in d. l. in lege, in prin. ff. ad. l. Corn. de sic. ubi dicit, In hac lege, lata culpa pro dolo nō accipitur. Quod si hoc prouisum est in lege Cornelia de sicca, nulla ratio subesse poterit, quin & in alijs publicis iudicijs hoc accipiatur. Accedat cōmunis, imo concors omniū Doct. doctrina, qui negant in poenis corporalibus maxime si sint capitales, latam culpā dolo includi. E diuerso expressi sunt tex. qui euidenter cōtra dictam sententiā pugnant, a quibus discedere piaculū esset. Nam in l. capitaliū, §. solent, ff. de poen. iuuenes nō ex dolo manifesto, sed ex quadā petulantia turbulentis adclationib; usi fuere, quae fuit lata culpa dolo proxima, & tamē corporali poena, nempe fustibus caeduntur. Item in l. eiusdē, §. item is, ff. ad. l. Cor. de sicca, plectitur qdam legis Corn. poena, nō ob aliā causam, q̄ quod familia sua ipso sciente, & nō prohibente, alteri uim in possessione fecerat, quae fuit lata culpa, sed dolo proxima. Item inuenio qd poena capitalis, nēpe ultimi supplicij, irrogatur his qui dolo carebant, & fuerant tamē in lata culpa, quae dolum referebat, ut est exemplū in d. l. eiusdē, §. qui hoīem, ubi castrabat iuuenē libidinis uel cōmerciij causa, & punitur l. Corn. At in eo facinore dolus, ut dixi, absuit: nam cōmerciū in causa fuit ut castrati efficerent preciosiores, l. si seruus seruū, §. & si puerū, ff. ad. l. Aquil. Libido uero ppulit, ut pueri imberbes & molles delectarent: quod ipsum quia ex libidine processit, dolo caruit, lata culpa nō caruit. Accur. in d. §. qui hominē, dum humaniora studia ignorasset, exposuit hoīem libidinis refrenandae causa fuisse castratū, quod luxuriosus esset: quod est plane ridiculū. Ideo em castrabatur, ut mollia, &c. quod Iuuenalis multū impudice psequitur. Quod aut castranti maris in solo Romano, poena ultimi supplicij irrogaretur, expressum est in l. lege, §. constitutū, §. plane, ff. de sicca. l. i. & ij. C. de eunuchis. Præterea iure manifesto patet, quod nonnulla militaria delicta capite puniunt, quae nō nisi culpa contrahi uerisimile est: ut si artē ludicrā miles usurparet, si miles deportatus, in militiā rursus deligi se pateret, si in bello quis aciem desereret, si cōtumax duci esset, si captus cū effugere posset, nō redijt: & quae similia habentur in l. que delicta, ff. de poen. l. qui cū uno, §. i. & seq. l. omne delictū, §. i. cū seq. l. nō omnes, §. captus, ff. de re mili. Quid, quod & carcerū custodes, qui custodia negligunt, uel capite puniunt, uel in eam poenā, qua rei tenerent, incidunt? l. milites, ff. de custo. reo. l. ad cōmentarienses, C.



entes, C. eo. tit. Item Bal. in l. si quis filio. §. his qui. ff. de iniust. test. putat iudicē qui pendente appellatione sententiam criminalem exequit, decapitari oportere, per tex. in l. lege Julia. §. hodie, ad l. lul. repetun. & poterit tamen iudex sub affectata ignorātia, & sui magistratus tegumento, doli crimen contegere. Quid, q̄ iure canonico in homicidio pœna irregularitatis ex lata etiā culpa dolo proxima incurritur: Nā & Herodes sub uelamine iuramenti à dolo se excusabat, cū diuum Ioannem Baptistam capite plecti iuberet. Sed non excusatur, c. cum iuramento, cum c. seq. de homi. fa. c. hi qui, in fi. l. dist. c. Ioannes, c. sicut dignum. §. hi quoque, de homi. Quibus tot iuribus contra dictam communem Doct. sententiam, & contra d. l. in lege, pugnantibus, poterat fortasse hic nodus uideri impeditus. Sed nos totam eam rem distinctiōe supraposita temperamus, Aut enim de lata culpa ignauit̄ loquimur, puta si ex supino errore, ex crassa improuidētia, ex præcipiti quadam delinqueretur temeritate: hic puto etiam si facinus graue foret, eam culpam pro dolo non haberi, ut ita non solum in ciuilibus, sed & in criminalibus ab ea culpa dolus absit, eo sine intelligo d. l. in lege, ff. ad l. Corneliam de sica. Qui intellectus ex subiectis ibidem exemplis euidenter apparet: nempe si quis ex alto se præcipitauerit, & super alium ueniēs ipsum occiderit: Vel si putator dum ex inaduertentia non proclamat, ramo dejecto prætereuntem occiderit. In huiusmodi enim casibus lata culpa ignauit̄ contrahebatur, sed dolus absuit, merito ad eius legis coërcionem ea culpa non pertinet. Quod autem per exempla subiecta, doctrinæ præcedentis qualitas declaratur, uulgo notum est. Per manus enim traditur, exemplis declarari regulam, l. scire oportet. §. hæc de his, in uerb. adoptatur. ff. de excus. tut. l. nam quod liquide, in fi. ff. de pœnu leg. l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infe. l. i. §. labeo. ff. de aqua quot. & æsti. Deniq; esset absurda Iurisconsulti ineptitudo, si de lata culpa dolo proxima locutus, exempla de ignauit̄ culpa subiecisset, atq; ita uelut aque naturam per exempla ignis declarasset. Aut loquimur de lata culpa quæ dolum refert, & tunc si crimen eius esset naturæ, in quo & lata culpa, & dolus contrahi possent, intrepide dico: In pœnis corporalibus, imo & in capitalibus, latam culpam, quæ sit dolo proxima, dolo comparari, exigentibus hanc doctrinam tot iuribus supra allegatis. Denique, singe ex supradictis exemplis in d. l. in lege, positus, si is qui arborem putabat, ramum adfectata quadam negligentia deiecisset, & malo consilio nō proclamasset, quis eū à reatu homicidij excusaret? Vel nonne nouimus lenocinij crimine apud Iuuenalem notari eū, qui uelut dormitans ad uxorem suam adulteros admiserat, Ad calicem doctus uigilanti stertere naso? Nos certe compertū habemus in ludobalistario, quendam municipem Friburgen. telum oblique uelut per imperitiam torfisse, & confodisse foeminā prætereuntem, de cuius facinore culpa ne an dolo fecerit, dubitabat uehementer. Et habito prudentum consilio, eō res deuenit, ut inquireret an huic balistario unquam inimicitia priuatim cum muliere, aut eius marito fuissent, quo nō comperto, reus absolutus fuit, non absoluentus si quicq; inimicitia præcessisset. Vides q̄ non effuse, sed multis ultro & citro expensis & circumsp̄ctis, in negotijs hmōi, quæ tam late patent, definiendum est?

¶ Additio. (Exemplū declarat responsū & aperit. l. prætor. §. quoties. §. nihil. de colla. bon. l. i. de præscrip. uerb. l. item nihil. ad fi. ad l. aquil. Ad do. dominū Crotum in repetit. c. rainutius, qui pro hoc allegat c. qui ad agēdum, de procur. lib. vi. cle. c. nō potest, eo. tit.)

Concludimus ergo in hoc prolixo tractatu, Culpam latam dolo proximam, à dolo separari non posse: & e regione, culpam ignauit̄, cum dolo non esse coniunctam. Quæ uera esse, imo receptissima, prudentis & boni uiri ratio, quinetiam ipsa natura æquitas docet: quarum altera anima est, & domina legum, altera legem, uelut condimento temperat. Quæ enim esset iniquitas puniri dolum, culpam non puniri do-

*Iudicē capite puniri qui appellan. etc.*

*In homicidio de iure canon.*

*Lata culpa ignauit̄ intelligitur in d. l. in lege*

*Exempla declarant regulam.*

*Culpa lata dolo proxima etiā in capitalibus dolo equiparatur.*

*Exemplū de quodā sagittario, q̄ foemina confodit*

*Ratio domina legum.*

*Æquas conditionū legum.*

niri do



Ius ciuile emen-  
dare quanta res  
sit.

niri doli sociam. Et in ueritate si ratio legibus scriptis haecenus dominaret, ut tex. iur. ris, non ex opinionū procellis, sed uelut ex germano, id est uiuo & proprio sensu, uel ex ratione bene cōposita expenderemus: uel quae uno aut altero iure scita sunt, ad alia quoque, in quibus par appareret ratio, ex fide, & integritate, nō ex commodo, non ex alienis uocibus suppleremus: id quod bona occasione fieri posse Peditius testatur, iam non esset in pulcherrimo iure nostro aliqua obscuritas, non ulla dissidentia, nihil turbidum, nihil opinosum, nihil perplexum, nihil quod fastidiret: cessarent inutiles cōtrouersie, pestiferarum disceptationū sylua succideretur, & infelicitum cōmentarioꝝ plaustra uel tollerent, uel ad claras breuesque iuris ueritates reducerentur, res & Cæsare nostro ter maximo dignissima, & quae omnē omnium regnorum uictoriā superaret.

Glossæ in l. quod nerua. ff. depositi.

C E L S V S.

**Q**uod Nerua dicitur a latiore culpam, b dolum esse, Proculo displicebat, mihi uerissimum uidetur. Nam etsi quis non c ad eum modum, quem hominum d natura desiderat, e diligens est.

Duplex lata  
culpa.

**A** LATIOREM, latam intellige, ornato loquendi schemate, sic in l. si longius. ff. de iud. cōparatiuum propositiuo sumitur. Est aut duplex lata culpa, altera ignauia, quae ex naturali uitio & sua & aliena negligenter habet, improuidoque est, & supino iudicio, de qua in l. late. ff. de uer. sig. Altera si uersutia, quae cum in proprijs sit diligens, aliena dissolute negligit, de qua hic in principio sensit, & pro ea differentia est l. mulier. §. si haeres. ff. ad Trebell. cum concor. quae supra in tractatu late culpae allegauimus. Bartoli errorem hic non moramur.

Primigenia pro  
deriuatis sumi.

Lata culpa sub  
positiuo dolo  
nominatur.

**D** DOLVM ESSE, id est, dolo proximam, & sic in deposito uenire. Et nota, latam culpam dolum nominari per Hyperbolen, id est, excessum Rhetoricū: ut apud Terentium, ubi illic scelus est, cum sceleratū seruum intelligeret, & in l. libertus qui operarum, in fi. ff. de op. lib. ubi inopia patroni, pro inope patrono accipitur. Et Paulus apostolus: Vos estis circumcisio, cum mul. si. Nec intelligas hic de latiore culpa sub comparatiuo mentionem fieri, ut iam supra declarauimus. Nam & Iuriconsul. alibi latam etiam culpam subpositiuo dolum nominat, l. is cui. §. dolum. ff. ut in poss. leg. nō quod lata culpa uere dolo sit, sed est dolo proxima: ceterum sub excessu (ut dixi) dolo nominatur. Cum enim in tractatu culpae & doli, Culpa pro negligentia culpata intelligatur, non potest uerus dolo nominari, l. si idem, C. de codi. de quo alibi plura diximus.

**C** AD EVM MODVM, rationem uiuendi, formam, institutum, mensuram. Sic Cice. in Epist. se facturum intra modum scribit: id est, temperatius facere, quam sua fuerat uiuendi ratio seu institutum.

**N** NATVRA, conditio. sic enim apud Latinos saepe accipitur. fa. l. i. in prin. ff. ad maced. cum si.

Ordoliteræ.

Declaratio  
textus.

**D** DILIGENS EST. Huic orationi coniunge uersiculum, scilicet, fraude non caret: nam interposita uerba, cum dicitur, nisi tamen ad suū modum & c. parenthesis faciunt: ut ordo literæ is sit: Si quis nō ad eum modum, quē hominū natura desiderat diligens est, fraude nō caret, nisi tamen ad suū modum curam in deposito praestet. Nec em̄ salua fide, & c. Et est sensus, Depositarium si in re deposita iuxta eam diligentiam rationem, quam communis hominum conditio desiderat, nō sit diligens, fraude nō carere, sed esse in lata culpa dissolutae negligentiae, nisi forte iuxta suū quoque modum: id est, iuxta proprium negligentiae institutum seu rationem, incuratam curam adhiberet; nā tunc excusatus esset, alioqui nō excusari, nec em̄ salua fide minorē, & c.

Qui est



Qui est uerus intellectus, plan<sup>9</sup> & facilis, quē nec Accur. nec Doct. sunt ex solido adsecuti. Quod em̄ Accur. hic in uerb. ad eū modū, putat depositariū nō excusari, si sit minus diligens q̄ alij hoies, per l. si constante. non est uerum, & est contra apertū tex. Inst. quib. mo. re. con. obli. §. præterea. ubi depositor suæ facilitati imputare debebit, q̄ negligenti rem amico custodiendam dedit. Nec obstat d. l. si constante. ff. sol. ma. imo nihil facit, nisi forte allegare uoluerit. §. si maritus. Sed nec is tex. pro Accur. stat, quia non loquitur de negligentia, sed de sœuitia in dotalibus coercenda. Cæterum si Accur. culpæ genera distinxisset, errorem uitare facile poterat.

f Nisi tamen & ad suum modū, curam in deposito<sup>b</sup> præstet, fraude nō caret. Nec em̄ salua fide, minorem ihs q̄ suis rebus diligentiam præstabit.

f ENISI tamen. Hæc uerba (ut dixi) per parenthesis leguntur. Quo loco Iuriscōsultus eam culpam excipit qua depositarius in suis etiam rebus negligens esset, quam nominauimus culpam ignauitæ.

§ CAD suum modum, id est, ad rationem & institutum, quo in suis quoq̄ rebus negligens esset. Modum enim uitæ rationem & institutum esse, supra diximus, fa. l. si. ff. de hære. instit. ubi modus institutionis pro ratione sumitur.

b PRæstet. Si ergo in re deposita eū modū seruat quē in suis, etiā si in suis negligenter uerſet, excusatus est: hoc em̄ dictio exceptiua, nisi, euidenter significat, fa. glōf. in l. actione, in fi. C. de transact. & est tex. instit. qui. mo. re. cont. ob. d. §. præterea. Notandū ergo q̄ hæc lata culpa qua aliquis ex naturali uitio, ex ingenij crassitudine, supine negligens est, ab alia lata culpa quæ fraude nō caret, hic clare distinguit, q̄ hæc dolum representat, illa a dolo remota est, quod supra in tractatu culpæ latius fundauimus: qua una distinctione recepta, cōpluria toto iure ciuili, germane ueritati restitunt.

f FRAUDE non caret. Ergo ea lata culpa fraudem, & sic dolum habet, per figurā Lyptoten. Quomodo ergo fieri posset, ut his casibus in quibus dolum uenit, nō etiam culpa ueniret quæ dolum habet, & cōsequenter, quomodo in actione depositi ob dolum in litem iuraretur, & non ob culpam quæ dolum habet, licet uelamine negligentia cōtactum: Proinde errorem quem glōf. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. Bart. & Doct. hic docuere, quis bonus uir uel excusare, uel dissimulare queat.

k SALUA fide. Ergo arg. ab oppositis, facta est depositarij fides si parem in re deposita quam in suis rebus curam adhibet, etiā si sit culpabilissime negligens. d. §. præterea. contra Accur. Voluit ergo totus hic tex. depositarium, si is res depositas ut suas curret, etiam si negligenter curret, fraude carere, quæ est lata culpa desidæ: sin in proprijs diligens sit, non ita in alienis, sed in eis negligenter uerſet, fraude non carere, adeo q̄ incidere in latam culpam uerſutæ, ut sic duo illa genera latæ culpæ ex nostro tex. manifeste colligantur: quæ tamen etiam supra alio loco latius attigimus.

Colliguntur ex  
tex. duo culpa  
te genera.

ELVCIDATIO L. SI NON SORTEM §. LIBERTVS, DE COND.  
indeb. elegans & insolita, de operis libertorum.



N operarum tractatu nonnulla sunt, quæ & in glōf. & Doct. desiderantur, quapropter & meas quoq̄ uigilias ea in re addere placuit. Pri-  
mo omnium obsequia non esse operas, a Bart. & Doct. bene obserua-  
tum est, id quod & tituli distincti, & separata ab operis obsequioꝝ cō-  
ditio arguit, l. libertus qui operarū ff. de ope. lib. l. libertos. C. de obseq.  
Quapropter Accur. nulla ratioe excusari potest, qui d. §. libertus, in prin. de obsequi-  
alibus operis intellexit. Sed & Bar. cum obsequia ab operis recte distinxisset, obsega-  
les tamen operas non recte nominauit, ut quibus utrisq̄ inter sese nihil prorsus con-  
ueniat. Obsequia enim in honoris exhibitione, in reuerenti uerecundia consistunt.  
Operæ uero, ipsum operarij laboris tractum significat, arg. l. operæ, in prin. ff. de ope-  
ris lib

Obsequia non  
esse operas.

Obsequiales, ope-  
ras non no-  
minari.



Obsequiorum  
species.

ris libert. & l. i. in fi. eod. tit. Quæ aut sunt obsequiorum species, vulgo tractatum est. Ad liberti enim obsequia pertinet, ut assurgat patrono, ueneretur, sancta & honestam eius habeat personam, sine uenia in ius non uocet, uocatum nulla impetat famosa actione, uel quæ patroni fugillet opinionem, & in summa, oia ad synceram redigat pietatem, l. i. in prin. l. ij. l. parens, cum l. seq. l. liberto. ff. de obseq. iuncta d. l. uenia. C. de in ius uoc. Tandem & patronum in opem aliat, l. i. C. de op. lib. l. alimenta. §. i. ff. de lib. ag. cum si. quæ omnia & parentibus & liberis multo maxime sunt præstanda, in quare quæ ab alijs satis tradita est, nolui esse prolixior.

¶ Additio (Dicit tamē tex. c. i. in quibus cau. amit. seu. huiusmodi exhibitiones quæ dominis quadam morali oblatione debentur, sub præceptis non posse includi.)

De operis,

Opera diurni  
offi.

Nocturna offi.  
Operæ dupli-  
ces sunt, officia-  
les, fabriles.  
Officium dupli-  
citer accipi.

Vnde officiales  
dicantur.

Officiales opæ  
quæ.

Quid officialium  
appellatione ue-  
niat.

Mense instruen-  
dæ labor.

Domus custodia

Fabriles:

Artificiales.  
Ad manuales  
operas.

Fabriliū noia  
quæ censentur.

riemus, erit quæ is tractatus, & iucundus lectu, & scitu utilis. Operam diurnam esse officium, Paulus docuit l. i. ff. de op. lib. Potest autem bifariam illa diurnitas intelligi, uel quia per diem laborandum est, ut l. ij. in fi. ff. de an. leg. uel quia certo diei tempore absoluat, ut adesse domino, domino ob necessitatem aliquam inferuire; & tunc diurnum ideo dicitur, quia die explicatur. Vnde apud Iuuenalē, importuna uxor, Longi relegit transuersa diurni, tamen etiam nocturna sunt officia, ut post dicitur. Sed Iuriscons. ad frequentiam respexit. l. nam ad ea. ff. de leg. Sunt autem duplices operæ, officiales & artificiales, seu fabriles, id quod etiam a Doct. receptum est, licet alia serie tractetur. Circa officiales notandum puto, Officium dupliciter accipi: aliquando generaliter pro actu, qui pro sua cuiusque conditione deberi intelligitur, ut Victorinus uoluit, & tunc recte, opere siue sint officiales siue artificiales, officium diurnum dicuntur. Aliquando & strictius pro quodam ministerio (ut ita dixerim) personali, qua inferuire alijs uolumus, ut apud Suetonium, Senatores conspirati, Cæsare officij causa circumstetisse scribuntur, & Iuue. Officium cras Primo sole mihi peragendum in ualle Quirini, & fa. l. sicut patronus. ff. de op. lib. Et hinc recte officiales operæ deducunt. Per dictam distinctionem posset saluari Accur, in d. §. libertus, in uerb. officiales, licet ad eam non respexerit. Ergo officiales sunt, quæ & ex habilitate ministrantis, & ex domini comodo consistunt, personæ quæ ministranti convenientes, in domini personam referunt, atque adeo ad inferuionem (ut ita loquar) personalem pertinent, ut l. opere in rerum. ff. de op. lib. Eius generis sunt, adesse domino, comitari dominum, l. quod nisi, in fi. l. hæc demum, in fi. ff. eod. tit. Item & calculare, alia quæ domini negocia exercere, eius personam respicientia. Nec placet distinctio Bar. in d. §. libertus, dum putat referre, an negocium totius diei, an uero modici temporis committatur. Siue enim negocium pro domini necessitate diu duret, siue statim finiatur, dum eius personam respiciat, inter officiales operas numerabitur. d. l. hæc demum, quæ generaliter loquit. Porro si quibus mensæ apparandæ, instruendæ uel negocium committitur, officialibus operis occupari dicuntur, quorum numero, obsonatores, structores, propinatores, pincernas, cocos computabimus, ar. l. legatis. §. i. ff. de leg. iij. Item cum domus iniungitur custodia, officinæ seu tabernæ sollicitudo, & quæ similes essent operæ uel ministeria, quæ ex personali actu operantis ad domini personam respiciunt, etsi non tota die durauerint. d. l. operæ in rerum, & fa. l. duorum, in fi. eod. tit. Fabriles operæ a faciendo sunt dictæ, allusione potius quæ etymo, quas & artificiales Iuriscons. nominat in d. fi. ff. de op. ser. Et quamuis fabriliū uocabulo, largius aliquanto & extentius ad manuales operas abutamur, communicata tamen utrobique significatione, mixtim de utrisque Iurisconsulti loquunt, ut ita nihil ab artificialibus fabriles re ipsa differant. fa. d. l. operæ in rerum, in fi. d. l. hæc demum, in fi. de op. lib. & d. l. legatis. §. si ex officio. ff. de leg. iij. Sunt autem fabriles hæc, quæ ex artificio consistunt, in quibus labor plus ad rem ipsam & ad opus faciendum, quæ ad personale ministerium, aut personam domini respicit. Horum numero sunt cerdones, sutores, fullones, sarcinatores, fabri, pictores, statuarij, phrygiones, lanifices, infectores, scribæ, librarij, & omnino quicquid sit artis uel laboris quod rem labora-



rem laboratam respiciat. Quod aut Bart. in d. d. libertus, fabriles eas putat esse, quæ in rem & patrimoniū dñi fierent, non improbo, dum de patrimonio largiter loquat. Nam imagines & aliæ res pictæ uel sculptæ patrimonia dominorū non adiuant; existimatione em̄ pollent, non censu. Vt ergo in summa colligā: **Officiales operæ** rem dñi, eius q̄ personam, uictum, curationē, octum, quietem, uoluptatē, directo respiciunt, & separata domini ratione, eius uel commodo personali, potius molestiæ sunt q̄ operæ, d. l. ut iuris. d. dabitur. eo. tit. iuncta. l. si libertus artem, in fi. de op. lib. **Artificiales** uero, quæ absolute in sese nullo habito respectu ad personam dñi fiunt, & a quocunq; cuiusq; quolibet etiam tempore, fieri possunt. Quæ licet ad domini imperiū laborentur, labor tamen nō ad domini personam, & commodum personale, sed ad opus respicit, eatenus ut æque hosti sicut dño præstari possent. **Lecticarij** utrisq; comuni cant. Nam si fabricatores lecticæ intelligas, artificiales sunt, d. l. legatis. d. i. de leg. iij. sin uero lecticarū portitores, officialibus accensentur, l. si ex toto. d. ij. ff. de leg. i. Quem intellectū utrobicq; ratio ineuitata exigit. Cum em̄ lecticarij ad numerū legatur, portitores intelligi uerisimile est, cum nō nisi a multis lecticæ dominorū portentur. Inuenio aut operarum speciē, quæ & sit artificialis & circa officium uersetur: ut sunt medici, cantores, citharædi, mirmillones, athletæ, musici, gladiatores, mimi, pantomimi, saltatores: eas em̄ operas esse artificij notorium est, sed & cum officio communicare (quatenus uoluptatis sunt) iura docent, ut d. l. ut iuris. d. dabitur, cum dicitur eos esse uoluptatis artifices. Has operas, quamuis inter artificiales Iuriscons. ponat, l. eius artificij. l. medicus, cum l. seq. l. hæc demum, uers. nec arenarius. ff. de op. lib. tamen & alio quando officialiū iure censent, ut post docebit. Proinde nō errabit, qui eas medias, seu communes nominauerit. Plura em̄ sunt negocia q̄ uocabula l. natura. ff. de præscrip. uerb. De Bubulcis porro opilionibus, agricultoribus, messoribus, dubitari posset. Bart. in d. l. quod nerua, fabrilibus adscribit. Nos huiusmodi operas a libertorum genere reijcimus, ut quæ seruis cōpetant non libertis. l. in lege censoria, ad fi. ff. de uer. sig. Quapropter minimi referet sup̄ eis hoc loco disceptare: Si tamen de eis loqui res exigeret, potius officialib; connumerarim. Operarij em̄ isti in domini & rem & comodum ita reflectuntur, ut separata dñi ratione, desinat obligationis & causæ & propositū. Is em̄ laborator domino se ita adstringit, ut nolit prorsus alteri, quod in fabrilibus nō recipi supra diximus. Sunt & operæ seruiles, quorū numero omnes sine defectu operæ sunt, siue sint artificij, siue officij, id est ministerij, preciosæ, mediæ, uiles, & cuiuscunq; generis, etiā quæ oherose, turpes, & (ut ita dixerim) bestiales sint: ut uerrere domū, aream, plateas, purgare cloacas, in pistrino operari, molas protrudere uersatiles, haurire aquas, ruri macerari, terrā fodere, imo ad terrā adscribi, ligna conuehere, esse uespillonem, pollinctorē, bestiarium, agalonē, ut interim turpiores taceam, quas dicere nolim. arg. l. si. in fi. ff. de op. ser. huiusmodi operis, bubulcorum, agricultorumq; labores, iam supra recte accensuimus. Et licet operæ seruorū etiam officij sint & artificij, tamen distinctio in eis nō obseruatur. Quicquid em̄ seruus laborat, uel circa personā domini, uel in alijs operis, adeo abest ab officio, ut etiam necessitatis sit & oneris seruilis, ea q̄ ratione opere serui in fructu sunt, & fructus in operis, l. in hominis, cum l. seq. ff. de ope. ser. Hoc est quod diximus, operas seruorum & animalium quodammodo æquiparari, arg. l. huic, ad fi. in uers. etsi habitatio. ff. usufruct. quem caue. fa. l. ij. d. i. ff. ad l. aquil. Vno tamē casu, officiales in seruis ab artificialibus distinguuntur, quoties ad æstimationem operarū res redigitur, d. l. si. ff. de op. ser.

Visa obsequiorū & operarum declaratione, recte nunc circa earū impositionē, effectū, obligationē aliqua examinabimus, pleraq; transeunt, quæ ex uulgatis Doct. dictis cognoscuntur. Et primo, ad obsequia libertus citra indicationem naturali nexu ita tenet, ut cogi possit. d. l. uenia. C. de in ius uoc. iuncta l. d. cum patronus. ff. de off. præf. urb. Quapropter secuti ex errore præstari nō possunt, ita nec ullo iure repetunt,

d ij quod hu

Alia declaratio  
operarum.

Officiales.

Artificiales,

Lecticariorum  
opera.

Operæ mediæ  
seu communes,  
quæ & officij  
sint & artificij.

Bubulcos, opila  
liones, messoris  
&c. esse operas  
seruiles, non lib  
bertorum.

Operæ seruiles  
quæ sint.

Officialium &  
artificialium di  
stinctio in seruis  
libus non atten  
ditur.

Operas seruorū  
& animalium  
æquiparari.

Obsequiorum  
effectus & ob  
ligatio.



*Obligatio ad antidora iuris errore soluta.*

*Obligatio ad antidora quale uinculum habeat.*

*Zasii opinio*

*Iterum firmatur doctrina contra communem.*

*Contra Accursianos.*

*Obsequia qualiter ad heredes.*

*Operarum effectus utrisque communis.*

quod huiusmodi naturalis obligatio ad præstandi necessitatē sit redacta, d. q. cum patronus. In alijs tamē speciebus naturalis obligationis, errore iuris soluta nō repetuntur: Ceterum si error facti soluta sint, repetere ius est, in l. cum quis. C. de iur. & fa. ig. Quo loco Bar. & cōmuniter Doct. eam obligationis naturalis speciē excipiunt, quæ ad antidora obligat: putantes si etiā eo loco iuris errore solueretur, nō impediri repetitionem soluti, id quod glos. tenuit in l. ex hoc iure, supra de iusti. & iur. nisi forte id ipsum solueretur quod receptū erat, l. si testamento. q. i. ad fi. q. ff. de fideiuss. Et ita se habet cōmunis opinio, quæ tamen nō est uera. Nam si inter obligationes naturales hoc cōmune est, quod nō nisi naturali ratione nituntur, quomodo inæqualem habebunt efficaciam? Aut cur hoc naturæ uinculū, quod ad gratificationē benefacti obligat, minus operaretur q̄ in quacunq; alia simili specie, cum in omnibus sola ratio naturalis citra uinculū ciuile præueretur? Porro qui gratificat alteri errore iuris, creditur se ad hoc teneri, iam animo naturaliter cōsentit, ut remuneretur amicū. In naturæ ergo uinculo, & in naturali consensu nō errat, licet in iure errauerit, ut ita merito locū habeat d. l. cum quis, cum si. Et ne per latebras fatigemur, textib⁹ expressis remunienda est. Nam in l. sed & si lege. q. consuluit, de pet. hære. clare decisum est, eum qui donauit si antidora accepit, iam esse factū locupletiorē: Cui necessario consequens est, remunerationis nō esse repetitionē: alias quomodo alter diceretur factus locupletior, qui in re accepta repetitionis onere grauaretur? Addimus & alium text. in l. idem q̄, q. fin. ff. mand. ubi si creditor fideiussorē remunerandi gratia liberat, fideiussor actionē mandati contra debitorē habet, cum tamē nihil soluisset: sed quia ea liberatione quæ in remunerationē ei cōtigit, obligatio ad antidora extincta est, ideo actionem habet, non habiturus si creditor liberationē posset condicere: quia ea quæ possunt condici & repeti, liberationē impediunt, d. l. si testamento. q. i. ad fi. ff. de fideiuss. fa. l. qui concubinam. q. si hæres, de leg. iij. Quod si obligatio ad antidora in ea specie, quā supra diximus per d. l. idem q̄, actionē contra tertium producere potuit, quanto fortius exceptionē remunerato producet cōtra repetentem? ar. l. i. q. is aut. ff. de superfi. Et tandem si remuneratio donationis acceptæ quodammodo genus permutationis esse intelligitur, d. q. consuluit, necesse est, quod & cum natura permutationis participet. At hoc fieri nō posset, si quæ remunerata sunt liceret repetere: hoc em̄ ab omni permutationis genere, rebus iam permutatis, q̄ maxime abhorret, ar. l. permutacionem, cum l. seq. C. de re. permut. His argumentis cōtra glos. & omnes Doct. qui diuersum tradidere, fortiter nitimur, ab eis nō discessuri, nisi nostra fundamenta ex ueritate, nō per cauillationes dissoluantur. Cæterū contra ueritatē textuum quomodo dissolues? Equidē uehementer doleo, Doctores qui aliq̄ in multis & ingenio ualere & doctrina, hac una re tam obuerso fuisse animo, ut quicquid Accursio in buccam uenerat, sæpenumero pro ueritate sine altiori disquisitione sequerentur, & ita orbem replerent erroribus, adeo q̄ ueritatis amatoribus tantū negocij ueritatis reducendæ tribuerent, eos q̄ grau. fatigatione iuris ppurgandi onerarent. Sed iam cætera dispiciamus, Ad obsequia tenentur, & liberi erga parentes, & liberti ad patronos, sine impositione: utrobicq; em̄ naturale uinculū (ut diximus) obligat. Ad hæreses aut. an & qualiter ea obsequia transeant, a Bart. nō perfecte traditur. Puto tamē quod heredes extranei, quos uel libertus uel liberi relinquunt, ad huiusmodi obsega honorifica aliter nō teneantur, q̄ quod in ius uocare parentē, patronum uel defuncti non possunt, nec ullam cōtra eum famosam mouere actionē, quæ ex facto uel patris uel patroni descenderit, atq; adeo tali noie nec accusare, l. apud Celsum. q. aduersus, ubi est intortus ex. sed per Hypallagen resoluendus. ff. de doli excep. iuncta ratione d. l. uenia. C. de in ius uoc. Cæterū heredibus extraneis patris uel patroni, nihil obsequij nec a libertis, liberto uel eius hæredib⁹ debet, arg. sumpto a d. ctis iurib⁹, & fa. l. liberti. C. de op. lib. Nisi patronus filiū relinquat, ei em̄ reuerētia debet, l. qui manumittunt. C. eo tit. Nunc ad



Nunc ad operarū effectus, in quo duo tractabimus: Primo quid opis cōmune sit, deinde quid cuius speciei proprium. Et quidē effectus utriusq; communes in eo sunt, quod nō debentur nisi imposta iuramento, uel stipulatione, & id quidem in limine manumissionis, nisi aliud conuenerit, l. ut iuris, §. i. ff. de op. lib. iuncta l. si, §. adeo, ibi glōf. ff. de lib. cau. Et si sine impositione prestarentur, libertū ad futuras operas nō obligarent, l. operis, ff. de op. lib. Ob operas autē liberti cum patronis habitare nō coguntur, quod in seruis nō est receptū, d. l. qui manumittuntur, in fi. de op. lib. In prādictis nouisse cōueniet, quod non solū opere, sed & donum, munus, imponuntur, d. l. ut iuris, §. iurare, ij. ff. de op. lib. l. Iulianus, ff. de bo. lib. cum si. Est autē donū quod sine causa datur. Munus causam habet, ut si in militiam patroni, si propter filiae nuptias munus daretur, l. inter donū, ff. de uer. sig. Inter hęc aduertendū est, quod seruis ex fideicommissio manumissis, & ex constitutione diuī Marci in libertatem ereptis, & his quibus a lege libertas competit, nullæ prorsus imponi opere possunt, d. l. ut iuris, §. rescriptū, l. sed si hac, ff. eo. tit. Item operæ in genere impostæ, ut cum decem uel uiginti operas diurnas stipulamur, libertus eas soluet, in quib⁹ sese exercuit: qd si in utriusq; nempe officialibus & fabrilibus consueuerit, præstabit quas dñs uolet, arg. l. operæ, ff. de op. lib. si in neutris, laborem exiget dominus à liberto, quē præstare poterit, ar. d. l. ut iuris, §. iurare, l. eius artificij, ff. eo. tit. & fa. in ar. l. si, §. i. de op. ser. Iam uero etsi impostæ sint in genere, ut decem dari operas, libertus nō tenebitur ad ullas, nisi sint ad speciē indictæ seu exactæ, l. cū patronus, ff. de op. lib. & postq̄ indictæ fuerint, dies earū cedere incipiet, d. l. si quis hac, §. iudicium, de op. lib. quapropter si prestite non fuerint, & tantū transferit tempus quo perfici poterant, operarū præteritarū estimatio petetur, l. si quādo, d. l. si quis, §. iudiciū, l. operas, de op. lib. nisi ualitudinis causa foret impeditus, l. interdum, eo. tit. Sed etsi liberto dignitas accesserit, liberabitur, idem si ætas cōfectior, d. l. interdum, in fi. cum l. seq. Et si plures sint patroni, & operæ plures, numero diuidentur: scilicet quod operarum pars aliter uel diuidi uel peti non potest. Vnde qui partē opere petunt, non nisi estimationē petisse intelliguntur, l. libertus qui post, l. si quando, ubi sub parte operæ estimationē accipe, l. quoties, de op. lib. fa. l. in stipulationibus, §. operarū, l. stipulationes nō diuiduntur, in prin. & ibi utrūq; diximus, infra de uer. obli. Item si sint plures patroni, qui in operis indicendis nō concordent, libertus neutri ad operas tenebitur, donec concordarint, l. hæ operæ, §. si patroni plures, cum, §. seq. An autē dies cedat ab indictione, ut postq̄ patroni cōcordarint, retro ad estimationē teneantur? Non puto, quia durum esset &c. d. l. hæ operæ, §. si. quod & Accurs. tenuisse uidetur in d. §. si patroni plures, in uerb. accipiendis, qui allegat, l. ij. in fi. ff. quib. mo. ususfruct. ami. ubi hoc probatur: quamuis Iuriscons. in d. §. si patroni, contrarium significare uideatur: sed se non firmat. Cæterum hoc quod decidimus, consuetudine in Vasallis obtinet. Nec obstat l. si quis hac, §. iudicium, de op. lib. quia de operis indictis intelligitur, dum nihil intercedit quod eorū præstationē morretur, ut supra declarauimus, quod nota. Porro in imponendis operis ratio habetur ætatis, ualitudinis, dignitatis: & porro an libertū deceant, an honestæ sint, an nō turpes, uiles, abiecte, seruiles, mediastine, & quæ potius libertatē onerent, q̄ sustineant, l. eius, in fi. l. pe. ff. de op. lib. prouiso etiā ut temporis spacia liberto relinquuntur, quibus & sese suā q̄ familiam enutrire, & quæ ad curam corporis necessaria sunt, prouidere possit. Proinde & libertus propriam negociationem gerere potest, dum operæ patroni nō impediuntur: & si langueret libertus, operæ non deberentur, d. l. cum patronus, in fi. l. nec audiendus, l. libertus qui post, d. l. interdū, l. libertus negociatorius, de op. lib. Quibus cōsequens est, quod libertus, quamuis eo loci ubi patronus moratur, uel si ex iusta causa proficisceretur, operas præstare debeat: uagantem tamen per puincias sequi non tenetur, l. quod nisi, ad fi. cū l. seq. d. l. hæ demum, in fi. eo. tit. fa. l. si, ff. de iur. om. iud. Hoc est qd superius diximus, rurestres, messarias, & similes opas libertis nō

An liberti propter opas cū patronis habitent.

Libertis in libertatem ereptis.

Secunda cōmunitio operarum.

Tertia cōmunitio operarum.

Operæ in genere indictæ.

Operas inter patronos diuidi.

Si patroni in indicendis operis nō concordent.

Vasalli.

Alia cōmunitio operarum.

Libertus negociator.

Libertus egrotans.



- Alia cōmunio.** bertis non imponi. Præterea si patronus operas impositas, item donum, munus, uel exigat ab inuito, uel operas liberto uēdat, uel mercede locauerit, bonorū possessionē contra testamentū liberti non petet, l. ij. C. de bon. poss. contra tab. lib. l. libertus qui operarū, de op. lib. d. l. Iulianus. ff. de bo. lib. d. l. ij. C. de bo. poss. contra tab. lib. Quod latius profequitur glos. in l. si quam, C. de op. lib. Sola autē impositio operarū nō noceret nisi exigat, ut ibidem & alibi per glos. fa. l. si quis a liberis. §. pe. ff. de lib. agnoscen. tex. est in l. qui oneranda de op. lib. Quod autē de locatione operarū diximus, infra suo ordine tēperabimus. Tandē operę non solū patrono, sed & liberis patroni debent, dū tamen uel hæredes sunt, uel nō mala mente exhæredati, succedent autē equaliter in operis, etiā si sint inæqualiter instituti, d. l. ut iuris. §. pe. l. si patronus. §. ij. ff. de bo. lib. Hæredibus autē liberorū, si extranei sint, libertus nō adstringit, l. sciendum, de uer. sig. Nā nec patroni hæres, si sit extraneus, operas petet, nisi forte aliqua essent præterita, l. cū patronus. §. i. l. a duobus, in fi. de op. lib. quæ tamen oīa latiori egerent explanatione.
- Sola impositio operarū nō nocet** Haçtenus quæ operis in genere conueniāt, paucis attigimus; Nunc uero ad speciem operarū transeūtes, in quibus officiales ab artificialibus differant, inuestigabimus. Et ante oīa diligenter aduertendū est, sæpe numero fieri, q̄ si de operis luriscon. simplici ter loquat, in dubio officiales potius intelligat q̄ artificiales, id quod text. iuris multis in locis urgēt, ut in l. quoties, in fi. uerf. sed hæ operæ, d. l. hæ operæ, in prin. ubi hoc manifeste liquet, cū de artificialibus separate differat, item in l. cū patronus, in prin. l. op̄ em. l. quoties certa, uerf. sed operæ, ad fi. l. interdū, d. l. ut iuris. §. dabit. ff. de op. lib. cū si. Cuius est ratio præsens, licet a nemine tacta. Nam libertis longe frequētius officiales indicebantur q̄ artificiales, cū illæ ad personale domini cōmodum respiciant & in officio consistāt, quod maxime libertos decet, d. l. cū patronis, post prin. uerf. cum em operarū. Quapropter appellatiōe operarū, in dubio officiales quadā antonomasia ueniunt: recte, sicut sub noīe poetæ, Vergiliū, sub prophetæ uocabulo, Dauidā Grammatici intelligūt. Ad quod si Accur. in d. §. libertus, aduertisset, in tam impruīdos errores circa operas incertas sese & alios fatigando, nō incidisset; Quas em̄ ipse incertas putauit, nōs officiales ex doctrina prædicta, tam notabiliter q̄ noue nominauimus. Ceterum si uel ratio, uel materia subiecta legis, de operis effusiori genere loqueretur non inficiamur, utrarumq; operarū speciem ex pari includi: ut in l. operæ in rerum ff. de op. lib. in prin. ubi de operis in genere, post de speciebus operarū differit, fa. l. ut iuris. §. iurare, cum duobus. §. sequen. l. qui libertinos, in prin. l. hæ demum, in prin. d. l. libertus qui operarum. l. operis obligatus, eo. tit. Et per prædictam doctrinam, iura de operis libertorum loquentia lumen accipiunt, & loci quidam ambigui expediētius aperiuntur. Et potest ex hac doctrina fundari dictum Barto. in d. §. libertus. iij. disse, dum dicit, seruitia uel operas simpliciter promissas, iudicari officiales. Diferunt autem officiales ab artificialibus. Primo, quia Officiales non promissas si adiderit libertus errore iuris, non repetit, ne æstimationem quidem: sin uero errore facti, æstimatio repetitur, d. §. libertus, in prin. iuxta cōmunem & ueram lectionem. Fabriles non promissas quocunq; errore soluantur, repeti possunt, ut æstimatio condicatur, d. §. libertus, hæ enim cum in artificio sunt, natura nō obligant. Quorum numero etiam operas communes accensemus, eas præcipue, quarum est aliqua æstimatio, ut medici: uoluptariæ enim, ut sunt saltatores, &c. ideo non æstiman̄, quia uoluptatis non est æstimatio. l. si. ff. de op. ser. ar. l. in uoluptarijs. ff. de impen. in reb. dota.
- Ultia cōmunio.** Secundo differunt, quia officiales, etsi promissę sint, non tamen cedunt nisi & indicantur, & a patrono exigantur, d. l. quoties certa. §. sed operæ, de op. lib. de quibus loquitur tex. in d. l. si quis hæ. §. iudicium, in fi. et d. l. libertus qui post, eo. tit. d. l. cū patronus, post prin. cū si. Artificiales seu fabriles a die promissionis cedūt, d. l. quoties, uer. cedūt tamen, et in fi. d. l. Et potest ratio esse. Nā officiales in genere promittunt: genus autem præstari non potest, nisi in specie exigatur, l. cum incertus, ff. de leg. i. ad que fa. quæ supra
- Differentia inter officiales & artificiales.**
- Ratio noua.**
- Operarū appellatione quæ.**
- Contra Accur.**
- Operarū genere**
- Prima differentia operarū.**
- Officiales non promissę præstite**
- Operæ cōes.**
- Secda differētia.**
- Officiales promissę quando cedunt.**



quæ supra late de genere quarto modo eius quæ obligatione tractauimus. Artificiales uero promitti in genere non possunt, sed species promittenda est: ut cum iubetur libertus pingere, sculperere, lanam facere, ut ita res quæ laborari debet designetur: tunc enim non expectabit libertus donec exigatur, statim enim promissio obligat. Aduertendū tamē est circa operas medias aut cōmunes, quorū numero sunt, medici, mimi, &c. quia eadem opera naturā officialiū in hoc sequuntur, ut promissæ non obligent, nisi exigant, l. si libertus artem, in fi. ubi est ad hoc tex. nota, de op. lib. Tertio differunt, quia officiales delegari creditoribus non possunt, cuius est uia ratio. Cum enim delegantur alteri, mox cessant esse officiales, scilicet quod earū ministeriū ex domini cōmodo personali circumscribitur, in officio enim consistit: Vnde eo ipso quod delegantur, quæ litas officialiū extinguitur, cessant enim esse in officio, ar. l. Titio cum moriet, ff. de usu fructu, quam rationē notabis, quia noua & subtilis. Si tamē essent delegatæ & soluerentur, æstimatio non repeteret, d. si libertus, in fi. per rationē ibi positā, eo tamen casu non essent officiales, sed innominate. Quarū conditionē hæc opera sequuntur, quas cōmunes diximus: ut saltatorū, medicorū &c. scilicet quod ad officiū hoc casu respiciunt. Si tamē patronus operarū huiusmodi non egeret, iubere posset, ut liberti in huiusmodi operis gratuitam operā amicis impendat: extra quæ casum, etiā istæ cōmunes operæ alijs non aduntur quæ patronis, d. l. si libertus artē, eo. tit. Fabriles autē seu artificiales, patronus & delegare creditori, d. si libertus, & iubere potest ut cuiuscūque alij adant, dum sine mercede, d. l. opera in rerū, in fi. Locari enim mercede non liceret, nisi patronus & esset in ops, & aliter uti operis non posset nisi locarent, l. patronus, ff. eo. tit. An autē patronus sibi aut Titio stipulari, & adeo aliā adicere personā stipulatione possit, dubitatio nis est: sunt enim iura uelut ex diametro cōtraria. Et Accur. in d. si libertus, dum se circa certas & incertas operas errabūde inuoluit, nihil explicat. Nos ita distinguimus. Nā fabriles aut artificiales, patronus sibi & adiecto iuste stipulatur, d. l. hec operę, ij. rñs. ibi, quæ e sicut, de op. lib. quod & seruus patroni posset, dū stipulationē non in personā suā conferret, l. seruus, i. rñs. eo. tit. Cæterum officiales, patronus sibi & alteri, etiā si filius esset, stipulari non posset, scilicet, quod aliæ sunt hæc operę in patroni psona, aliæ in adiecti, ut supra latius declarauimus, & ita procedit, d. l. si seruus, si. libertus, cū duab. li. seq. qui tex. de operis officialibus, necessario ex uerborū intelligendi sunt, ad quod facit elegans nostra doctrina, quam supra diximus, nempe, operarū simplici appellatione sæpenumero officiales contineri. Est porro & alia differentia admodū quæ difficilis propter obscuros tex. tñ non ad implacabilem discordiā compositos: quorū tamen dissidentiam, nec Accur. nec ulli Doct. sustulerant. Nos quantum possumus placabimus. Et certe officiales uictu, sumptu, uectura, alimentis patroni præstantur, l. opera enim, de op. lib. ubi cum Iurisconsultus uecturę meminisset (quæ in officio consistit) dubitari non oportet, de officialibus eum sensisse. Et eo casu l. imponi, eo. tit. necessario intelligitur, quod etiā ex duabus. ll. seq. euidenter cōstare poterit, ubi cum de operis libertorū, & item de operis quæ aliquo euentu interciderē possunt fit mentio, recte officiales intelliguntur, scilicet quod hi casus ad artificiales parum accommodarentur. Nihil ergo dubij relinquatur, quin quoties in operis patronus sumptu & alimentis oneratur, officiales eo loci ueniāt. Inter hæc aduertendū est ad homines proprios nostri temporis, de quibus infra suo ordine. E regione uero fabriles seu artificiales operas libertus proprio uictu, uestitu, alimentis, præstabit. Quo casu intelligendus est tex. in l. suo uictu. cum duabus ll. seq. in quibus & maxime in l. quod nisi. Iurisconsult. ex regula cōmuni se fundat, qua dicitur, promissorē suo impendio dare debere id quod promissit: sed operæ fabriles licet facti sint, habent tamē hoc cōmune cum obligatione dandi, quod in præstatione pecuniæ consistunt. l. fabriles, de op. lib. Recte ergo iura supra allegata propter regulā ibi positā, fabriles cōplectuntur: Nam ad officiales sese dicta regula accommodare non posset: ut quæ ministerij personalis sunt, a quibus libertus sese

Opera cōcs.

Tertia differen  
tia.Officiales credi  
toribus an dele  
gantur.Medie delega  
ri possunt.Fabriles an dele  
gantur.Quarta diffe  
rentia.Artificiales pa  
tronus sibi &  
adiecto stipu  
latur.Quinta diffe  
rentia.Officiales quali  
ter præstantur.Qualiter digno  
scentur officia  
les.

Artificiales.

Officiales præ  
statione pecuniæ  
redimi non solent.



tus sese præstatione pecuniæ liberare nõ possent. Vnde tales operæ nihil cõmune cum d. regula, & cõ obligatione dandi habent. Quæ resolutio & est subtilis, & ex ipsa medulla decisionum legalium sumpta: quam eo perquisitiuis inuestigauimus, ne me quisq̃ licentius diuinare putet, cum pugnas legum paulominus implacabiles conciliamus.

*Quare officiales sumptu patroni.* Quare aut officiales sumptu patroni, artificiales iunctu liberti præsentent, potest ratione nõ difficili suaderi: nempe illic libertus domino officialibus ministerijs inseruiturus necessario cohabitatur quadiu durant operæ, ar. l. cæterum. d. sed & cum his, ff. de usu & habi. Hic uero in fabrilibus seorsim habitando libertus exhibere quas pmisit operas consuevit. Quod aut de fabrilibus diximus, limitatur eo casu quo is libertus non haberet unde se aleret: nam tunc a patrono alendus est, aut tantum ei temporis indulgendum, quo quæstũ facere, & se enutrire possit, d. l. suo, in fi. cum l. fi. Quo tempore ramento, l. pe. eo. tit. intelligenda est, quæ etsi ponat regulam generalem in libertis, & omnibus alijs qui ædunt operas, ut alere eos patronus debeat, moderanda tamẽ est, ut intelligatur eo casu, quo ipsi se alere non possent. Sic em lex per legem distingui & temperari debet, ne dissideant, l. non est nouum, cum duabus ll. seq. de ll. Prædictis consequens esse puto, quod si liberti uxoribus & familia essent onerati, non sufficere si patronus libertos aleret, nisi etiam uxoribus & familie si in alimentis deficerent necessarijs prouideret, aut tantũ temporis libertis relinqueret, quo ipsi se & suos alere possent. Quod & cõmune in utroq; operarũ genere esse ratio docet, & ita intelligo & extendo, d. l. aut certe, d. l. pe. in fi. fa. d. l. cum patronus. d. fi. & est arg. in l. si libertus ita iurauerit, eo. tit. ubi non debet inciuiliter onerari libertus in operis exhibendis, & in l. i. ff. de iur. pat. in d. l. libertus negociatorius, de op. lib. Benefacit quod dicimus, duram esse separationẽ coniugũ & familie, l. quæsitũ. d. uxores, ff. de fun. instr. & fa. d. l. cæterum. d. mulieri, qui tex. ad hoc est nota, ff. de usu & habi. Bart. in d. d. libertus, hæc materiam ad operas uel locatas uel conductas applicat, motus ex d. l. pe. in fi. quæ non solũ ad libertos, sed ad quemlibet alium operas ædentem extenditur. Sed nõ putamus hanc nostrã operarum materiã ad operas uulgo locatas extendi cõmõde posse, cum operæ libertorũ sine mercede, & ad gratitudinem præstentur. At operæ quæ mercedibus uel locantur uel cõducuntur, nihil habent gratuitũ, sed ex sola lege contractus consistunt. Quod aut d. l. pe. non solũ de liberto, sed de quolibet alio operas ædente loquitur, nõ effuse, sed de quolibet alio gratuito operatore intelligenda est, ut sequentia ex natura præcedentiũ restringantur: quorũ numero cliẽtes sunt, alumni, hospites & amici, item collactanei educatores &c. Hoc est quod Syrus Terentianus Ctesiphonem docet, ut patri dicat se clientibus, amicis, hospitibus operam præstitisse, & fa. instr. quib. ex cau. manu. d. eadem lege. Porro clientes libertis cõnumerari, uetusti mores ex historijs docet, & est tex. in l. ij. & iij. ff. de his qui deieci. uel effu. l. ij. in fi. cũ l. seq. ff. de usu & habi. Gratuitas aut operas ab hospitibus, ab amicis, alijs q̃ similibus præstari, non solũ ex Homero discimus, sed quotidiana etiã docemur experientia. Vnde de cõductitijs operis nihil ad præsentia. Verum quia cõductitiarum operarũ mentio fit, distingue totam hanc tractationẽ in tria membra. Aut em de operis libertorũ loquimur, & serua ea quæ supra diximus: aut de clientũ, hospitum, amicorum, qui gratuitã operam præstant de beneficijs uel acceptis uel speratis, & pari distinctione rem absolui putamus, id quod ex d. l. pe. eleganter colligitur. Nisi fortasse ex mera liberalitate operas aliquis exhibeat, id quod in nostrã Germania propter arctissima amicitie uincula usu uentit, & tũc semp sumptus præstandus est laboranti, quod Bart. in d. d. libertus, in. iij. differentia bene docuit, per l. in rebus. d. possunt, ff. commo. Quin etiã si quæ instrumenta operaria frangerentur, eius damnũ esse credimus cui seruitur: Sufficit em si cui uel in paucis, &c. l. tutori. C. de neg. gest. quod fa. pro limitatione uulgariũ doctrinarũ de instrumentis operarijs loquentiũ. Aut operæ sunt cõducte mercede, quo casu aduertendũ est, quod aliter cõducimus, uel locamus

Operas,



operas, aliter opera. Nam si de operis loquimur, is qui laborat, qui operatur, locasse  
operas dicitur. Ceteris cui opera præstatur, dicitur eas conduxisse. E regione, quo ad  
opus quod parandū est, figura loquēdi conuertit. Nam is qui operatur, dicitur condu-  
xisse opus: at dñs cui opus pertinet, dicitur id ipsum locasse. Quod Accur. obscure &  
breuiter assequi uidetur, in l. ij. C. loca. Et est apud latinos hoies ea figura loquēdi cō-  
sueti & facilis. Bart. tamen cum eū loquendi ductum in d. l. ij. nō intelligeret, glossam  
recte docentem improbauit, & tex. ibidem corrupit. Vnde in hoc tertio membro aut  
operas officiales locat operarius, et is laborabit sumptu conductoris, id est, eius domi-  
ni, cui laboratur, cui inferuitur. Et hoc uidemus in famulis seruatoribus, quorū mini-  
sterio officialia conducimus, arg. sumpto a seruatoris operis, in quorū locū famuli apud  
nos successerūt, nisi q̄ hi cum mercede, illi sine mercede seruiere. Aut uero alias fabri-  
les cōducimus, & istas operarius locator suo sumptu præstabit, siue ex mercede diu-  
na, siue ex mercede, quæ totū opus respiceret conducit, l. si uero nō remunerādi. §. si.  
ff. man. quæ casum etiā Bar. hic bene docuit. Attēdenda tñ in hmōi laborib⁹ cōsuetu-  
do est, id q̄d & Bar. placuit, per iura per eū allegata. Et porro uariæ conuentiones at-  
tendendæ sunt, quibus fit, ut aliquando sumptus præstet, aliquando nō prestetur, quæ  
conuentiones dant legem cōtractui, l. i. §. si cōueniat. ff. de po. Hæc aliquanto latius atti-  
gimus, partim ut difficilis ll. obscuritas aperiret, partim ut aliquando per Bar. bene di-  
ctaper accessum adnecteremus. De operis cōmunibus seu medijs, ut sunt medici,  
mimi, &c. utrius sumptu, an patroni, an liberti explicentur? Benignius est eas hoc lō-  
co ad officialiū naturam reducere, ut sumptu patroni præstent, quando ad dñi uel utri-  
usq̄ litatem personalem uel uoluptatem exhibentur. Et in ambiguis benigniora præferū-  
tur, l. si fuerit. §. plane, ad fi. ff. de reb. dub. Tandem differunt inter sese operæ, q̄  
officiales ad hæredē extraneum nō transeunt, ad filios transeunt, etiā exhæredatos, si  
nō mala mente sint exhæredati. l. fabriles, in fi. l. si operæ, de op. lib. l. si patronus. §. si  
quis non mala mente. ff. de bo. lib. Et transeunt ad filios, siue in stipulatione noiati sint,  
siue nō sint nominati. l. si quis operas, d. l. cū patronus. §. cum libertus, de op. lib. Cæte-  
rum fabriles etiam ad hæredem extraneū transeunt, præterita tamen non futura, d. l.  
fabriles, d. l. duobus, in fi. eo. tit. Possent & aliæ differentia ex discursu tit. de op. lib. col-  
ligi: sed sufficiant quæ diximus, ne dicar pomū Atalantæ sequi.

musuel locamus  
opas, aliter opa.

Si officiales ope-  
ras locauerit ope-  
rarius.

Conduci operas  
fabriles.

Operæ medie  
cuius sumptu.

Vltima dñia.

Officiales an ad  
hæredem extra-  
neum.

Fabriles.

¶ Additio. (Hæc differentia operis & operæ diligenter est aduertenda. Nā igno-  
rantia eius sæpe imponit doctoribus: imo & glōs. quamuis in d. l. ij. C. locati, eam satis  
bene attigerit, tamen in l. ij. §. si cōseruatis ad l. Rhodiam de iact. cecidisse uidetur, ubi  
locari opus corrupte intelligit pro conductione operarum.)

Hactenus uidimus quæ sint obsequia, quæ operæ, quot species, quid eis uicissim  
cōmune sit, in quibus differant: nūc tota ea res ad hoies, qui nostro tempore uel seruis  
uel libertis accedunt, accūmodanda ueniet. Quorū duo sunt genera. Nonnulli hoies  
proprii dicuntur, alios uasallos nominamus. Primi generis homines in multiplici sunt  
differentia, id quod alio loco extensius profecutus sum. Quantum tamen ad præsen-  
tia satis est, homines proprii in paucis quibusdam cum seruis participant, & plus ad li-  
bertos respiciunt. Si quidem Germaniā, pro Cornelij Taciti sententiā, ueros seruos  
nunq̄ habuit, id quod ipsa docet rei euidentiā. Nā licet aliqui serui apud nos nota la-  
borent, propria tamen bona possident, proprijs degunt domibus, de familia domini  
non censentur: iudicandi munere, dum idonei sunt, funguntur: hæredes ab intestato  
habere possunt, & forte ex testamēto (quod tamen nunq̄ uidi) quando testator  
ufus apud mediæ plebis Germanos insolens est: Estimonā ferre, in iudicio stare, ne-  
gociari in rem propriam possunt, nihil a domino peculijs habent, nisi q̄ aliquando do-  
minorum curias in Emphithioses agnoscunt, pro dominis non stipulantur: contra-  
here cum dominis possunt, ex quorum contractu ciuili oritur obligatio. Cæterum  
seruiles

hic tractatus ad  
hoies nostros ac-  
commodatur.  
Hoies proprii.

Germania uer-  
os seruos nun-  
quam habuit.  
Quid possit pro-  
prii hoies apud  
nos.



seruiles notas in eo sustinent, quod nō nisi cum conseruis matrimonia cōtrahere impune possunt. Si extra septa, extra curiam, extra seruorū contubernia contraxerint, mulctæ subduntur: liberi matrem sequuntur, operas dominis præstant: ut mox suo ordine latius dicetur: a dño fugere, ciuitatū municipijs adseribi uentur (quod tamē male seruant) sacerdotū accenseri ordini nō licet, nisi manumissis. Annuæ quædam uarij generis, pars pullos uel gallinas, pars nummos, pars operas, in seruitutis ar gumentū persoluunt. Domini eis uita defunctis in portione certa succedunt, obseruatione nō eadem: nonnulli eñ dominorū dimidiam bonorū, alij tertiam, pleriq; quartam partē accipiunt: quæ obseruatio ad libertorū iura accedit, quamuis dura satis sit. Quibusdā loco successionis, iumenta, uestes cedunt. Vendi alijs & pmutari possunt, dum bona fide ea fiat alienatio, alioqui superior imploratus interueniret. Cædi, uerberari, affligi, torqueri homines nostros nō est receptum. Ad quas aut operas tenentur, uidendū est. Et certe sicut ad donū urgeri non possunt, ita ad munera suo casu adstricti sunt: nempe si dñs filiam matrimonio collocauerit, si militiā, uel alia dignitate decoretur, si in bellum profecturus subsidium petat: & si qui sint casus similes, qui tamen dñm probabili necessitate urgeant: alioqui rapina, concussio, nō muneris postulatio diceretur. Compertum tamē est nonnullos in Germania nostra, seu Sueuia, dominos esse uel inopes, uel censu prodigos, ecclesiasticos & seculares, qui homines eorū proprios, si quos diuites habeant, sub officij umbra emungunt. Nam ab eis pecuniā mutuuntur, debitum nunquā reddituri: id quod experientia didicimus. Mitto hic alia onera, quibus nō iuste grauantur, ut omnino misera sit, non seruorum, sed & priorum hominū conditio. A domini consentientis iugo sese pecunia redimere possunt, precio aliquando nō exiguo, si diuites sint qui manumittuntur: maiori tamē precio mulieres propter prouentum prolis q̄ uiri. Qua secuta manumissione, dño in nihilum manumissi, ne ad operas quidem minimas sunt obligati: Si quidem quod in manumissionis actu, operæ nec imponi, nec indici soleant: quo casu in eis locū haberet quod traditur in l. operis nō impositis. ff. de op. lib. & omnino l. fin. C. de bo. lib. ex quibus fortasse iuribus dicti mores prodijisse uideri possent.

¶ Additio. (Quæ tamen praua consuetudine & forte propter iuris imperitiā usurpantur. Nam notissimo iure cautum est patronū qui libertos iure iurando adigunt, ne contrahant matrimonia nisi cum collibertis uel cum cōsensu suo, priuari iure patronatus, ut latius habetur in l. intestato. §. si quis libertam, de suis & legit. hære. l. ij. §. sed si, de in ius uoc. quæ essent inculcanda monasterijs & nobilibus. Nam in cōtrahendis matrimonijs, homines proprij, plus participant cum libertis q̄ cum seruis.)

Est aut hominū priorū nexus usq; adeo dominis inuiolatus & solidus, ut ne a principe quidem Rhomano manumitti homo proprius soleat inuito dño: quod & l. fin. ff. de nat. res. eleganter est prouisum. Quapropter diuus Maximilianus, princeps nusquam satis laudatus, psuaderi in quodam homine proprio nō potuit, ut ei nisi cōsentiente domino, manumissionis beneficium largiretur. Ad operas homines priorj sine ulla uel stipulatione uel indictione tenentur, eas duraxat quæ moribus in eorum curia, curtibus, seu confinjs sunt introductæ. Solent aut id genus operæ præstari: ut ligna ex syluis ad dominorū utilitatem, item frumentum, uina, & si quæ alia sint, quæ dominis proueniunt, in ædes dominicas cōuehant: metere, serere, arare, huiusmodi q̄ præstare operas, pro sua quisq; conditione tepentur, & id ipsum sumptu proprio: nisi dominus in aliquo eis gratificet, quo casu ornari noue possent, l. suo uictu. l. pe. de op. lib. Non tamen debent assidujs grauari operis, ne nō suppetat eis tempus, sese & suos alendi, ar. d. l. cum patronus. l. nec audiendus, de op. lib. quod utinam ætas nostra diligenter ppenderet. Cæterum magna pars priorū hominum, pacta habent curialia, mirifice uariantia, quibus omne eorū ius, quod domino, quod ipsis debetur descriptum est: quæ uulgus Dinctrottell nominat: quæ pacta quatenus in fauorem domini

Ad quas operas tenentur.

Manumissionis beneficium pecunia redimitur.

Princeps Rhomanus uix manumittit inuito patrono. Maximilianus.

Quæ opere præstari solent.

Pacta curialia, dinctrottell.



rem dominorum sunt, arcte seruantur: utinam et ea parte, qua hominum iura & fauores descripti sunt, seruentur. Tandem hoc cum libertis commune habent hoies proprii, q̄ ad uiles, & item ad turpes operas, & que eos seruili macula nimis oneraret, non tenent: quapropter in eis locum habet, quod deciditur in d. l. hæc demū. d. l. eius, in fi. cum l. seq. de op. lib. Ad alias aut uel officiales, uel artificiales operas, præterq̄ ad eas quas supra diximus, hoies nostros cogi posse non credo: quia operæ eis, nec ante nec post manumissionem imponunt, nec ab eis ullæ alię exiguntur, q̄ que antiquitus sunt introductæ: nisi forte uel de nouo uel insolenter a dñis grauamina extorqueantur: quod fieri non debere ab Imperatore prohibetur, ut l. cum satis, uers. caueant. C. de agri. & cens. li. xi. At apud quosdam dominos, quos nutu significamus, oia miscentur, inopes q̄ homines cōtra ius & phas, & cōtra q̄ uicini, quorū sana & proba mēs est, obseruent, insolitis operis onerantur, imo atterunt. Ad obsequia homines proprios necdum manumissos teneri, nulla est dubitatio, in his maxime, quæ ad reuerentiam, ad uenerationem domini pertinent. Quapropter in ius uocare dominos sine uenia nō possunt, nec ullam contra eos actionem famosam instituere phas est: & si quæ sint similia in obsequijs consistentia, quando semper eis sancta & honesta uideri & dici persona domini debet, d. l. liberto, ff. de obseq. lib.

*Ad uiles, turpes et nouas operas hoies nostri non tenentur.*

*An ad obsequia*

*An ad alimenta*

Ad alimenta aut teneantur, si ius inspiciamus, res est expedita, cū & liberti ad hæc teneantur. l. i. in fi. C. de op. lib. l. liberto, ff. de obseq. lib. Si uero ad mores respiciamus, dubitari potest, scilicet q̄ hoc ius alimentorū consuetudine non sit receptū, fortasse quia casus non acciderat: & si accidit, hoc ius fuit ignoratū. Quapropter hoc in medio relinquimus, ne quispiam dicat grauamina hominibus proprijs, quæ alioqui in aliquibus dominis nimis dura sunt, me autore increuisse. Et hæc de eo hoim genere quos proprios nominamus. Quid aut si homines proprii manumittant, an sint obsequijs obstricti? Et magis est ut ad reuerentiā, & ad ea quæ uenerationis sunt, teneantur. Debet enim naturæ quodam impulsu, patroni semper persona honesta eis & sancta uideri, d. l. liberto. An aut manumissi nostro tempore sine uenia dominos in ius uocare, aut actiones famosas instituere possint? Et præterdū possent eos nō prohiberi, cū manumissi moribus nostris, dño ad nihil ultra teneant: nec est facile auditum, ut talia a manumissis sint obseruata. Nos putamus manumissos etiam nostri temporis ad hoc esse obligatos, ut nec actiones famosas contra dominos instituāt, nec in ius uocēt sine uenia: Si quidem ea obsequia ex iure & ratione naturali radicanť, d. l. uenia, C. de in ius uoc. At naturalia tolli non possunt, Insti. de iur. nat. gen. & ciui. §. sed naturalia. Et licet is obsequiorū nexus moribus nō sit obseruatus, per hoc tñ non desist, ut qui naturali rationi nitatur. Proinde dominis & patronis ea inculcanda sunt, si forte iura huiusmodi usu increuant: quod & alibi Iurifcon. tentat in l. quæsitum, §. sed si fundus, ff. de fund. instr. Nam ea obseruatione honor, pietas, modestia, integritas, gratitudo cōfouentur. Ad alimenta autem patronis præstanda manumissos nostri temporis obligatos nō puto, cum nec in hominibus proprijs ea iura sint expedita, ut supra docuimus. Accedat q̄ cum pro moribus nostris, raro sine nummis fiat manumissio, ius patroni etiam de iure scripto minueretur, l. etiam, §. si quis nummos, ff. de bo. lib. Porro quia manumissi, exceptis obsequijs reuerentialib⁹, propemodū in nihilo cum libertis hodie communicent, ad conditionem autem hominum ingenuorum quam maxime accedant: unde iura libertorū eis præiudicare non possunt. Et hæc de hominibus proprijs ante & post manumissionem. Quapropter iura super operis libertorū in nostra Germania modici sunt momenti, ignorari tamen non debent, tum propter elegantiam textuum, tum etiam propter rationes morales, quæ ex eis colliguntur.

*An ad reuerentiam manumiss.*

*An manumissi act. fam. instituere contra dominos possint.*

*Ad alimenta nō tenentur manumissi.*

Iam de altero hominum genere, de Vasallis tractandum foret: sed quia eorum iura satis in usibus Feudorū per Doct. tractata sunt, plura repetere, et laboris esset superua cui, & res nostra propria mole satis alioqui onerata, alioquin uocum sarcina nō est

*De Vasallis.*



Paraphrasis in  
usus feud.

Vasalli ingenui

Diuersa origo  
Vasallorum et  
libertorum.

Vasallus non te-  
netur ad ope-  
ras libertorum,  
sed ad obsequia.

Sine uenia non  
uocat in ius.

Famosae actio-  
nes repelluntur.

Operae milita-  
res in Vasallis.

Operae certae  
quae concessio feu-  
do indicuntur.

prægrauanda, eo accedente quod speciali tractatu Feudorū, usus & mores, quadam uelut paraphrasi conscripsimus. Hoc tamē non est dubium uasallos petuo iure liberos & ingenuos esse: & licet aliquando ad libertorum iura accedant, obligatio tamē uasalli ad dñm longe alia origine emergit, q̄ liberti ad patronum. Hic em̄ beneficio manumissionis ad obsequia, & item ad operas officiales naturaliter, ad artificiales ex impositione tenetur: ut supra diximus. Ille uero nō nisi propter feudum quod a dño accepit, ei eatenus adstringitur, quatenus ius feudi exigit. Libertus ingenuitate adserere nō potest, nisi per principem natalibus restituatur, l. sed si hoc. §. patronū. ff. de in ius uoc. Vasallus recte ingenuus est, Libertus si sit ingratus, in seruitutem recidit, per iura uulgata: Vasallus ingratus nō nisi feudū amittit, libertatē quam a natalibus suis non a dño habet, retinet. Quapropter nō est tutum a libertis ad uasallos, & ediuerso argumenta ducere: tametsi eodē aliquando iure censeantur, non tamē pari ratione: cum uasallus nō alia ratione gratus esse debeat, q̄ quod feudum accepit: quod tamen illæsa libertate refutare potest. Libertus suā conditionem, quo ad ciuilem originē, a dño ita accepit, ut uelut noua factura esse dicatur: quam conditionē nec refutare poterit, nisi recidat in seruitutem. Ad eas ergo operas quæ libertis olim imponebantur, uasallus nō tenetur. Sunt autem onera quædam quæ propter feudum uasallus ferre cogitur: quæ duplici præcipue genere consistunt. Nam ad obsequia tenetur, ut dño uasallus adsit consilio, nō ei incōmodet, reuerentiam, honorem, cōmodum, quantum possit exhibeat: & quæ alia sunt in uulgatis feudorū consuetudinibus contenta. <sup>a</sup> Putamus quoq; dñm a uasallo in ius uocari sine uenia non posse, etiamsi a Germanis moribus hoc abhorreat: usibus tamen feudorū caueri uidetur, in tit. de mil. uasal. qui contu. est, ubi uasalli dñm ad ea quæ debita sunt, salua tamen reuerentia, cogere possunt. At reuerentia est ueniam ante præfari, q̄ dominus in ius uocetur, habet q̄ hoc rationē naturalē, d. l. uenia. C. de in ius uoca. <sup>b</sup> Quibus multo maxie cōsequens est, ne famosas quidē actiones cōtra dñm posse cōstitui. Sed nec interdicta, quia opinionem sugillant, etiā si non infament, iuste intentabunt, ut docet Iurisconsultus in l. ij. §. de obseq. libert. & pro nostra assertione est glos. in l. i. §. interdictum. ij. ff. de ui & ui ar. & docuit Innocentius c. cæterū. de iud. licet nonnulli contrariū teneant, sed ista mihi uidentur tutiora. Cum temperamento ergo seruati honoris actione in factum experientur. ar. l. si superstiti. C. de test. Nos certe uasallos, & uidimus & audiuimus magni nominis nobiles, quibus cum aduersus dñm simultates essent, ne periclitarentur in reuerentiæ præstatione, feudis suis obnunciarunt, ea q̄ dño refutarūt. Alterum genus uasalliorū onerum sunt plerūq; militares, aliquando officiales operæ: quarū quædam concessio feudo, ex uniuersali iuramento cōsequuntur: ut adesse dño in necessitate, ad bella proficiscentem sequi, pro dño corpus, uitam obijcere contra omnes, pro dño pugnare, alere in opem, si feuda sint opulentia, & quæ similia per iura feudorū cognoscuntur. Alia aut sunt certæ operæ, quæ concessio feudo nominatim indicuntur, ut comitari dominā, custodire arces, clauas ad portas oppidorū adseruare, collustrare, tueri septa territoriorū, & quæ alia eius sint generis, operis officialibus confinia, ar. l. id uestimentum, in si. ff. de pecu. Sed quia isthæc & alia uasallorū onera, distillimiliter atq; operæ libertorū emerferunt, cum oia ad feudum respiciāt, & relicto feudo extinguantur, nō est certa ulla ratio qua ab his ad illas, & ediuerso argumenta ducantur, ut diximus. Cætera super uasallorū iure, nostri in feuda cōmentarij docerunt. Superest ut d. §. libertus, glossis uerioribus instruamus, quando Accurs. uel modica uel nulla attigit, quæ ad illius textus elucidationē cōferrent: & quæ attigit, erroribus eatenus fœdauit, ut & a cōmunibus doctrinis, nedū a nobis sint improbata.

<sup>a</sup> ¶ Additio. (An autē testificari Vasallus contra dominum possit: dici nō posse, nisi causa esset feudalis: nam patres curiæ testificari in feudis posse plus q̄ cognitum est, c. i. quid sit inuest. c. i. de consue. rect. feu. Putarant quidam, etiam in causis ciuilibus si modicæ



• si modicæ essent, eos admitti: quod negat Iac. de Belui, d. c. i. §. similiter de cõsue. rect. feu. quod & mihi uidetur: nisi forte dominus consentiret, Vide Sali, in l. libertorum, C. de testi.)

• **A**dditio. (Id quod tenui, nempe q̄ Vassallus dominum sine uenia in ius non uocet: docuit etiam spec. in tit. de feu. §. ij. uers. xvij, qui pro hoc multa in arg. allegat. Dicit tamen Alua. post glo. in d. tit. de mili. uassall. qui contu. posse dominũ sine uenia in ius uocari: in materia em̄ feudali non utamur hñs superfluitatibus. Mihi certe nõ uidentur superfluitates, quæ ad reuerentiã dñi pertinent. Deniq̄ Ias. in l. generaliter, de in ius uoc. postq̄ allegauit in utranq̄ partem intrepide tenet quod ego teneo,

## Glossæ nouæ in. §. libertus.

VLPIANVS.

**L**ibertus <sup>a</sup> cum se putaret <sup>b</sup> operas patrono <sup>c</sup> debere, soluit. <sup>d</sup> Condidicere eũ nõ posse (quamuis putans se obligatũ soluit) Iulianus lib. x. digest. scribit: <sup>e</sup> Natura em̄ operas patrono libertus debet.

<sup>a</sup> Libertus, qui manumissus operas nec promiserat, nec iurauerat: quo casu ciuili-  
liter ad operas non tenetur, d. l. operis, de op. lib.

<sup>b</sup> Operas, officiales intellige, & id sine dubio, ex regula eleganti, quam supra dixi-  
mus, Sub operis a Iurisconsulto simpliciter seu indeterminate nominatis, sapenu-  
mero, & quidem frequentissime, officiales intelligi.

<sup>c</sup> Debere, non ex promissione, Errore enim iuris ductus, putabat se patrono ope-  
ras officiales debere, etiam non promissas: quo casu solutas non repetit: naturaliter  
enim debebat: repeteret aut si errore facti ductus soluisset, l. error, C. de iur. & fa. ig.  
Accurs. hic multũ improvide lapsus, putat hoc principium de obsequijs loqui, quas  
impertinenter nominat obsequiales operas, cum tamen obsequia cum operis nihil  
commune habeant: hæc em̄ obsequia quocunq̄ errore soluta, non repetuntur, quod  
naturalis obligatio in eis ad præstandi necessitatem sit redacta, l. i. §. cum patronus,  
ff. de off. præf. urb.

Qualiter repe-  
tantur officia-  
les.

<sup>d</sup> Condidicere, condictione indebiti, Eadem condictio cessat, si id quod errore iuris  
solutum est, naturaliter debebatur, d. l. error.

<sup>e</sup> Natura, naturali quodam gratitudinis uinculo, Cum em̄ officium id sit, quod  
pro sua quisq̄ conditione præstare debet, recte operas officij a liberto exhiberi dño  
naturalis docet obligatio, scilicet quod ab eo nouus homo factus sit, l. inter omnes, ij.  
ñs. ff. de fur. l. eum actum, supra de neg. gest. cum uulg.

Sed & si non <sup>f</sup> operæ patrono sunt solute, sed cum <sup>g</sup> officium ab eo desi-  
deratur, cum patrono <sup>h</sup> decidit pecuniam & soluit, <sup>i</sup> repeterere nõ potest.

<sup>f</sup> Operæ, officiales, ut iam diximus. Supra em̄ libertus operas officiales putabat  
se debere, & soluit: Hic uero patronus a liberto petebat, qui errore ductus, cum pa-  
trono transfegerat, ut pecuniam daret pro operis, quam si soluit, non repetit.

<sup>g</sup> Officium, operas officiales, primitiuo abusus pro denominato: nam officiales  
ab officio specialiter accepto denominantur. Supra em̄ docuimus, officium aliquan-  
do generaliter sumi: & tunc artificiales & officiales simul complecti: sin uero in spe-  
cie intelligatur, tunc recte ab officio officiales deduci. Et habes hic similem tropum,  
cum officium pro officialibus sumitur, sicuti in l. ij. supra, si cer. pet. ubi genus ponitur  
pro rebus sub eodem genere: ut alibi docuimus. Accurs. cum hunc facilem tex. non  
intelligeret, tenebras erroris offudit.

Officium pro  
officialibus  
operis.

<sup>h</sup> Decidit pecuniam, transigendo promisit, & est ornata loquendi figura, cum sub  
e 3 compendio



compendio uerba subaudimus, ut apud Persium, Cum sapimus patruos, id est, sapiendo imitamur. Et est hoc loquendi genus Latinis hominibus peculiare.

¶ Repetere non potest, Quod & in omni obligatione & opera receptum est: nam transactio repetitionem impedit, l. in summa, ij. rñs. ff. de cond. indeb. quod Accursius hic bene notauit.

Sed si operas patrono exhibuit <sup>k</sup> nō officiales, sed <sup>l</sup> fabriles, ueluti pictorias <sup>m</sup> uel alias, dum putat se <sup>n</sup> debere, uidendum an possit <sup>o</sup> condicere?

<sup>k</sup> ¶ Non officiales. Hic Iurisconsultus ad speciem explicat, de quibus operis supra a principio sub gerere locutus, intellexerit, fa. l. si cum emptore. §. fin. supra de pact. ubi cum de re uendita in principio mentio fit, post ad speciem determinatur homo esse uenditus. Quod autem Accursius omnes operas officiales ab officio dici posse putat, potest uerum esse, si de officio in genere intelligas, ut iam supra declarauimus, sed cum officium in specie sumitur, secus est: Officiales enim a fabrilibus aperte distingui, nemo ignorat. Vnde non protinus uerum est operam esse officialem, propterea quod opera diurnum sit officium. Sicuti enim opera in genere ad officium in genere reducitur, ita officiales operæ in specie ab officio specialiter sumpto ducuntur. Vtrobique enim denominationis natura retinenda est, ut & generis ex genere, & speciei ex specie ductus attendatur, & non species generi permisceatur.

<sup>l</sup> ¶ Fabriles, quas supra declarauimus. Accur. hic & in alijs glos. dum suo errori haeret, totam inuoluit materiam, eamque misere torquet & lancinat, operas alias certas, alias incertas partiendo,

<sup>m</sup> ¶ Vel alias, Artificiales forte. Nam eadem est ratio & obseruatio fabrilium & artificialium, quod ipsum supra satis executi sumus.

<sup>n</sup> ¶ Debere. Siue in iure, siue in facto erret. Nam in operis fabrilibus, utrobique est iurs repetendi, ut postea docebitur.

<sup>o</sup> ¶ Condicere, cōdictione indebiti, si fortasse libertus nō impositas errore soluisset.

† eadem. Et Celsus libro decimo digest. p. putat eam esse <sup>q</sup> causam operarū, ut nō sint eadem, neque <sup>r</sup> eiusdem hominis, neque <sup>s</sup> eadem exhibeantur: Nam plerumque robur hominis, ætas, <sup>t</sup> temporisque opportunitas, naturalē causam operarum mutat, & ideo nec uolens quis reddere <sup>u</sup> potest.

<sup>p</sup> ¶ Putat, opponendo. Cum enim illud idem repeti debeat, quod indebite solutum est, l. quod indebitum, supra eo. uidebatur operas ex habitudine uariabilis naturæ repeti non posse. Nam plerumque, &c. Sed non est ita, ut postea deciditur.

<sup>q</sup> ¶ Causam, statum, conditionem. Sic & in l. permisceri, infra de adquir. poss. causa sumitur, & infra in textu nostro, naturalis causa operarum.

Opinio Heracliti, Plutarchi de homine in horas mutabili. <sup>r</sup> ¶ Eiusdem hominis. Dicebat Heraclitus, hominem alio esse & alio habitu. Iuuenem enim in uirum corumpi, uirum in senem: eamque esse succedaneam alterationē, ut nemo idem bis in fluuiū intrare posset, testis Eusebius lib. x. de Euang. præpara. ubi & Plutarchi sententia deducitur, negantis uerba substantiæ essentia in homine uerificari posse. Hoc est quod Iurisconsultus in l. proponebatur, supra de iud. quorundam Philosophorum meminit, qui putabant ex quibus minimis particulis cōsisteremus, easque quotidie ex nostro corpore decedere, aliasque extrinsecus in earum locum accedere.

<sup>s</sup> ¶ Eadem, Alias enim esse operas iuuenis, alias senis, alias eiusdem hominis dum feruet, alias si frigeat, rerum docet experientia, fa. l. pe. infra, de præscrip. uer. Nec obstat l. nemo, infra de duo. re. quia ibi partium conuentione duo fabri eadem censentur peritia, licet Accur. hic aliter soluat.

<sup>t</sup> ¶ Temporis oppurtunitas. Nam quod cōmodo tempore officij fuerit, alieno molestum est, l. cum patronus, in prin. l. si libertus, in fin. ff. de op. lib. Et dicit Isocrates ad Demonicum,



Demoniēū, Iniucundum in omni re esse quicquid intempestiuum sit, adeo cunctis in negocijs plurimū habere momenti, temporis & opportunitatis obseruationē.

¶ Potest, dominus liberto, qui indebitas ei operas fabriles præstitit. Et hæcenus obicit Iuriscōf. indebitas operas exhibitas repeti per libertū non posse, ideo uideri quod easdem quas dñs acceperat reddere nequeat: sed nō est ita, ut mox subijciatur.

Temporis op-  
portunitas.

¶ Additio. (Per hunc tex. Bar. in l. & ideo de uerb. obli. dicebat q̄ electus in magistratum ad sex menses, si impediatur tribus mensibus, non reponi ei tempus impedimenti, scilicet quod operæ, ex tempore uariarint &c. Mihi, ea ratio subsistere non posse uidetur. Cum enim impossibile sit semper easdem esse operas, ut hic per textū & glos. ergo uariare operas est necessarium, sed conditio necessaria ex natura rei, non attenditur l. impossibilis de uerb. obli. Deniq; si attendeatur uariatio operarū in eo qui impeditus est, parī ratione etiam in eo attendi deberet, qui magistratum legitimi temporis gerit, ut qui non erat impeditus, cum etiam ipsius non sint eadem operæ, ar. d. l. proponebatur, hic in glos. alleg. ex quo consequi posset, magistratus semper amoueri posse. Porro quid si in impedito tres menses operarū habitus uersisset in melius, ita q̄ magistratus lapsis mensibus impeditis esset aptior, an non esset absurdum, impleri tempora? Equidem credo, si magistratus ad sex menses electus, sit tribus mensibus iusta causa impediatur, & reipublice municipalis non interfit, tempora ei suppleri oportere, arg. d. l. & ideo, in fi.)

<sup>a</sup> Sed hæc, <sup>b</sup> inquit, <sup>c</sup> operæ recipiunt <sup>d</sup> æstimationem, <sup>e</sup> ut interdum licet aliud præstemus, <sup>f</sup> inquit, <sup>g</sup> aliud condicimus: ut puta fundum indebitum dedi, & fructus cōdicam: <sup>h</sup> uel hominem indebitum, & hunc sine fraude <sup>i</sup> modico distraxisti, <sup>k</sup> Nempe hoc solū refundere debes quod ex precio habes, <sup>l</sup> uel si meis sumptibus preciosiorem hominē feci, nō <sup>m</sup> æstimari hæc debent. Sic & in proposito <sup>n</sup> ait posse <sup>o</sup> condici, quanti operas esset p̄ conducturus.

<sup>a</sup> ¶ Sed hæc. Dissolutio est eorum quæ per Iuriscōf. obiecta sunt.

<sup>b</sup> ¶ Inquit. Celsus.

<sup>c</sup> ¶ Operæ, indebite per libertū præstitæ. Accur. hic de certis & incertis operis quædam hallucinatur ex Ioan. & ita se implicat, ut quid dicat non habeat. Tu reiecta distinctione certarum & incertarum operarū, de officialibus & fabrilibus, seu artificialibus tex. nostrum intellige, ut supra in processu operarum declarauimus. Et sic Accur. apparatus toto hoc textu cessabit, etiam Bart. sententia.

<sup>d</sup> ¶ Aestimationem. Ergo condicetur æstimatio, ut infra subijcit: quam condictionem Bal. non ineleganter successoriam nominat, quia loco operarū succedit: diuersimode tamē: nam in operis fabrilibus seu artificialibus pro modo operis facti, in officialibus uero secundū conditionem ministerij attemperatur æstimatio, per eleg. tex. in l. si. supra de op. ser. ubi mediastini serui fit mentio. Sunt autē serui utiles, ideo sic dicti, quod in medio adiuu cōstituti omnibus pareant. Horatius in epistolis, Tume diastinus tacita prece rora petebas. Cicero in exercitum Catilinæ cauillatur, quod ex rusticis mediastinis fuerit collectus. Nos in d. l. si. sub mediastini ministerio, abiectione seruitia intelligimus. Hoc autē non est ignotum, operas liberti nō estimari nisi præteritas: si tamen de iobus patronis opera debeatur, pars operæ præterite æstimabitur, d. l. si quis hac. q̄. iudiciū. d. l. si quando, in prin. ff. de op. lib. Quod si patronus artifex esset, puta medicus, & haberet libertos paris artificij, qui in artificij exercitio patrono nocerent: & proinde patronus prohibendo artificij labores, eis operas officiales imponeret, ut impediti ministerio, laborare in eorum profectum nō possent: liberti autē æstimationē offerrent: fructus æstimabitur quem patronus ex officio seu ministerio libertorum

Differentia æstimationis in utrisq; operis. Mediastini serui, Speitnecht.

Præterite operæ æstimantur.

Patronus si sit medicus, & habeat libertos sub se medicos.



libertorum cōsequeretur: cōmodum uero lucri quod habiturus esset, ex incōmodo uel damno eorum si prohibenti patrono adqueuissent, non aestimabitur. *tex. est singularis in l. medicus, in si. ff. de op. lib. secundū uerum & notabilem intellectum.*

*e* ¶ Ut interdum. Iurisconsultus exemplis ostendit, non esse absurdum, quod cum aliquid indebite solutum est, non tantum illud idem, sed & aliud reperatur.

*f* ¶ Inquit. Celsus. licet Accur. ad Iulianum referat, sed Celsum intellige: hoc enim natura sermonis exigit.

*g* ¶ Aliud. Primum exemplum est in fundo indebite soluto, ubi fructus cum fundo repetuntur. Ponitur autem coniunctio, Et, implicatiue pro etiam, quasi diceret, non solum fundum, sed etiam fructus condici, quam Bal. eleganter conditionem access

*implicatiue uis.* soriam nominauit. Nota hic ornatam figuram loquendi, ubi altera pars implicatiue subintelligitur, nempe ea de qua minus dubitatur. *fa. l. dedi. §. i. ibi, defuncto quoq; eo, supra, de cond. ob. cau.*

*h* ¶ Vel hominem. Aliud exemplum Iurisconsulti, siquidem cum homo indebitus solutus sit, quem is qui accepit uendidit, iam non homo, sed precium condicitur, etiā si modico fuerit distractus. Nec habetur ratio si is qui indebite soluerat, suis sumptibus hominem preciosiorem fecisset anteq̄ indebite solueret: hi enim sumptus non repetuntur, qui est uerus intellectus, licet *glos. & Doct. tex. miserē uolent, dum adulterinum defendunt intellectum.*

*i* ¶ Modico. Cur in uerbis uenditionū & permutationum, ablatiuum absolutū, aliis quando genitiuum, pluris, minoris, &c. adiungamus, Valla non illepide docet.

*k* ¶ Nempe, pro certo hic accipitur. Quintilianus, Nempe in hoc plurimum laboris exhaustissimus, ut Rhetoricen ostenderemus bene dicendi scientiā. Nos ex obseruatione doctissimi Erasmi ea dictione aliter utimur: eleganter em̄ expositiue sumitur.

*l* ¶ Vel si meis. Implicatiue sumas, id est, etiā si meis, sic in l. quod si. infra de eo quod cer. lo. Et est sensus, etiam si hominem quē Titio solui, antea meis sumptibus preciosiorem fecissem: tamen nō condicerem eos sumptus, sed precium duntaxat hominis uenditi. Qui est intellectus facilis, expeditus, & elegantiae Iurisconsulti accōmodus.

*Declaratur intellectus legis nostrae.* pro quo *fa. l. in summa. §. pe. infra, eo. tit. Accur. quamuis hunc uerum intellectum quasi a remotis nō tamen ex fundamento attigisset, alium tamen peregrinū & nihil intellectum adducit, uolens hic personas mutari, quasi is qui hominē acceperat, sumptum fecisset: quod non esse uerum, ipsa *tex. series* ostendit: licet Iason, ut saepe solet, prauiores istum intellectum sequatur, & nescio quid impertinentis ex eo notet cōtra d. l. in summa. §. pe. infra eo. quem *tex. & male* corrumpit.*

*m* ¶ Aestimari, sumptus quibus hominē preciosiorem fecit, ut iam diximus. Natura enim cōdictionis indebiti est, ut ea includat in quibus soluens est factus locupletior, ut nota. in l. indebiti, in prin. supra eo.

*n* ¶ Ait. Celsus. licet Accur. Iulianum intelligat, & male: nec enim uel eligantia, uel ordo *textus* eum intellectum patiuntur.

*o* ¶ Condici. quocunq; errore soluti, etiam si iuris esset error. Nam fabriles seu artificiales, nisi sunt per patronum impositae, ne natura quidem libertū obligant: recte, sicut nec donum, munus, scilicet quod officij causam uel obsequij reuerentiā non respiciant, sed uelut in praestatione pecuniae consistunt, l. fabriles, infra de op. lib.

*p* ¶ Conducturus. patronus qui operas recepit indebitas. Cum em̄ libertus aestimationem operarum repetit, non respiciet ad id, quanti ipse operas locaturus: sed tanti aestimabit, quanti patronus similes operas cōducturus fuisset. Sic in quolibet facto quod indebite ab his praestaretur, qui putantes se obligatos, alteri laborāt, scribendo

*elegans doctrina in aestimatione operarum.* fortasse libros, uel aliud faciundo: quia aestimatio ad id refert, quanti dñs similes operas conduxisset, nō quanti laborator suas locasset operas. Et in hoc *tex. nostre* est singularis, licet Doct. hic transcant, uelut suspensio *pede*: quod miror. *fa. tamen quae alio casu* parum



casu parum absimili traduntur, in l. in summa, §. in frumento. ff. de condict. inde. E diuerso si patronus aestimationem operarum præteritarum a liberto, uel alio petat, ex modo conductionis fiet aestimatio, id est, quanti ista opera conduceretur: nec audiretur patronus, si aestimationem ideo maiorem peteret, quod forte operarius uel laborator similes operas alijs pluris locasset, per tex. cedro dignum, in d. l. medicus, in fi. in fra, de op. lib. qui forte in hoc unicus est, ad quem tamē nullus Doct. aduertit. Sed ad textuum medullam & elegantiam raro recurritur.

<sup>a</sup> Sed & si delegatus sit a patrono in officiales operas, apud Marcellum lib. xx. digest. quaeritur. Et dicit Marcellus, <sup>c</sup> nō teneri eum, <sup>d</sup> nisi forte <sup>e</sup> in artificio sint. hæc enim iubente patrono & alijs ædendæ sunt.

<sup>a</sup> ¶ Sed & si.) Alium hic casum Iurisconsultus ponit, diuersum iure & facto a superioribus. Nam superius libertus operas non promiserat, quapropter condicuntur, ex distinctione officialium & artificialium: ut illic declaratum est. Hic autem de operis officialibus patrono promissis sermo fit, alioquin nisi promissæ essent, non delegarent. l. i. C. de noua. Accipit autem hæc dictio, sed, pro præterea, ut sit ordinis. simile est insti. de usuca, §. quod autem, uers. sed nec alius. Quo nomine uulgares doctrinæ limitant, quibus dicitur per clausulam, sed etsi, diuersitatem facti significari, non iuris: de quo per glos. in l. ij. supra ne quis eum, cū uulg. nam hic diuersitas & facti & iuris subtextitur.

Coniunctio Sed, ordinis est hic.

<sup>b</sup> ¶ In officiales.) Hoc uersu clare patet, textum nostrum principio de officialibus fuisse locutum, ut antiquorum intolerabilis error eliminetur.

<sup>c</sup> ¶ Non teneri eum.) nam officiales delegari alteri nō possunt. Cū em̄ a persona exhibentis ad personale commodum patroni, quasi septis quibusdam circūconcludant, facile infertur extrinsecus ad alios extendi non posse. Si tamen libertus ex delegatione per errorem solueret, non repeteret: ut mox subdit. Proinde qui famulum uel operarium conduceret, ut officiales operas præstaret, is famulus inuitus alteri delegari non posset, per tex. nostrum. Quod autem Bar. putat bubulcos & agrorum aratores delegari posse, non credo uerū, scilicet quod hominū opera potius officiales sunt quā fabriles: ut supra a principio declarauimus. Doct. hoc latius tractant in l. ij. infra sol. mat.

Famulus dñi nō potest alteri delegari.

<sup>d</sup> ¶ Nisi forte.) Hæc exceptio regulam nō respicit. supra em̄ regula posita est de officialibus, hic autem de artificialibus parum commode excipitur, quæ pro uulgatis doctrinis limitandis notari possunt.

<sup>e</sup> ¶ In artificio sint.) Vides hic operas artificiales nominari, quas supra a principio fabriles dixit, ut sic inter fabriles & artificiales, Iurisconsultus nō faciat differentiam.

Fabriles artificiales esse.

<sup>f</sup> ¶ Aedendæ.) Quæ differentia apta est: fabriles seu artificiales alijs ædi posse, iubente patrono, quod nō est in officialibus. fa. d. l. opera in re, §. t. infra de op. lib. rōnem supra in processu diximus. An autem uasallus in seruitijs suis alteri delegari possit? Certe nō. Tum quia ratione feudi seruit, tū quia seruitia sua officialia sunt nō fabrilia. Quid autem si ius feudi dñs alienare, an uasallus seruire emptori teneret? Moderni hic tangūt: Sed quia impertinens est ad rem nostram, transimus: credimus tū uasallum non cōpelli, ut inuitus mutet dñm, nisi natura & conditio feudi aliud exigeret. Verū nihil firmamus.

An Vasallus alteri delegari possit. Vasallum nō cogit inuitus mutet dominum.

Sed si soluerit officiales delegatus, nō potest condicere eas: neque ei cui soluit <sup>b</sup> creditori, cui <sup>i</sup> alterius contemplatione solutum est, qui <sup>p</sup> suum recepit: neque <sup>l</sup> a patrono, quia natura ei debentur.

<sup>g</sup> ¶ Soluerit.) libertus errore facti uel iuris: credebat enim libertus sese promississe, uel ad hoc iure teneri.

<sup>h</sup> ¶ Creditori.) subaudi, nō condicet, siue errore facti, siue iuris soluerit, quia creditor quod suum est recepit, ut subiicit: delegatio autem nō fit, nisi creditori, l. delegare, inf. de noua.

f Alterius



**¶** Alterius.) uel domini uel patroni, qui delegauerat.  
**¶** Suum.) sibi debitum; nihil enim refert a quo soluatur, dum debitum recipiat, fa. l. repetitio, infra eo, quia licet in contractu errauerit, non tamen in debito. Bal.  
**¶** A patrono.) codicet, quod tunc uerum est, si errore iuris soluisset, & hoc est quod subiicit, quia natura ei debentur. Sin uero errore facti soluisset, quod credebat se operas promississe, credimus repetitionem competere, d. l. cum quis, ut et supra a principio diximus, & est quasi expressum in l. si non debitor, infra de noua. Et sic diligenter notabis, non esse nouum si generalis decisio Iurisconsulti ad speciem determinetur, l. quae situm, infra de test. habes autem hic dilemma Rhetoricum, id est, argumentum complexiuum, quod ex iustis finibus sumptum, recte procedit. Alia quae Accur. hic in glos. magna commentatus est, in ipso capite partitionis operarum, erronea sunt, sunt & in se imperfecta. Nos uero omnia plenius, uerius, & perfectius supra tractauimus.

## STIPULATIONE POENALI PRAECEDENTEM

obligationem non nouari.

An stipulatio  
 poenalis subie-  
 cta principali  
 conuentioni no-  
 uet.

Bart. error.

Stipulatio poe-  
 nalis subiecta  
 non nouat.

Poenam subieci  
 ut seruentur  
 promissa.

Responsio ad  
 oppositum.

**¶** Atigantur Docto, in l. ita stipulatus, in fi. ff. de uerb. ob. in re qua non tantam uel dubitationem, uel controuersiam exigat: An stipulatio poenalis subiecta principali conuentioni eam nouet. In qua re Bart. post plures recitatas opiniones, tandem in hoc concludit, quod obligatio ex causa lucratiua per stipulationem sequentem nouetur ipso iure; & ita intelligit l. i. §. item si ita, supra, ad l. falci. l. si poenum, supra, quando dies leg. ced. l. obligationum. §. si, supra tit. i. & d. l. ita stipulatus, in fi. Sin uero precedat obligatio onerosa, sequens stipulatio poenalis non nouet, per l. si quis a socio, supra, pro socio, cum similibus infra allegandis. Mouetur ratione quadam comenticia, quae potius discursu imaginario collecta est, quam quod ex ueritate textuum uel urgeat, uel stringat. Dicit porro quod legum contrarietas eum adigat, ut dicta iura sic discernat. Super qua re Doct. post eum uenientes, mirifice conflitantur: dicit etiam Alex. dubium esse terribile: ut dum quisque pro ingenio sua sensa conuehit, ex parum sana opinione diducitur res in partes infaniores. Tu periculo meo tenebis, quod stipulatio poenalis subiecta, regulariter non nouat precedentem: id quod non solum plurimis iuribus consistere poterit, sed etiam ratio uita docet. Nam poenalis stipulatio quodammodo accessoria est ad principalem; uel saltem est minus principalis, ut tenet Bart. in l. pe. in sua distinctione, ff. de praeto, stip. & fa. tex. in l. si homo mortuus, ff. de uer. obli. At minus principale non debet nouare, id quod maius & nobilius est, arg. eorum quae docentur, in l. qui usufructum, eo, tit. Porro poena adijcitur conuentioni principali, ut timore poenae promissor seruet promissa, arg. l. i. §. rnf. C. de arb. l. liber homo, §. si, ff. de uerb. oblig. Non ergo debet contra partium intentionem poena operari nouationem: quod infra per plurima iura fundabitur. Nec obstat l. i. §. item si ita, ff. ad l. falci. & d. l. si poenum, ista enim iura ualde impertinenter (salua patrum uenia) huc allegantur, utpote quod in eis nouatio locum penitus non habet. Siquidem nouatio, est prioris debiti in aliam obligationem uel civilem uel naturalem transfusio, l. i. ff. de noua. Sed in dictis iuribus nullum praecessit debitum quod nouari possit. Cum enim poenus legatur, & nisi detur, poena subijcitur, hic poenus est in praestatione, non in obligatione, ut est tex. in l. i. ff. de poenu leg. Igitur subiecta poena non nouat id quod non est nouabile, cum poenus non debeat, fa. d. l. si poenum, ff. quan. dies leg. ced. ubi haeres poenum quidem solueri potest: si uero non soluerit, poenam peti posse, utpote quae sola debeat. Quapropter dicit ibi Iuriscons. poenae adiectione, poenus legatum ademptum uideri. Ergo in huiusmodi legibus poena potius operatur transfusionem, uel ademptionem, quam nouationem, cum nulla precedat obligatio quae nouari possit, ut diximus. Non obstat l. obligationum, §. si, ff. de actio. quae lex Bartolo & Doctoribus oculos praestrinxit, quia ibi ideo poena operatur quasi nouationem, quia praecesserat



præcellerat obligatio facti: puta nauem fieri, ad quod factum promissor præcise uergeri non poterat. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. oblig. recte poena adiecta quasi nouationem (etiã ex præsumpta partium intentione) operabitur: uoluit enim stipulator sibi prospicere de poena, qui sciebat promissorem super obligatione principali cogi non posse, sed liberari præstando interesse, pro quo in arg. fa. l. si. ff. de præst. stip. Nec tamẽ est uera nouatio, cum promissor super poena conuentus, usq; ad litis contestationẽ factum offerre possit, l. si insulam. ff. de uerb. obl. Operatur ergo dicta poena nõ uerã nouationem, quæ facti obligationẽ tollat, sed umbram quandã nouationis eatenus, quaterius post lit. contesta. factum non plus offerri potest. Et iste est uerus intellectus ad d. si. in quo signate, subtiliter, & eleganter usus est Iurisconsultus uerbo, quasi nouationis, quod uerbum nõ temere alibi in iure inuenias. Non ergo erat Bartolo necesse, ut propter assertã legum cõtrarietatem diuinaret de causa lucratiua: cum dicta lex, si ingenio utamur, facile & dissolui, & cum cæteris iuris placari possit. Porro d. si. in. ad causam lucratiuam coërceri nõ potest, cum stipulatio nauis fabricandæ ibidem præcellerit, quæ potius ex causa onerosa, puta ex contractu locati, q; ex lucratiua procedere præsumitur: cum in dubio cõtractus reducuntur ad id quod est frequentius, l. quod si uelit. si. quod si assidua. ff. de edil. edict. l. semp in stip. de reg. iur. cum uulg. Patet ex prædictis error eorũ, qui putant, quod d. si. in cõtractu stricti iuris loquatur, quod certe nõ est uerisimile, cum frequentissimum sit, naues uel domos fabricandas conducere, ut. ff. toto tit. locati, nec ulla obstet ratio, cur potius in cõtractu stricti iuris, q; bonæ fidei intelligatur. Nec em̃ ad rem pertinet, quod ibi per stipulationẽ nauis fabricanda promittitur: cognitum em̃ est stipulationes etiã ad contractus bonæ fidei applicari, & eorũ naturam imitari, glos. in l. stipulatus, in uerbo, uerisimile. ff. de usur. cum uulg. Tandem non obstat d. l. ita stipulatus, in si. quia ibi expresse actum erat, ut homine promisso nõ soluto, sola poena peteret: igitur partium cõuentioni standũ est, l. si. si conueniatur. ff. de po. Nec tamen ibi est uera nouatio, etiã ex dicta expressa conuentione. Licet em̃ homo peti non possit, tamẽ solui potest. Hoc est quod dicit in tex. in si. ut homo soluat uel poena petatur, quæ tamen uerba cum temperamento accipienda sunt, ut homo obligatus ante lit. contest. nõ post solui possit, per regulã qua dicitur: Quando aliud petitur q; in principali obligatione promissum est, siue sit obligatio dandi, siue faciendi, moræ purgationem admitti usq; ad litis contest. quod Bart. in d. l. ita stipulatus, in finalibus uerbis bene docuit, & est pro hoc notabilis glos. in d. l. i. in uerb. contestetur. ff. de poenu leg. dum allegat d. l. si insulam, quæ lex, licet de obligatione facti loquatur, tamen ibidem ad obligationem dandi extenditur. Est ergo conclusio indubitata, quod stipulatio poenalis subiecta nõ nouat præcedentẽ, reiecta distinctione Bar. in d. l. ita stipulatus, in. xi. oppositione, ubi plura cõminiscitur ex ingenij imaginatione, quæ ex textibus quos allegat, nõ fundantur. Hæc conclusio, quia oppugnat cõmunem Doctorum doctrinã, ualidissime mihi est fulcienda. Et primo probatur per uulg. l. apud Celsum. si. Labeo. ff. de dol. excep. ubi est cõtractus stricti iuris, & poterat esse causa lucratiua, & tamen nõ nouat. Nec ullus est doctor, quem quidem ego uiderim, qui huic. si. Labeo, bene respõdeat: licet quidam ex neotericis putent poenam ibi loco remediorum, quibus rem iudicatã exequimur, appositã esse. Sed nihil est, cum textus hoc nõ dicat, & ipsimet relinquunt cogitandum, dicentes esse difficile contrarium: quod tamen nõ erat necesse, si cum dicta nostra cõclusionẽ, & cum ueritate mansissent. Item probatur per l. si quis rem. ff. de arb. & licet Bart. respondeat, quod in diuersis actionibus agatur: Certe hæc responsio eum uel oppugnat, tantũ abest, ut uspiam ei suffragetur: quia si diuersis actionibus agi potest cum poena conuentioni principali adijcitur, ergo non nouauit: Si em̃ nouasset, non poterat diuersis actum fuisse actionibus. Secundo probatur dicta conclusio per l. cum stipulatus. ff. de uerb. obl. ubi ad obligationem

In obligationibus facti quare poena operetur quasi nouat.

Eluditur effugela de tit. lucratiuo.

Alia improbatio solutionum.

Alia responsio ad obiecta.

In l. ita stipulatus in si. non esse uerã nouat.

Vbi moræ purgatio usq; ad litis contest. admittatur.

Conclusio.

Prima ratio.

Alia autoritas.

Secunda ratio.



- gationem facti fuit adiecta poena: & tamen si promissor non fuisset in mora faciendi, poena peti non poterat: imo & post moram poterat dies, faciendo operi praestituta pro rogari, & si promissor interea fecerit, a poena liberabitur, saltim ope exceptionis, ut per glos. primam, & omnes Doct. Ergo non erat ibi nouatio, licet fatear, si dies non fuisset pro rogata, post lapsum termini mora purgari non potuisset, per l. traiectionis, ff. de actio.
- Tertia ratio.* Tertio probatur per d. l. liber homo, §. si, ubi est textus apertus contra communem. Nam promiseram Titio, x. sub poena: quo casu possum a te stipulari, ut decem soluas mihi, uel Titio: ago quod contra te actione incerti, ut Titio soluas, ne poena contra me committatur: ergo non erat ibi nouata principalis obligatio, fa. optime tex. apertus in l. stipulatio ista, §. si quis ergo, uers. & si creditori, ff. eo, ubi possum a te stipulari quod creditori meo soluas, quia interest mea ne poena committatur: Igitur creditori adhuc erant obligatus, licet poena esset adiecta. Quarto probatur aperte per d. l. ita stipulatus, §. Fabianus, cum promitto Stichum, & si non soluam, decem dari: non ante poena committitur, quod promissor interpellatus sit in mora soluendi: quo casu apertissimum est poenam non nouasse, si promissor super principali obligatione interpellari potest.
- Quinta.* Quinto probatur per l. stipulationum, §. si sortem, ff. eo, ubi defunctus erat qui forte sub poena promisit, nihilominus haeredes ad euadendam poenam, debitum principale soluere possunt: & nisi totum soluant, etiam uno deficiente, poena committitur, dicit tamen ibi glossa, ea quae de sorte soluta sunt, in poenam exigendam computari, per d. §.
- Sexta.* Labeo, Ecce quod aperte, quod omnino manifeste patet, quod ibi poena non nouabat. Sexto probatur per c. suam, de poenis, ubi poena non nouauit precedentem obligationem, cum stipulator cogatur accipere partem debiti, & a poena recedere.
- Septima.* Septimo potest id ipsum probari per d. l. si pacto, C. de pacto, & per d. l. nuda, C. de contrahen. stipul. ubi poena nudam conventionem precedentem non nouat: quae tamen, utpote fragilis & nuda, facilius nouari poterat, quod uerita. Et ut finem faciam, euidentissime mea probatur conclusio per iura quae uulgo allegantur, l. si quis a socio, cum l. seq. l. duo societatem, in fi. ff. pro socio, l. praedia, ff. de act. emp. Et quamuis uariis modis hi qui diuersa sentiunt, dicta iura effugere conentur, responderi tamen ad omnia potest illud Euangelij, Et non erat conueniens testimonium. Sunt enim nonnulli, qui faciunt differentiam inter contractus bonae fidei, & stricti iuris, quod nihil est, quia non potest iusta dari ratio diuersitatis, & multa supra superius contrarium docent. Alij, ut Baldus, distinguunt an poenalem stipulationem praecesserit contractus stipulationis, an alius: ut illic nouetur, hic non nouetur, per d. l. duo societatem, quae lex hoc non probat. Ibi enim non consideratur, an stipulatio contractus societatis poenalem praecesserit: sed an stipulatio ad eundem contractum societatis subiecta, nouet contractum bonae fidei: quod facile palam sit eundem textum subtiliter consideranti. Denique quia nouatio ex partium conuentione oritur, non refert contractus sint homogenij an heterogenij, id est unius uel diuersae naturae. Stat igitur conclusio, quae tam est uera, quam solet esse ipsa ueritas. Quae tamen limitatur in stipulationibus facti, quibus poena subiecta est: tunc enim poena quasi nouat, eatenus, quatenus post lit. contest. morae purgatio impedit. Desumum in alijs obligationibus quibus poena accedit, si actum est ut sola poena petatur: tunc enim res debita peti quidem non potest, sed tamen solui usque ad litis contestationem: quae utraque supra latius declarauimus.

L. PATER INSTITUTO. CVM L. SEQUENTI  
ff. de capti. & postli. reuer.

PAPINIANVS.



Pater a instituto impubere filio substituerat, & ab hostibus b ca-  
ptus ibi c decessit: postea d defuncto imbubere, e legitimū admitti  
quibusdam



quibusdam f uidebatur, neq; tabulas secundas in g eius persona locum habere, qui h uiuo patre sui iuris effectus fuisset. Verum huic sententiæ iuris ratio refragatur: i quoniam si pater qui non redijt, k iam tum decessisse intelligitur, l ex quo captus est, substitutio suas uires m necessario tenet.

a ¶ **Instituto.** Idem si exheredasset: quia & eisdem substituitur, secundum illa tempora, infra eadem l. Instit. de pup. subst. §. non solum.

b ¶ **Captus.** pater, & feruus eorū factus: propterea q; suspensa fuit patria potestas.

c ¶ **Decessit.** Et sic testamentum suum instaturatur, per l. Cor. quasi ante capturam decesserit, l. lege, supra de testa.

d ¶ **Defuncto.** in ciuitate, & consequenter in libertate.

e ¶ **Legitimum.** Opinione quorundam allegat, quibus uidebatur secundas tabulas cecidisse, eo q; nomine substitutum excludi: legitimos autem hæredes ad patris & filij bona admitti, quod tamen reprobatur.

f ¶ **Videbatur.** & male.

g ¶ **Eius.** pupilli.

h ¶ **Viuo patre.** Captus enim ab hostibus naturaliter uixit: sed quia filium captiuitatis tempore in potestate habere non potuit, Insti. qui. mo. ius pa. po. sol. §. si ab hostibus, recte sui iuris censeret iste impubes poterat, ut ex eo tabule secundæ cecidisse dicerentur. Verum quia pater quamdiu uixit, redire postliminio poterat: unde filius non fuit interea incommutabiliter sui iuris factus, ar. d. §. si ab hostibus, cum si.

i ¶ **Quoniam.** Sententiam prædictam reprobatur, ut statim dices.

k ¶ **Iam tum.** Vna dictio est, quæ hoc loco significanter fictionem importat translatiuiam: Mors enim patris, quæ posteriori tempore facta est, fingitur priori euenisse. Sed & aliàs apud Latinos tractum quendam actus cõtinuati signata figura loquendi hoc uerbo iam tum, denotatur. Cicero pro A. Licinio: Ita se iam tum gessisse prociue ijs temporibus, quæ tu criminaris. Idem pro Cluentio: Qui omnes in iudicijs publicis iam tum florente Rhomano populo floruerunt.

l ¶ **Ex quo.** scilicet tempore, ut sic tempora captiuitatis ad diem quo mortuus est transferantur.

m ¶ **Necessario.** Nam l. Cor. hoc uoluit, quæ cum fingat patrem qui apud hostes moritur, hora præambula captiuitatis obiisse, & eo tempore impubes uixerat, merito is impubes in potestate patris mansisse, & sic morte patris factus sui iuris fingit. Et hoc est quod dicit, necessario substitutionem suas uires tenere. Et est hæc argumentatio more Iuriconsultorum concisa, in qua cõsequens ex antecedente nõ bene inferitur, nisi consequentiã subsumpto fulcias, de quo diximus in l. in ratione, §. quod uulgo, ad fi. in glossis nostris, ubi est similis imperfectio, supra ad l. falci. Sed oppo. contra tex. de l. quod si, infra eod. ubi in uers. quoniã non reuerso, licet pater fingere hora præambula mortuus, filius tamen in potestate mansisse nõ fingitur. Sic ut ibi, nec em legis uoluntate, & m utiles actiones in hæreditatem substituto dare.

*Iam tum temperamentum tras Aus facit.*

*Argumentatio Iuriconsultorum concisa.*

a Si mortuo patre capiat impubes institutus, uel b exheredatus, c in promptu est dicere legem Corneliam de secundis tabulis nihil locuta esse, et eius duntaxat personam demonstrasse, qui d testamenti factionem habuisset, e plane captiui etiã impuberis legitimam hæreditatem f per legem Corneliam de ferri: g quod uerum est, nec impuberem quidem testamenti factionem habuisse: h & ideo non esse alienum, prætorem i subsequi non minus k patris q; l legis uoluntate, & m utiles actiones in hæreditatem substituto dare.



<sup>a</sup> ¶ (Si mortuo.) in ciuitate: pater enim non erat captus, sed in ciuitate obierat, postea capitur pupillus. Secus esset, si uiuo patre filius caperetur, l. lex Cor. §. si uero uiuo. §. seq. supra de uulg.

<sup>b</sup> ¶ (Exhæredatus.) Poterat enim de iure digestorū exhæredari: ut supra notauimus.

<sup>c</sup> ¶ (In promptu est.) de rigore legis: nam lex Cornelia hunc casum non complectitur, & ideo quod ad uim legis Corneliae, secundae tabulae in irritum ducerentur, fa. l. si quis filio exhæredato. §. irritum, supra de iniust. test.

*Testamenti factio actiue.* <sup>d</sup> ¶ (Testamenti factionem.) actiue, qui testamentum facere potest: eius enim dumtaxat personam adiuuat lex Cornelia, qui testamentum facere potest.

<sup>e</sup> ¶ (Planē.) Modificat quod supra dixit quod quis enim tabulae secundae per l. Cor. hoc casu non fulciantur, tamen legitimam hereditatem defert lex: quia uerum est impuberem non habere factionem testamenti, & sic lege omnia continentur.

<sup>f</sup> ¶ (Per legem Corn.) quae cum plura capita habeat, inter alia etiam bona pupilli apud hostes ab intestato mortui, legitimis heredibus detulit: ut hic, & l. bona, in prin. infra eo.

<sup>g</sup> ¶ (Quod.) id est, quia: si quidem uerum est, impuberem non posse testari: ut iam diximus.

<sup>h</sup> ¶ (Et ideo.) Infert nunc ex praedicto uersiculo, in promptu, quod si legitima hereditas defert lege Cornelia, non alienum est secundae etiam tabulae successiorem adiuuari.

*Subsequor.* <sup>i</sup> ¶ (Subsequi.) roborare, fouere, firmare, & est uerbum elegans. Subsequi enim tua dicor, si ea adprobem. Sic alibi Iurisconsultus, non immoderatam cuiusque luxuriam subsequendam esse dicit, l. ex damni, in prin. supra de dam. infe.

<sup>k</sup> ¶ (Patris.) qui filio impubi testamentum fecerat: cuius uoluntatem ita praetor subsequitur, ut impubere etiam apud hostes mortuo, tabulae secundae instaurentur. Et sic licet lex Cornelia hunc casum non complecteretur, praetor tamen legis effectum ad hunc casum porrigit, ut sic tam sustineatur patris quam legis uoluntas.

*Arg. a legitima here. ad testamenta.* <sup>l</sup> ¶ (Legis.) Corneliae, cuius uoluntas quae sit, supra saepe meminimus. A legitima autem hereditate ad testamentariam argui, non est absurdum.

*Utilis actio quae* <sup>m</sup> ¶ (Utiles.) Cum enim lex Cornelia nec uerbis nec mente hunc casum complecteretur, Praetor autem uim legis ex equitate ad eundem extendisset, recte dicitur utiles dari actiones. Ea enim proprie dicitur utilis, quae nec ex uerbis, nec mente legis tribuitur, sed ex quadam aequitate ad legem extendit, ut non ineleganter dicit Bart. in l. actio. supra de neg. gest. licet multi in hoc errent. An autem impubi ex secundis tabulis iure uel ciuili uel praetorio succedat, Accur. hic in sua glos. magna uariat. Nam primo putat iure praetorio succedi, deinde uidetur sentire, quod ex interpretatione legis succedatur. Bart. & plerique alij tenuere hanc successiorem esse iuris praetorij. Tu inhaerendo textibus, dici iure ciuili succedi, utili tamen actione, non directa, ut supra declarauimus. Si quidem praetor hunc casum ad ius ciuile extendit, fa. quae not. in l. ij. supra de poss. haer. pe. fa. tex. expressus in l. lex Cor. uers. sed si pater, in uerb. ex ea lege, supra de uulg.

*Qualiter hoc casu impubi succedatur.*

## PAPINIANVS.

**Q**uod <sup>a</sup> si <sup>b</sup> filius <sup>c</sup> ante moriatur in ciuitate, <sup>d</sup> nihil est quod de secundis tabulis tractari possit, siue quoniam uo patre filius facta mori intelligitur, siue quoniam non reuerso eo, exinde sui <sup>b</sup> iuris uidetur fuisse, ex quo pater hostium <sup>i</sup> potitus est.

*Nodosa lex.* <sup>a</sup> ¶ (Quod si.) Nodosa haec lex est in prin. difficultatem autem non textus facit, sed partim legum, partim concurrentis fictionis obstaculum: ut infra dicitur. Accur. explicauit uires ingenij quantum potuit.

<sup>b</sup> ¶ (Filius.) impubes. Et referes hanc legem non ad §. supra positum, sed ad principium legis praecedentis: ut quia ibidem dixit de patre ab hostibus capto, cuius filius impubes postea in ciuitate mortuus est, quo casu tabulae secundae non cadunt: Nunc de filio di



filius dicit, qui anteq̄ pater apud hostes decesserat, moritur, cuius tabulæ non susti-  
nentur. Ea ergo quæ in. d. si mortuo, supra proxime interposita sunt, melius post huc *Ordinem non  
seruasse compila-  
tores.*  
ius legis principium & ante. d. sed si ambo, infra eo, ponerentur. Id quod & ordo rei  
& series decisionum exposcere uidetur. Vnde hic, sicut in plerisque locis, ordinatiore

diligentiam Tribuniani & compilatorum desideramus.

*c* Ante.) patrem qui iam ab hostibus captus erat, & apud eos post decesserat, q̄  
filius in ciuitate moreretur: nec obstat. l. si pater, post prin. supra eo. quia ibi filius in  
ciuitate post patrem apud hostes mortuum decesserat. Rationem mox dicam.

*d* Nihil est.) Quod uerum est, quo ad pupillare. Sed an ex tacita uulgaris substitu-  
tus admittatur? Certe non, quia locus est hæredibus ab intestato, l. pe. infra de suis &  
leg. *a* Quid aut si pupillus uiuo patre non capto moriatur? Dy. in l. lex Cor. supra de  
uulg. nec eo quidē casu tacitā uulgare admitti dicit, per tex. nostrū, ubi dicit nihil esse  
quod super secundis tabulis tractari possit. Nos ex mente Bartoli credimus distingui  
posse: quia aut imputari potest patri, q̄d non mutauit testamentū cū tempus habuit,  
tunc lex præsumit contra substitutū, ut ita nec ex tacita uulgaris admittatur: Aut nihil  
ei imputatur, quia forte nō multo post filiū, uitam soluit, & admitti ex tacita uulgaris  
substitutū, quod iam dicta cesserat præsumptio: quæ colligi arg. euidenti possunt ex l.  
tractabatur, supra de mili. testa. & ex l. ij. C. de inoff. testa. Quod aut Bar. tex. nostrū  
pro hac distinctione allegat, ineptum est, cum facultas mutandi testamenti in casu no-  
stro in patrem ab hostibus captū non cadat. Ex prædictis credo fundari posse quod  
alibi Accur. in l. lex Cor. ad si. in uer. nō existimo, dixerat, substitutū ex tacita uulgaris *Declaratio  
glossæ Accur.*  
admitti, si impubes ab hostibus captus ibidē uiuo patre decessisset. Nam patri impu-  
tari nō poterat, cur nō inuenerit testamentū, qui filium rediturū postliminio sperabat.

*a* Additio. (Quicquid hic tenuerim secutus glo. Accur. tamen post meliorem  
deliberationem uerius puto, locum esse substituto uulgaris, uon tract. meo substitu-  
tionum in annexo in quinto effectu ordinis mei circa uulgarem scripsi. Quod de pu-  
pillo qui ante patrem non captum moritur, ex sententia Bart. distinxit. nō est tutum,  
nec lege probatur, unde sine distinctione, si pupillus moritur ante aditam hæreditas  
tempatris, siue mortuo testatore, uel eo uiuo moriatur, substitutus ex tacita uulgaris  
succedet: quod & las. in l. i. col. xvi. & seq. audacter defendit, & ego latius attigi in d.  
tract. substi. loco præallegato. Nec mihi quisq̄ imputet si in hoc passu, quem las. du-  
bium nominat, uariarim: cum & Paul. de cast. ut dicit las. in hoc sæpe uariarit. Nec  
nouum est mutari sententiā, cum (ut eleganter Bal. dicit in l. i. C. de his qui ante aper-  
tab.) in intellectu nouas generari opiniones ex nouis motiuis.)

*c* Siue quoniam uiuo.) Cum duo sint præcipua quibus tabule pupillares intereunt.  
Alterū si uiuo patre impubes moritur, l. si pater filiū, in fi. supra de uulg. & l. ij. eo. tit.  
Alterū si sui iuris impubes in uita patris constituitur, d. l. ij. unde Iuriscons. per duas  
rationes sub dilemmate, id est argumento complexiuo, eleganter colligit tabulas pupil-  
lares cecidisse. Mortem em̄ filiū, aut ex ueritate accipimus, aut ad ficticiam mortē refle-  
ctimus. Si ueritatem uelis, ut sic filiū uiuo patre naturaliter mortuū intelligas, iam ta-  
bulæ ceciderūt. Sin ad fictionē recurras, qua uidelicet pater apud hostes præambula  
die captiuitatis, quo tempore filius uixit, decessisse fingatur, at tunc filius ex ea die iu-  
ris sui factus erat, ut iterū tabulæ ceciderint, qui intellectus planus est & apertus. Ac-  
curs. hic in duabus glossis, putat priorē rationē de patre intelligi ab hostibus reuerso:  
qd nō est uerū, & textus euidenter cōtrariū docet, siue eū seorsim legas, siue ad l. si pa-  
ter, pxime supra cōtinues: de casu em̄ reuersiōis neuter tex. ne uerbū quidē meminit.

*f* Intelligitur.) uere. Et licet hoc uerbum ple. inq; fictionē significet, hic tamen  
ueritatem denotat: alioqui prior ista ratio dilemmatis a sequenti nō distingueretur.  
*g* Non reuerso.) Posterior ratio argumenti complexiui, quod si uel præambula  
die captiuitatis paternæ mortuus pater fingatur, quo tempore filius uixerat, adhuc  
tamen ta-

*Dilemmate cuius-  
ci casum pupilla-  
rium tab.*

*Facilis declara-  
tio nodosi tex.  
contra Accur.*



ramen tabulas pupillares interire, quod filius sui iuris fuerit, &c. ut supra utramque speciem satis explicuimus. Nec obstat l. pe. supra, de suis & legit. hære. ubi hæredem etiam eo loci habeat filius. Sed dic legitimas hæreditates filij ibidem conseruari, quibus nihil obstat impedimenti: hic uero tabulæ pupillares morbo infectæ intereunt. Et nota casum quo nõ bene arguitur à legitima successione ad testamentariam, arg. contra l. si pater. §. si mortuo. supra eo. Verum uel diuersa uel eadẽ ratio nodum soluit. Sed opponas fortius cõtra text. nostrum. Nam qua ratione impubes sui iuris ex die præambula captiuitatis paternæ fingitur, eadem ratione & in potestate patria eo tunc fuisse uideri, ut sic fictio legis Corneliæ ex patria potestate filium sui iuris constituat, atq; adeo tabulas pupillares conseruare merito debeat, arg. l. si pater. ibi, quoniã si pater, supra eo, quæ est contra. Respondemus uim fictionis legis Cor. in persona filij hoc casu non esse integram. Cum em̄ is impubes ante patrem naturaliter sit mortuus, declarauit ista mors, filium uere & incommutabiliter sui iuris decessisse: quo tamen tempore adhuc penderet fictio legis Cor. patre necdum mortuo. Itaq; licet pater postea moriatur, eum q; dicta lex Cornelia præambula die captiuitatis pro instauratione sui testamenti obijisse fingat, super patria tamẽ potestate fingere non potuit. Filius em̄ a die capturæ paternæ, & sic in uita patris, sui iuris, licet a principio penderet constitutus uideretur: mors tamẽ sua, qui ante patrem decessit naturaliter, declarauit eum a principio uere & incommutabiliter in suum ius transijisse, ut ex eo appareat filium in uita naturali patris, perfecte sui iuris factum: quapropter tabulæ pupillares nõ iniuriã in nihilum reciderunt, quod fictio legis Cor. hoc loco operari nõ possit. At in d. l. si pater, aliter res habet. Nam patre capto impubes in ciuitate remanens, nõ erat perfecte sui iuris factus: redire em̄ pater postliminio poterat: postq; aut̄ pater apud hostes decessit, iam a die capturæ filio uiuente nihil impediēbat, quin quasi a patris potestate filius in ius suum irrupisse fingeretur, cum nullũ proprium ius, incommutabiliter in eo reluceret quod fictionẽ impediret. Hæc solutio & est uera, & in huiusmodi subtilitatibus admodum q; expedita. Accur. ad hanc solutionem a remotis, & ueluti per tenebras non nihil respexisse uidetur: cæterum cum nihil certũ haberet, misere cõfictatur. Primo em̄ textum ex sententia Bulgarĩ negatiue legit, quasi filius nõn uideatur sui iuris, sed dubio statu decessisse: quod est falsum & contra d. l. pe. supra, de suis & legi. ambiguitatem em̄ status mors distinxerat. Deniq; nemo est qui literam negatiuam habeat. Deinde pro solutione alia, diuersificat utraq; rationes: quasi prima de patre reuerso positue, altera de nõ reuerso remotiue intelligatur. Sed est impertinẽs diuiniatio. Quis em̄ Accursio dixit, quod Iuriconsultus qui utriusq; rationibus nititur, unam poneret, aliam remoueret: uel cur nõ primã remouit potius q; secundam? Cæterum acumen argumentationis bicornis nõ perpendit Accur., sed nec Bar. in l. si is qui pro emptore, in materia fictionis translatiue supra de usuca, sibi ipsi constat. Fatetur em̄ turbari sibi spiritum super Accursij glossis, & tamen uel ipse hæerere uidetur in salebris, licet quædam non omnino impertinentia ibidem docuerit.

**b** ¶ Sui iuris.) supple, incommutabiliter. Licet enim filius mox a captura patris, sui iuris uideatur, d. l. lege, in fi. supra de testa. hoc tamen commutabiliter fuit, quandiu pater apud hostes uiuit, reuerti enim postliminio poterat: at patre apud hostes decessente filius iam retro sui iuris incommutabiliter, & uere fuisse censetur: quod supra latius declarauimus.

**i** ¶ Potius est.) Conuerte orationis structum per Hypallagen, id est, submutatiuam: ut sensus sit, hostes patris potitos fuisse. Similis figura loquendi in l. seq. §. coadicilli, infra eo. ubi dicitur pro eo haberi, ac si nunquam iste hostium potitus fuisset. Similis figura colligitur ex l. apud Celsum. §. aduersus. ibi Accur., in uer. conueniatur, supra de dol. excep. Rarum alioqui schema in oratione soluta, Poetis q; oratoribus magis assuetum: ut apud Vergilium, Perflauit fistula buccam, & alibi: Date lassibus

Non semper argui à legitima hæreditate ad testamentariã.

Obiectio subtilis

Pulchra resolutio.

Differentia inter hunc casum & l. si pater. supra eo.

Accur. hanc solutionem a remotis sensit.

Improbatur cõmentum Accursij hic.

Hypallage, patrem potiri hostium.



classibus æquor, id est æquori classes. Cicero Hypallagen alia specie Rhetoribus tribuit, ut est apud Fabium lib. viij.

Sed si ambo apud hostes sunt, & <sup>k</sup> prior pater<sup>l</sup> decedat, <sup>m</sup> sufficiat lex Cornelia substituto, <sup>n</sup> non alias q̄ si apud hostes patre defuncto, postea filius<sup>o</sup> in potestate decessisset.

<sup>k</sup> ¶ Prior.) Habet re latine doctrina, q̄ uerbum, prius, absolute tempus sine ordine personarū respiciat: ueluti si dicas, prius q̄ princeps ueniret, pax facta est, Prior autem & posterior, inter personas uel res duas, aut que loco duorum habentur, ad ordinem personarum respicit: ut, prior apud te cœnauit: & de duobus, nō refert utro priore cul tro utare: item, priores te alloquimur: Vnde Iurisconsultus hic signate loquitur, ubi fortasse barbari prius dixissent: sed nō est omnibus comperta hæc differentia.

<sup>l</sup> ¶ Decedat.) apud hostes.

<sup>m</sup> ¶ Sufficiat.) ad instaurandas secundas tabulas. Et licet Iurisconsultus uideatur esse fuisse decidisse, q̄ lex Cornelia tabulis secundis sufficiat, mox tamen uelut à tergo sese limitat, q̄ ea decisio nō procedat, nisi filio in ciuitatem reuerso. Arg. quod non dicit se corrigere, qui cū sit indeterminato sermone locutus, in continenti falem addat temperamentum. Quod & in iudice receperis, qui sententia pronunciata, illico quedam reponat, addat, suppleat, adiciat: de quo tamen per Accurs. & Doct. in l. actor. l. i. iudex, supra de re iud. Est etiam arg. q̄ generalis decisio precedens, per speciem adiectā moderatur, l. cum in testamento. §. si. supra de hære. infit.

*Indeterminata si post determinentur.*

<sup>n</sup> ¶ Non alias.) Tunc enim lex Cornelia substituto sufficiat, si cum pater apud hostes decesserit, filius in ciuitatem reuertatur: quia ope legis Corneliæ, quæ patrem præambula die captiuitatis decessisse fingit, non solum testamentum patris, sed etiā secundæ tabulæ adiuuantur. Nā & pater in ciuitate uitā soluisset iure legis Corneliæ, & filius reuersus semper in ciuitate fuisse, iure postliminij cēlebitur. fa. d. l. pater. uers. uerum, supra eo. Quod aut Accurs. hic in si. dicit tabulas pupillares tenere sine auxilio legis Corneliæ, non puto uerū, cum tex. hic aperte dicat sufficere legem Corneliā, pro quō et alius tex. est in l. si pater. ij. rñf. supra de uulg. nisi forte glossam hic corruptam dicas.

Sed pone patrem primo, deinde filium capi ab hostibus, eos q̄ ambos, patrem tamen ante filium ex interuallo illic decessisse: certum est patris testamentū lege Corneliā instaurari, quod fingat hora præambula mortuus: de secundis tabulis an adiuuent, dubitari potest. Et uidetur eis subueniri, cum eadem hora præambula, quæ in patre fingitur, etiam filius in ciuitate necdū captus uixerit, arg. d. l. pater. ij. rñf. supra eo. d. l. lex Corneliæ. §. sed si pater, supra de uulg. Sed textus noster contradicit, & idem in l. si pater, supra de uulg. in quibus manifeste deciditur, tabulas pupillares nō ualere, si ambo apud hostes decesserint. Nodus esse impeditus uidetur. Accursius in d. l. lex Corneliæ, dicit iura cōtraria de patre uere mortuo int̄elligat hic fingi mortuum. Sed hoc nihil est, cū fictio ueritatem imitetur, Instit. de adoptio. §. maiorem. Bartolus putat tabulas secundas ideo caderē, q̄ hereditas patris hic non fuerit adita, quod certe euidenter nō procedit: tum q̄ hereditate etiam adita in casu filij ex hæredati, tabulæ non confirmarentur, per textus nostros, qui generaliter loquuntur, nec ad unam speciem coërcerentur, tum q̄ textus nostri in eo solo se fundāt, q̄ ambo apud hostes decessere. Casu

*Si ambo decedat apud hostes, pater in ante.*

*De secundis tabulis dubitatur.*

*Accurs. solutio improbat. Bart. opinio.*

*Improbatur Bartolus.*

autem Bartoli etiam extra hostilem capturā procederet. Semper enim hereditate nō adita cadunt tabulæ, nisi uitate sustineantur, d. l. ij. §. adeo. supra de uulg. unde iste casus hic superuacane tractaretur, & sic remanet nodus. Nos eum uno (quod dicitur) digito dissoluimus. Nam in casu nostro fatemur non solum testamentum patris, sed & filij tabulas instaurari, quippe qui eo tempore quod in patre fingitur, uixerat, per d. l. pater. ij. respons. Sed quia is filius post patrem ab hostibus captus, ibidem decessit, tabulæ pupillares iterum in irritum reductæ sunt: quo casu per legem Corneliā nō



plus subleuantur, ut quæ super pupillitabulis seorsim non fingat, quod is testamenti factionem non habeat: de quò est textus apertus in d. l. pater. §. si mortuo, ibi, & eius duntaxat &c. supra eod. unde merito remanent irritæ. Quæ solut. §. si sit uera, facilis, & fundata, nemo est qui non uideat, nisi qui nihil uel uideat, uel si uiderit, dissimulet. Porro si filius ante, & pater post hostium potiti, ibidem decedant, indubitato interitu tabulæ enecantur: siquidem quo tempore pater fingitur domi mortuus, filius iam captus erat. Quod si ambo uno die capti apud hostes decedant, testamentum quidem patris propter fictionem horæ præambulæ sustinetur, at tabulæ pupillares concidunt, quod fictio legis Corneliæ utriusq; mortem una hora cõplectatur: ut sic nec in potestate, nec extra filius mori intelligat, propter cõcursum temporis, argumen. l. qui duos. supra, de reb. dub. l. Titio cum morietur, supra, de usufruct. l. si Titius, supra de condi. instit. Ex quibus patet ueriorẽ esse opinionem Azonis & Bulgari, quam Accursius in d. l. pater, in glossa magna recitauit. Collige ergo, Aut em̄ pater captus moritur apud hostes, filio in ciuitate manente, & utræq; tabulæ cõfirmantur, ut d. l. pater: nisi filius ante moriatur, §. pater apud hostes decesserit, ut hacl. in principio. Aut filius capitur patre in ciuitate manente, & euanesçunt secundæ tabulæ, quia nõ efficitur, &c. d. l. lex Cornelia. §. si uero, nisi filius postquam pater in ciuitate decesserat, capiatur: tunc enim lege Cornelia ex prætoris extensione adiuuantur, d. l. pater. §. si mortuo. Aut ambo capti apud hostes decedunt, & quid iuris sit supra diximus.

*Varij casus patris & filij captorum.*

*Epilogus.*

o ¶ In potestate.) reuerso eo in ciuitatem, ut d. l. si pater, ad fin. supra de uulg. Tunc enim potestatem sui habere dicitur, cum est in libertate: & sic uerbum potestatis hic accipe, fa. l. quoties. §. in potestate, supra, de noxa. Non aut̄ intelligas de patria potestate, quæ hic locum habere non potest, cum iam pater defunctus esse dicatur, argumen. contra l. potestatis, in principio, infra de uerb. oblig. Sed est hic specialis casus, quem forte non alibi habes, quod potestas filij pro libertate & potestate sui, actiue, non passiuè pro patria potestate, quæ in eum competit insumitur.

*Filius quando dicatur habere potestatem sui.*

IN L. IN RATIONE §. QVOD VVLGO CVM §. SEQ. FF. AD. L. falcid. glossæ nouæ, & quæ rem obscuram pulchre aperiant,

PAPINIANVS.



¶ Quod uulgo dicitur, in tabulis patris & filij unam falcidiam seruari, quam potestatem habeat, uidendum est.

a ¶ Quod.) Hunc textum, glossis ex ueritate literæ elucidabimus, securi uariorum cum intellectu tum opinionum, Docebit tamen series, ubi Accur. aut alios uel sequamur uel seponamus, etiam si non semper allegentur, Nec em̄ id agimus, ut quid illi dicant, sed quid textus uelit perquiramus.

b ¶ Vulgo.) in uulg. iuris doctrinis, alias dicunt per manus tradi, l. quod per manus, supra de iur. codicill.

c ¶ In tabulis.) Quæ dicuntur unum testamentum propter unum testatorem, & propter unam in utrisq; solennitatem septem testium: licet etiam duo testamenta quo ad quid uideantur, l. patris & filij, supra de uulg. Instit. eo. §. igitur, l. in duplicibus, infra eo. & Accurs. hic in, i. gloss.

*Species facti.* d ¶ Unam falcidiam.) Ne labores ad quid hæc regula recitetur, facti speciem uel casum sic finge. Instituerat filium impubem, ei q; Titium pupillariter substituit, reliquit ab utrisq; legata, existente substitutionis conditione, legatarij legata pupillaria tanq; res alienam solida petunt: substitutus cõtribuere omnia legata in utrisq; tabulis reliquit, ut ab omnibus falcidiam deducat, innitens uulgatæ iuris doctrine quæ hoc recipit, iurisconsultus nodum dissoluit, declarans quã uiam hæc regula seu doctrina habeat: cetera se



cetera sequentibus patebunt. Accur. impertinenter fingit casum exemplis uariatis, licet em̄ in sese uera sint quæ dicit, tamen ad, §. nostrum non conferunt.

¶ Quamuis enim substitutus, quæ a pupillo relicta sunt, cum filius hæres extiterit, ut æs alienum quodlibet f. debeat; tamen propter ea quæ data sunt secundis tabulis & contributioni locus est.

¶ (¶ Quamuis.) Vnus effectus regulæ quod licet substitutus pupillariter succedens, legata pupillaria ut quodlibet æs alienum debeat: hoc tamen nō simpliciter esse accipiendum, si quidē contribuui legata in utrisq; tab. relicta debere: ut si ultra legata quadrans hæreditatis sit reliquus, uel eo amplius, iam legata pupillaria æs alienum sapiant: sin non sit quadrans reliquus, non sapiant, sed una ex omnibus falcidia deducatur. Vide q̄ nulla necessitate totus prope orbis in hoc, §. conflictetur: qui tamen, si ueritatem sequare, planus est & non impeditus.

*Legata pupillaria non semper sonare æs alienum.*

f. ¶ (¶ Debeat.) Textus dissidere sibi ipsi uidetur secundum Accur. Si enim ea legata æris alieni uim habent, quomodo contribuuntur cū alijs legatis, cum æs alienum ante omnia deducatur? l. in imponenda. C. eo. Sed dices, non simpliciter & absolute deberi, ut æs alienum: sed tunc cum hæreditas testatoris, saltem quadranti sufficiat: quod ex contributione apparebit. Aeris tamē alieni contributio inter creditores plerisq; casibus recipitur, in l. procuratoris, §. tributio, supra de trib. l. & suum, in fi. supra de pact. gl. l. inter eos, infra de re iud. cum fi.

*Obiectio contra contributionē.*

g. ¶ (¶ Contributioni.) legatorum in utrisq; tabulis relictorū, ut onere comperto, falcidia deducatur: bona tamē patris & filij nō contribuuntur, secundū Paulū, & Alex. quod filius fa. impubes, propria bona tempore digestorū non habuit, per iura uulg. & pro eis est l. in duplicibus, infra eo. l. filium, in prin. infra de leg. prest. cum fi. Accur. tamen in, §. quæsitū, infra, hac ea. l. ediuerso tenet, patris & filij bona contribuui. quod Bar. & Ang. hic secuti sunt. & propterea hunc tex. de filio impubere milite intellexerunt: potest em̄ esse miles qui impubes sit, l. fi. C. de test. mil. ut ita castrensia bona propria habeat. Sed nos eam opinionē nō probamus. Absurdum em̄ esset, tex. nostrū generalē ad unam tantū speciem, & eam infrequentē coërceri: eo accedente quod in bonis castren. nō sit locus falcidiæ, l. in testamento. C. ad l. fal. Vnde priorē assertionem uerā putamus: sed nō ea ratione, quod pupillus propria bona nō habuerit: si quidē is mox a die paternæ mortis propria bona, nempe aduenticia separata a paternis habere potuit: ut si mater, si cognatus, uel alius impuberi reliquerit bona a die paternæ mortis ad eū deuoluenda, l. mulier. l. imperator, infra ad Trebell. l. i. §. si ab ipso, infra, de coll. bo. arg. l. ex his. C. quādo dies leg. cum fi. Vnde alia ratione mouemur, nempe quod huiusmodi bona aduenticia nunq̄ fuere aduicta patri, uel in eius redacta patri moniū: quapropter quia in cōtributione ea tantū bona spectantur, quæ pater habuit cum moreret. d. l. in duplicibus, cū fi. merito pupillaria nō ueniunt, ne ea quidē quæ ex patris morte ad eum deuoluerent. Nec obstant, l. sed si plures, §. filio. l. cohæredi, §. cum filia, uers. nec si cōmissio. l. si filius, supra de uulg. & pup. ubi mentio fit bonorū pupillariū: probabile em̄ est de aduicticijs intelligi ex die paternæ mortis cōpetentib⁹.

<sup>b</sup> Secundum quod potest euenire, ne substitutus quicquam <sup>i</sup> retineat, uel ut longe plus habeat quarta <sup>k</sup> paternæ hæreditatis.

<sup>b</sup> ¶ (¶ Secundum quod.) Prosequitur eundē effectū, quē supra adduxerat. Et est sensus. Secundū id quod iam dictū est cōtributioni locū esse in legatis, & c. euenire posse ut propter onera legatorū ex utrisq; tabulis debitorū, substitutus nihil retineat de bonis paternis, nisi falcidiā deduxerit: hoc em̄ legatorū urget contributio, ut tunc merito legata pupillaria, alieni æris iure nō censeantur, fieri etiā potest ut multo plus habeat quarta



beat quarta parte, quo casu pupillaria legata tanq̄ æ alienū soluentur: & erunt tunc in tex. duæ dictiones, uel ut. Potest etiã aliter intelligi. Nam ex contributione legato rum euenire poterit, quod substitutus nullã falcidiam retineat, utpote qui longe plus habeat quarta parte hæreditatis: quo pariter euentu legata pupillaria iure æris alieni obligabunt, & erit una dictio, uelut, quæ ueritatis est expressiua. Ceterū ambo intel lectus in idem recidunt. Hanc facillē, planã, expeditã, & uerissimã textus elucidationē si receperis (recipies aut̄ necessario, si ueritas tibi cordi est) iam multa inuolucra, mul ta ambigua, quæ hic Accurf. ex alienis uocibus inculcat, tollentur, & clare patebit hoc contextu nō tractari secundū effectū, ut Bar. Ang. Paul. Alex. non bene putauerunt.

**i** ¶ Retineat.) de bonis paternis, nisi falcidiam deducat. Vel iuxta aliam sententiam, nihil retineat iure falcidiæ, quasi longe plus habeat, &c. Et dic de legatis pupillaribus utroq̄ casu: ut supra declarauimus.

**k** ¶ Paternæ hæreditatis.) Arg. pro Doct. qui dicunt in contributione legatorum tantummodo desiderari patris bona & non pupillaria, quæ pupillus tempore ffore nulla habuerit. Sed nos eam rem supra temperauimus.

**l** Quid ergo, si nō sufficiat pupilli hæreditas legatis, cū patris suffecisset? de suo quadrante p̄ nimirū dabit substitutus, quæ pater legauit q̄ de suo.

**l** ¶ Quid ergo.) Accurf. hic secundū effectū scienter & recte ponit: licet Ang. Paul. Alex. aliter sentiant, male tamē: ut superius patuit. Quærit aut̄ Papinianus quid iuris sit, si bona testatoris (quæ hic dicuntur pupilli hæreditas propter successionē) legatis sic, ut dicitur, contributis nō sufficiant: quæ tamē ab initio tempore mortis testato ris suffecissent, utpote quæ sub pupilli forte manu sint diminuta. Deciditur id nō nocere legatarijs, quin in ratione falcidiæ bona patris ad eam quantitatem quæ ex die mor tis extabat, reduci debeant: ut si ex ea æstimatione substitutus quadrantē habere potuisset, quæ nunc habere nō possit, nihilominus soluere legata teneatur, iuxta quantitatem quæ a principio fuerat, etiã si de proprijs bonis: ad mensurã tamen prædicti sui quadrantis, ei sit expendendū, & id nō immerito, cum pater de suo, ea patrimonio le gauerit. Qui mihi euidenter uerus intellectus uide ē. Nec uideo quo alio casu is con textus ad ueritatē literæ explanari possit, licet Accurf. & Ald. & aliorū opin. uariet.

Bona patris ad eam quantitatem quæ ex die mortis erat, reduci.

Intellectus textus tui amicus.

Exemplo res declaratur.

Egregia declaratio.

Exemplo tamē res patere poterit. Testatoris hæreditas, cc. ualuit dum moreretur, relicta fuere, c. a filio, deniq; & a substituto, legatorū nomine. Impubes cum successisset patri, bona diminuebat, in centum fortasse, & obiit mortē intra pupillaria, ut ita ex patrimonio paterno ad substitutū tantummodo centū peruenerint. Certe in lega tis præstandis patrimoniū paternū ad diem mortis suæ, & sic ad ducenta quæ eo tem pore extabant æstimabitur, & deducetur falcidia, quæ tunc cōpetisset, scilicet quinquaginta: quo casu centū & quinquaginta restabūt, quæ tota debebuntur legatarijs. Et licet substitutus duntaxat centum in bonis paternis inuenerit, tamen de suis bonis addet quinquaginta ad mensurã quadrantis quæ habere poterat si bona nō fuissent diminuta. Quod si plura essent legata, puta, cccc. ab utrisq; relicta, omnia tamen reducentur ad uires patrimoni; & tunc falcidia deducta, residuum soluet substitutus ex bonis proprijs: non tamen plus q̄ pro modo quadrantis sibi cōpetituri si bona patris non decreuissent. Et hunc puto uerum & expeditū esse intellectum, quæ & Alex. in hoc uers. sensisse uidetur. Accurf. ex glossatorū opinionibus uariat. Tandē quod de diminuto testatoris patrimonio diximus: ediuerso & de aucto dicemus, & nō nisi ad diem mortis quantitas pro legatis præstandis sit æstimanda, deduci q̄ ad eum modū falcidia possit, nō obstante augmento post adquisito, l. in quantitate, in prin. infra eo.

**m** ¶ Pupilli hæreditas.) paternæ bona, quæ iam dicunt pupilli esse, ut qui in eis successerit, ut no. in l. i. q. ueteres, infra, de acquir. poss. & ibi diximus. Intelligi autem ideo non sufficere, quia sub pupilli manu diminuta erant.

**n** ¶ Suffecisset.) ab initio, ex tempore mortis paternæ. Nam si pupillus statim a suc cessione



cessione legata soluisse, recepta a legatarijs cautione, si cui plus q̄ per l. falcid. &c.  
tunc patris hæreditas omnibus legatis suffectura fuerat.

¶ De suo quæ ante.) Id est, secundū suum quadrantem qui ex bonis paternis ex die mortis ei competere poterat: Siquidem ad modū, mensuramq̄ ipsius soluet substitutus de proprijs bonis legata: ut supra declarauimus. Similis expositio in c. de libellis, xx. dist. Et dic suo, id est, sibi debito, sic. l. i. & ibi not. supra, quod cum eo.

¶ Nimirum.) merito. diminutio em̄ patrimonij ita nō debet ad necem legatariorum operari, sicuti & augmentum eis non prodesset, ar. l. si. in fi. supra, de leg. iij.

¶ De suo.) id est, de eo quod suum erat: & sic sub neutro lege. Omnia namq̄ legata ex utriusq̄ tabulis relicta, de suo testatoris & patrimonio & testamento processere, ut statim dicet.

¶ Nec ad rem pertinet, quod ex nullo testamento præstatur ultra vires patrimonij: cum in hac parte iuris, legata quæ secundis tabulis relinquuntur, quasi in primis sub conditione relicta intelliguntur.

¶ Nec ad rem.) Sensus est, Licet hæres ultra vires patrimonij in legatis nō teneatur, l. i. §. si is qui, infra ad Trebell. æstimatio tamē patrimonij ad diem mortis testatoris reducta, si forte patrimonij postea diminueretur, hæredem in eo non subleuaret, quin ex æstimatione supra dicta, nō ex ratione diminuti patrimonij soluere legata teneatur, nō attento quod supra vires soluat. quod & in duplici testamēto patris & filij procedit, cum legata secundis tabulis, &c. Ista tamē clades diminuti patrimonij, hæredem nō amplius flagellat q̄ ordinaria æstimatio ei consuluisse, si nihil esset diminuti ei: Vnde si ab initio solida legata præstari sine falcidia potuissent, & nūc quoq̄ in diminutione solida præstarentur etiā de proprijs bonis: Sin uero ratio falcidiæ habenda ab initio fuerat, & nunc ratio eius habebitur, ut nō ultra eius modū fatigetur. Non ergo patrimonij causa, sed decrementi occasio substituti premit, ar. l. Labeo, in fi. infra de iuris, quod est nota. dignū, nec ab ullo alio, quod uiderim, declaratū. Hodie tamē hæres si nō faciat inuentariū, ultra vires hæreditatis simpliciter tenebitur, ut hic Accur. scienter tenuit, & no. idem in l. i. §. in quibusdam, in uers. sufficiunt, infra tit. i. per autem, de hæc. & fal. §. si uero non fecerit. Quæ est cōmunis opinio Bar. & Doctorum, licet Ray. male contrarium tenuerit, facit tamē ratio euidentis, Lex em̄ præsumit

Hæres grauatus er diminuto patrimonio, nō intelligitur grauatus ultra vires.

Inuentarij beneficium.

Inuentarij omisio onerat hæredem.

qui inuentariū obmisit, bona subtraxisse, d. autem, de hæc. & falci. §. sancimus, quæ est præsumptio iuris & de iure. Cæterū si legatarij cōfiterentur hæredem nō subtraxisse, iam obmissio inuentarij nō noceret, secundū Bal. in l. filium quæ. C. famil. hercis, quia cōfessione aduersarij, præsumptio iuris & de iure tollit. Docto. in autem, sed iam necesse. C. de donat. an. nup. Confessio autē inuentarij hæredem subleuat, iuxta modum æstimationis bonorū ex die mortis. Diminuto autē patrimonio, substinebit hæres qd de iure cōmuni sustinere cogitur, inuentarij non subueniente, secundum Paul. hic.

¶ Cum in hac parte.) Elegans argumentatio, quæ tamē latet: uerū ratiocinatione Rhetorica explicari potest, hac fere serie. Hæres ex simplici testamēto ad omnia quidem legata, sed nō ultra vires patrimonij tenetur. Vires autē patrimonij ad quantitatem bonorum ex die mortis testatoris, & nō ex diminutione, seu augmento postea emergente æstimabunt. At in duplicibus testamentis legata secundis tabulis relicta, quasi in patris sub conditione legata intelliguntur, ut hic est textus. Atq̄ ideo omnia illic legata iuxta modum prædictæ æstimationis solui debent. Proinde cōsequens est non esse impertinens, si substitutus hoc casu ultra vires patrimonij ex post facto diminuti grauatus inueniatur. Nec tumultueris quod Iurisconsultus hic nō omnes istas ratiocinationis partes explicuit: tractantem enim ciuilia, arguta decebat breuitas. Nam apud Rhetoricos id genus ratiocinationis præciditur, ut docet Fab. lib. v. capi. xiiij.

Explicatur latens argumentatio Iuriscons.

Argumenta latere posse.

¶ Sub conditione.) Quæ em̄ in substitutione relinquuntur, ex cōditione pendent, quæ sub



quæ substitutum respicit, & merito in patris tabulis relicta intelliguntur, cum substitutio sit conditionalis institutio, d. l. i. supra de uulg.

Epilogus oim su  
pra tractatoru.

Collige per modum epilogi, q̄ licet substitutus impuberi hæredi intra tempora pupillaria mortuo succedens, ad legata pupillaria teneatur tanq̄ ad æs alienum: si tamen in utrisq̄ tabulis legata sint relicta, contributioni legatorum locus est: quæ si falcidia exigunt, una deducetur falcidia, nō habitata ratione q̄ æris alieni uicem legata pupillaria referant: sin uero non est deducenda falcidia, pupilli legata instar æris alieni soluentur. Debet aut̄ in legatis præstandis quantitas paternæ hereditatis ex die mortis æstimationis: q̄ si ea quantitas sit ex post facto diminuta, non nocebit legatarijs, quibus secundum æstimationem ordinariã, id est, quæ ex die mortis facta est, legata falcidia salua soluentur. Quæ si non sufficient, substitutus ex proprijs bonis iuxta modum quadrantis sibi debiti satisfaciet, nullo in legatis discrimine habito, cum relicta in secundis tabulis censeant sub cōditione in patris contineri. Et licet ultra uires patrimonij diminuti substitutus soluat, tamen ultra uires ordinariæ æstimationis grauari non censebit. Et erit similis omnino ratio de augmento bonorū ex post eueniente, ut illud substituto nō legatarijs, si quid ultra ordinariam æstimationem excurrerit, prodesse debeat.

Nō enim sequitur,  
hæres grauatus  
ultra diminutū  
patrimonij, ergo  
grauatus ultra  
patrimonij.

Si <sup>a</sup> filio suo duos substituerit, & <sup>b</sup> alterius portionē onerauerit, tractari solet: An <sup>c</sup> ex sua persona falcidiam possit inducere, <sup>d</sup> quā pupillus non haberet, <sup>e</sup> uel unus pupillo substitutus.

<sup>a</sup> ¶ Filio suo, impubi. Ut casum habeas qui textui nostro in omni parte accommodetur. Finge patrem qui, cccc. in patrimonio habuit, instituisse impubem, & ab eo aliquid legasse, forte ducēta, eidemq̄ filio substituisse pupillariter Caium & Seium. Caium in ducentis onerasse nomine legatorum, Seium in centum: Nunc eueniente substitutione hac legē quadruntur tria. Primo an Caius legatis oneratus deducat falcidiã id est, quartam: secundo an Seius qui non erat oneratus, deducat, si forte imbubes legata sua non soluit: tertio si soluisset & per stipulationem falcidiæ cauisset, cui ea stipulatio subueniat. Declaratio omnium membrorum infra patebit per discursum. Et est sane is text, etiam ex Doct. sententia admodum q̄ difficilis, Rhetoricis tamen argumentationibus, rei q̄ latinæ puritate totus elegans.

<sup>b</sup> ¶ Alterius, Caij.

<sup>c</sup> ¶ Ex sua, An possit detrahere falcidiã, dū legata ex suo semisse soluere pergit.

<sup>d</sup> ¶ Quam, falcidiã, hanc particulam lege sub modo obiectiōis, quasi dicat, uideat Caium non posse detrahere falcidiã: nã & pupillus cui is Caius succedit, eam nō detraheret, ut qui eo casu tantummodo in semisse grauatus esset, & proinde tota hæreditas non grauaretur. Cum aut̄ iste Caius pupillum representet, igitur & c.

<sup>e</sup> ¶ Vel unus, Alia obiectio. Nam si unus esset pupillo substitutus, et grauatus in semisse non deduceret, cum non esset grauatus alius semis. Sic hi duo substituti qui succedunt in locum impuberis, debent haberi pro uno, ut sic non mutetur causa obligationis in eis, arg. l. ij. §. ex his tamen, de uerb. oblig.

Et facile <sup>f</sup> quis dixerit & consequenter prioribus quæ de patrimonij ratione dicta sunt, non esse falcidiæ locum, <sup>h</sup> & ultra uires portionis conueniendum alterum substitutum.

<sup>f</sup> ¶ Quis, Tertia obiectio quæ sumitur ab ipso patrimonio.

Tertia obiectio  
sumpta ex §. qd̄  
uulgo.

<sup>g</sup> ¶ Consequenter prioribus, Consequentia sumpta a prioribus quæ dicta sunt de patrimonij ratione in §. quod uulgo, proxime supra, ubi deciditur substitutū ratione patrimonij diminuti in præstādis legatis cōueniri posse, ultra uires hereditatis, quasi hoc & in præsentia non sit absurdū. Accur. putat de patrimonij ratione hoc loco ideo opponi, quod in præstādis legatis in d. §. sit contributioni patrimoniorum locus. Quod non



Quod non aliter recipimus q̄ sicut supra explicauimus, Et nota hic elegantem modū loquendi, quod aduerbia eundem casum trahunt, quem sua primigenia.

**b** ¶ *Et ultra uires.* Si enim dicat tres rationes, utpote quod pupillus non deduceret, item nec unus solus substitutus: deniq; & ratione computationis totius patrimonij cōtra Caium substitutū pugnent, iam ultra uires portionis suæ substitutus, graua bitur legata soluere. Sed non est ita, ut statim dices.

Sed uerior est diuersa sententia, p̄inde <sup>k</sup> huic quartā relinquendā existis mantiū, atq; si ita <sup>l</sup> patris hæres extitisset. Ut em̄ <sup>m</sup> opus patris & <sup>n</sup> cōtributio legatorū uim capiunt & formā & originem, ita plures substituti p̄ subducta p̄sona pupilli, reuocandi sunt q̄ ad intellectum substitutionis.

**i** ¶ *Verior.* Hic decidit Iuriconsultus quid obtineat, uolens eam esse ueram sententiam, quod is substitutus Caius deducat falcidiam, perinde ac si ipse a patre esset hæres pro dimidia institutus, & legatis in sua dimidia grauatus; tunc enim sine dubio deduceret, l. in singulis, infra eo.

**k** ¶ *Huic.* Caio substituto onerato legatis.

**l** ¶ *Patris.* testatoris. Et sic eodē iure censent hæredes pupilli intra pupillaria mortui, ac si patris hæredes fuissent: quæ tamē similitudo in plurib; substitutis nō est p̄p̄tua: unde quo ad contributionē legatorū hoc casu accipienda est, ut infra declarabit.

**m** ¶ *Opus patris.* testatio qua sibi & filio testamentum fecit, & dicitur operatio & labor patris. In condendo em̄ filij & suo testamento, opus ultime suæ uoluntatis fecerat, licet Accur. ad huiusmodi uerba, opus patris, suppleat, scilicet & opes pupillares. Sed hoc supra improbauimus. Alij ut Ang. legunt opes patris, & tunc sensus est: patrimonium patris, & contributionē legatorū simul uim & originē capere, & in idem recidit. Est tamen argumentū euidens ex ea litera, quod patrimonium & opes tantummodo patris, non etiā pupilli, in contributione legatorū perpenduntur, ut quæ simul uim & formā & originem capiant, cum quo concōr. l. in duplicibus, infra eo.

**n** ¶ *Contributio legatorum.* In utroq; & patris & filij testamento relictorum, quæ contribuuntur iuxta ea quæ habes in d. q̄. quod uulgo, proxime supra.

**o** ¶ *Vim, formam & originem.* supple simul capiūt, ut sit sensus, Sicuti opus patris, id est patriæ & secundæ tabulæ & legatorum contributio, simul uim, formam, & originem accipiunt, eadem q̄ uis, eadem origine, eadem forma censentur, utpote quod horū robur ex illis pendeat: ita & plures substituti post mortē pupilli, quasi subducta eius persona pro institutis habentur, quo ad legata cōtribuenda. Quæ aut sit uis, forma, origo testamenti, in quo sunt primæ & secundæ tabulæ, Accur. hic declarat.

**p** ¶ *Subducta persona pupilli.* per fictionem, non ex ueritate. Cum enim pupillus hæres fuerat, uere subduci non poterat, unde fingitur subduci, ut substituti ex persona sua, quasi instituti deducant falcidiam, & per hoc omnia soluuntur argumenta supra facta. Non em̄ obstat prima obiectio quæ de pupillo sumitur, quia hic nō in locū pupilli, sed ex sua p̄sona censetur, uelut subducto pupillo. Nec obstat secunda obiectio, quia unus substitutus ideo non deduceret falcidiam, quod haberet totum patrimonium: at hic tantū dimidiā habet. Eadem ratione nec tertia obiectio obest, quia in prioribus, hoc est, in d. q̄. quod uulgo, proxime supra, ideo ex toto testatoris patrimonio fit contributio legatorū, quia unus erat substitutus, in quem totum patrimonium deuenit, & sic totum habuit. At hic duo sunt substituti, ut sic cōtributio legatorum, quæ ex opere, id est, testamento patris, & ex op̄ibus eius originem & uim sumit, non habet locum: sicut nec locum haberet pluribus in testamento paterno institutis: quo casu succederet alia regula d. l. in singulis, infra eo.

**q** ¶ *Ad intellectum substitutionis.* Si habes substitutionis, textus planus est, quia pluribus

*Hæredes pupillares intelligi hæredes patris.*

*Opus patris testamentum.*

*Patrimonium patris, secundæ tabulæ, contributio legatorum, eandem originem, &c.*

*Fictione iuris subducitur persona pupilli.*

*Resolutio obiectio.*



Quomodo substituti ad intellectū substitutōnis reuocentur.

Verus intellectus.

Personam instituti in uulgari substi. aliter subduci quā in pupillari.

pluribus institutis & grauatis, nō fit contributio legatorū uel bonorū patris, sed quilibet per se deducit falcidiam, d. l. in singulis. Alias est in tex. substitutionis, & tunc secundum Accur. dic, scilicet unius, & sit sensus. Plures substitutos reuocandos esse ad intellectum eius substitutionis, quę de uno facta esset: ut sicut unus omnia contribuit deducta falcidia, quia solus omnia habet: ita duobus substitutis, uterq; dimidiam suā cōputare ut deducat falcidiā. Qui sensus in sese uerus est, sed textus eum nō patitur: quia hic dicitur, deducta persona pupilli. At si substitutio duorū ad intellectū unius reuocaretur, nō subduceretur psona pupilli: ad quod Accur. non aduerterat. Vnde tu uerius expone, duos substitutos ad intellectū substitutionis reuocari, id est perinde censerī, ac si subducta psona pupilli essent instituti. Nam substitutio in intellectu suo nihil aliud est, q̄ institutio, cum persona pcedens de medio subducitur, l. i. supra de uulg. Vnde sicut in substitutione uulgari, persona instituti qui nō est hares uere subducitur, ut sic substitutus pro instituto habeatur: ita in pupillari, si pupillus hares sit, & intra pupillaria moriatur, eius persona fecte subducitur, ut in deductione falcidię, plures substituti pro institutis habeantur. Et hoc est quod tex. uoluit, cum dicit, plures substitutos ad intellectū substitutionis reuocandos, id est, ad uim, ad affectum quē habet substitutio, ad quod fa. l. qui fundū, §. cohæres, ibi, licet em̄, & c. infra eo.

Quid tamen dicemus de <sup>a</sup> altero substituto, qui non est oneratus, si forte nondū legata <sup>b</sup> pupillus a se relicta soluerit, & <sup>c</sup> aliquid ultra dodrantem sit, <sup>d</sup> in omnibus <sup>e</sup> & ipsum falcidiam habiturum: <sup>f</sup> atqui <sup>g</sup> quartam habeat, <sup>h</sup> nec idem patitur <sup>i</sup> instituti comparatio. Rursum <sup>k</sup> si negemus, <sup>l</sup> aliud aperte q̄ <sup>m</sup> quod uulgo probatum est <sup>n</sup> respondetur. Itaq; <sup>o</sup> uarietas <sup>p</sup> existet, ut <sup>q</sup> qui proprio nomine oneratus est <sup>r</sup> uelut institutus desideret quartam: <sup>s</sup> alter autem qui non est oneratus <sup>t</sup> ut substitutus (<sup>u</sup> licet portio largiatur <sup>v</sup> eius) <sup>x</sup> non in solidū <sup>y</sup> contineatur, & propter calculi confusionem.

<sup>a</sup> (Altero.) Seio qui successit pro dimidia: & licet ab eo legata fuissent relicta, tamen non multa, ut sic ultra dodrantem suę dimidię non erat oneratus.

<sup>b</sup> (Pupillus.) a quo fuere relicta legata, sed non ultra dodrantem.

Declaratio textus difficilis.

<sup>c</sup> (Aliquid ultra dodrantem.) Nam testator reliquit filio quadringentos, & forte inducentis uel minus eum grauauit: quo casu dodrans, id est nouem uncia non sunt exhaustę: ea legata impubes nō soluerat dum uixit, unde per substitutos sunt soluenta: quorum alter Caius, erat ita grauatus quod nō poterat habere quartam partē dimidię, scilicet ex ducentis florenis quinquaginta: ad hoc legata pupilli non soluta in eum pro sua parte aduoluuntur, is sine dubio detrahit, ac si esset institutus; subducta persona pupilli: & eum casum textus ante fuit executus. Nunc aut de alio substituto Seio, qui cū successisset impubi in altera dimidia, hoc est in ducentis, & esset grauatus forte in centum florenis uel minus: & sic non dicebatur oneratus, attamen legata pupilli pro altera parte soluenda in eum deuenere: Quæritur an is in omnibus, hoc est pupilli & suis legatis, sit falcidiam habiturus.

Omnia pro Virisq; sumi.

<sup>d</sup> (In omnibus.) id est, in utrisq; legatis, tam a pupillo q̄ a substituto relictis. Et lege interrogatiue secundum Ang. & bene, Quærit enim Iurisconsultus, an in omnibus ipse sit falcidiam habiturus.

Improbatur in intellectu Accur.

<sup>e</sup> (Et ipsum.) Non solum alterum substitutum Caium, qui grauatus erat, de quo non dubitabatur quin in omnibus possit deducere, sed an & ipsum quoq; Seium eo iure censeamus: Et lege interrogatiue, ut prædiximus, licet Accur. uelit etiam plane legi posse: quod Alex. sequitur. Sed non est uerum, & elegantia textus hoc non recipit, cum



cipit, cum statim in utraq; partem disceptet Iuriconsultus anteq; decidat.

f ¶ **Atqui,** legendum, licet passim in iure atquin legatur, sed hoc apud autores idos neos non inuenias. Philosophus primo animaliu libro, Theodoro interprete, Atqui (inquit) facile per dissectiones uideretur, si esset. Et habet hæc dictio uim aduersatiuã. Sic in l. atqui, supra de neg. gest. l. eleganter. §. seruus. supra de dol. l. si, in si, supra de cõ dict. sine cau. cum si. Quapropter hic sub modo obiectionis rite ponitur.

Verbum Atqui.

g ¶ **Quartã habeat.** Opponit em Seium substitutum, quartã saltem ex eo habere, q non sit ultra modum pro sua persona oneratus, falcidiã q non posse deducere.

h ¶ **Nec idem.** Alia obiectio. Et est sensus: Si hunc substitutum instituto cõparaueris, ea cõparatio adhuc non patitur idem, id est, deduci falcidiã; nam & pupillus institutus nõ erat ultra modũ grauatus. Et sic colligis argumentum dilemmaticũ. Aut em dices hunc substitutum falcidiã deducere ex persona sua, & nõ potest, qa quartã & forte plus quarta habet. Aut ex persona pupilli instituti: at is quoq; sibi ipsi non posset deducere, cum uel sua legata sint intra modum, igit neutro bi deducet. Sed hæc obiectio uel ideo non stringit, q eodem seruato arguendi tenore, in legatarios retorqueri poterit. Dicit enim substitutus: Aut ex persona pupilli soluendum esse: & deducã falcidiã, cũ & legata adhuc propria me onerent. Aut ex persona propria uelis solui, & iterum deduco, cum legata a pupillo debita me grauent. Sic olim complexiuo Protagoras argumento Euathlum discipulum appetit. Ceterũ Euathlus eadem arguendi serie ita referiebat, ut nodũ iudices explicare non possent. Quã argumentorũ genera Antistrophonta dicunt, ut est apud Gell. lib. v. ca. x. Et licet iudices nõ explicarẽt, nos tamen ibidem explicuimus. Hoc itaq; genus argumenti, quod legistã syllogismũ cornutum, nescio an eleganter, uocant, uiciũ habet & infirmum est, quoties dissolui poterit, licet prima fronte utrinq; pugnare uideat, ut ex secundo Rhetoricorũ Ciceronis patere potest. Dissoluitur aut non difficile, si extremorum natura, qualitas, ratio, conditio, non uniuersalis, sed uaria esse reperiatur. Id quod Iuriconsultus hic non ignorauit, qui sola uarietate conditionis in utrisq; substitutis obiecta tollit.

Argumentũ dilemmaticum.

Protagoras cũ Euathlo. Antistrophon.

Qualiter hoc genus argumenti dissoluatur.

i ¶ **Instituti.** pupilli. Et est sensus, Comparatio substituti ut habeatur pro instituto, non patitur deduci falcidiã.

k ¶ **Si negemus.** Nunc pro parte affirmatiua disputatur. Si enim negauerimus hũc Seium substitutũ posse deducere falcidiã, iam contradicimus regulã, quã uulgo probata est, scilicet cõtributionem posse fieri relictorũ in patris & secundis tabulis, ut ita una falcidiã deducãt: & sic respondebimus cõtra d. §. quod uulgo, proxime supra.

l ¶ **Aliud aperte,** id est, planẽ diuersum dicemus contra uulgatas doctrinas. Et nota hic aliud, poni pro contrario.

Aliud pro contrario.

m ¶ **Quod uulgo,** scilicet circa contributionem legatorum, quã uulgo probata est in patris & secundis tabulis, ut d. §. quod uulgo.

n ¶ **Respondetur,** deciditur. Et sic improprie dicitur responderi, ubi nemo interrogabat, quod adnotauit Erasmus in scholijs super Matthæo.

o ¶ **Varietas.** Dirimit utrinq; obiectiones, decidẽs quod uarietas in substitutis existat, id est, operetur, efficiat q Caius substitutus, qui oneratus erat, falcidiã deducat, ac si esset institutus in dimidiã & grauatus: Sed Seius alter substitutus, licet portio sua largiatur quartam, cum non fuerit oneratus, nihilominus tamen deducet falcidiã tanquam substitutus, ex eo quod onus soluendi legata, non solum sua, sed etiam pupilli ei pro sua parte incumbat: atq; ita in Calculo soluendorũ legatorum confunderet & cõmisceret utraq; legata, ne in solidum super præstatione conueniat, qui est uerus & factus intellectus hoc loco. Colligit Accurs. hic aduerti uarietatẽ, ut iura in unis & eisdẽ substitutis uariant, sic l. Papinianus. §. sed nec impuberis, supra de inoff. testa. arg. contra l. Tidia. supra tit. i. Sed certe uaria conditio substitutorũ eam uarietatẽ excusat, ut pote q alter legatis oneratus esset, alter non esset & concurrerent legata pupilli, quã

Declaratio textus difficilis.

Varietatẽ admitti.

h uel non



uel non oneratum premerè poterant. Ceterū tota hæc disceptatio & decisio plus est in subtilitate quàm in utilitate, ut eleganter dicit Accur. Nam licet in deducenda falcidia sit quædam uariata subtilitas, quod is qui oneratus est quartam ex legatis deducet, ac si esset pro dimidia institutus: Alter uero qui in sua portione non erat oneratus, sed per accumulationem legatorum pupilli, is deducit quartam tanquam substitutus: primo in legatis a sua dimidia relictis, deinde a legatis quæ nomine pupilli soluit: utrobique tamē est eadem utilitas, quia uterque non retinebit, nisi quartam falcidiæ. Vide quod se prudentissimi iurisperiti oblectarint libidine, in utraque partes tam eleganter disceptandi, plus ut ingenij diuitijs indulgerent, quàm quod ea res concertationem exigeret, arg. quod non dedecet etiam ingenij uires disputando periclitari, dum feliciter, dum argute, non ex illota barbarie, & sine ulla arte, quod tamen plerumque fit, contenderis.

*Iurisperiti aliquando disceptando sese oblectant.*

*Existere, operari.*

**p** **¶** Existet.) efficiet, operabitur, qui est signatus modus loquendi, elegantia iurisperitorum dignus: ut si de superbo aliquo doctorculo dicas: Diuitia existunt, non ingenium ut is fastu intumeat. Cice, in lib. i. Diuinationum, pro apparere usurpat. Scribit enim equum Dionysij antequam regnare coepisset, in flumine uoraginibus submersum non extitisse, id est, apparuisse: nisi ab extare deduxeris.

**q** **¶** Qui proprio nomine.) id est, ex causa propria, quod etiam non ineleganter dicitur. Intellige autem Caium, qui ex sua persona erat in. cc. oneratus, cum sua dimidia non plus esset quàm ducenti, & insuper cogere partem legatorum pupilli soluere.

**r** **¶** Velut institutus.) Nam hoc loco fingitur institutus in dimidia, subducta persona pupilli, ut supra declarauimus: ut sic deducat falcidiam ex l. in singulis.

**s** **¶** Alter.) Caius substitutus, cuius dimidia onerata quidem non erat legatis, sed pars legatorum pupilli in eum cumulatam grauaerat.

**t** **¶** Ut substitutus.) Hic nomine proprio tanquam substitutus deducit, non sub umbra institutionis, ut solus suus.

**u** **¶** Licet portio.) Lege per parenthesis, & tex. planus est: licet enim sua substituti portio dimidia quadrantem largiatur, ut sic non esset locus falcidiæ, tamē propter legata pupilli deducet, &c. Accur. hic frustra laborat super uerbo largiatur, cum textus clarus sit.

**uu** **¶** Eius.) scilicet Caii substituti.

**x** **¶** Non in solidum.) sed deducta falcidia propter legata pupilli.

**y** **¶** Conueniatur.) a legatarijs contendentibus solida preestari legata: tum nomine pupilli, quia intra modum dodrantis manent: tum a sese tanquam substituto, cum sua dimidia non sit grauata. Sed hæc argumentatio fallaciam habet diuisionis, ut statim dicam, quia in sensu diuiso non procedit.

**z** **¶** Propter calculi confusionem.) Nam in calculo & computatione legatorum preestandorum, confundentur & commiscebuntur, seu contribuentur legata a substituto & a pupillo relictis, quibus coniunctis apparebit falcidiæ necessitas. Ergo in sensu composito bene arguitur, ut sit locus falcidiæ: in sensu diuiso non, ut per hoc euitetur falcidia: legatorum enim ratio in hoc substituto, coniunctim non separatim habebitur.

*Fallacia diuisionis.*

<sup>a</sup> Huic consequens est, ut si <sup>b</sup> pupillo de falcidia <sup>c</sup> cautum fuerit <sup>d</sup> duobus committatur <sup>e</sup> stipulatio, uidelicet in ea quantitate, quam unusquisque sibi detinere potuisset.

<sup>a</sup> **¶** Huic.) Quod supra decidimus.

<sup>b</sup> **¶** Pupillo.) qui solidum soluerat ex persona sua, cum tamen alia essent a persona substitutorum, si in pupillari moreretur legata expectanda.

<sup>c</sup> **¶** Cautum.) Hoc enim prouisum est, ut si & a pupillo & a substitutis suis sint legata relictis, pupillus si sua soluat legata, cautionem recipiet a legatarijs: si forte casu substitutionis eueniente ex onere legatorum a substitutis relictorum, appareret eos plus recepisse, restituant, l. cui, infra eo, l. i, infra tit. i.

*Cautio falcidiæ*

*Duobus.*



• d. ¶ **D**uobus, utriusq; substitutis, si duo sint: uel omnibus, si plures, cuiuslibet secundum modum sui oneris.

• ¶ **S**tipulatio, utpote quod ex ea stipulatione agere poterunt substituti, contra legatarios super eo quod plus acceperunt: possunt tamē & legatarij si uel stipulatio nō esset per pupillum interposita, superfluum repetere. d. l. is cui, in fi.

Epilogatē autē hunc, q. sic forte poteris. Nam duobus aut pluribus substitutis impuberi heredi succedentibus, si in utriusq; tabulis legata sint relicta, in quib⁹ alter ex substitutis oneratus sit, alter nō sit oneratus, deniq; & legata a pupillo necdū soluta cōcurrerint, eum qui oneratus est sine dubio falcidia usurum: nam si in partē institutus fuisset deduceret: Alter nō grauat⁹, licet nec ex sua, nec ex pupilli psona separatim deduceret, quod neutrobi grauatus ultra dōdriantē appareat, accumulatio tamen legatorum suorum cum pupilli grauamen facit: illi em̄ proprio, hic pupilli nomine soluendum est, unde falcidiam deducet. Ceterū si pupillus propria sua legata solida soluisset, cautione tamē propter substitutorum legatarios recepta de restituendo, si quid plus q̄ per l. falcidiam, &c. solutū esset, ea stipulatio utriusq; pro modo cuiusq; suffragabitur.

*Elegans epilogatio in difficili textu.*

QUALITER PACTVM DE NON  
petendo elidat.

¶ **P**actum de non petendo si sit perpetuum, ipso iure naturalem sustollit obligationē. l. Stichū, q. naturalis, ff. de solu. civili obligatione firma remanente. Ceterum si reus iudicialiter conuentus, exceptionē pacti opposuerit & probauerit, iam elisa, id est, extincta & perempta est civilis obligatio. & ita intelligendus est tex. in l. si unus, q. pactus ne peteret, ff. de pact. Elidere enim perimere, enecare significat, ut apud Verg. Geminosq; premens eliserit angues. Suet. in Cæsare: Sæpe præ turba elisi & exanimati sunt. Sic & in iure Cano. elidi probationes, id est, tolli dicuntur. c. quomā contra, q. si uero, ut lit. non contest. Errant itaq; quicumq; putant civilem obligationē exceptionē pacti conuenti elidi, id est, infirmari uel debilitari: Hoc em̄ & nullo iure dicit, & insuper contra notissimā eius uerbi significatiōnem pugnat: ut iam diximus. Deniq; cum ea exceptio peremptoria sit. l. exceptiones, q. i. ff. de excep. Insti. eo. ti. q. perpetua, ubi dicitur, rem de qua agitur ea exceptione perimi: cōsequens necessario est ut ciuis perimatur: nam obligatio naturalis iam ante ipso iure sublata erat.

*Effectus pacti de nō petendo.*

*Elidere, perimere.*

*Error Doct. in elidere.*

Sed pro Doct. sententiā moueri quispiā ea specie posset. Finge em̄ quod post pactum nō petendi debiti, interueniat pactū petendi: & cum creditor ex pacto posteriori petat, ei obijciatur exceptio pacti prioris, nempe de nō petendo: si nunc elisa & extincta esset civilis, nullo iure creditor ageret: ex civili non, quippe quæ extincta esse prætenditur: sed nec ex naturali obligatione, quæ paulo ante ipso iure sublata fuit. Hic nodus Doctores fortasse torsit, ut intelligerent civile elidi, id est, infirmari, quæ tamē in uim pacti posterioris replicatione firmaret: & ita Paul. de Cast. in d. q. pactus post prin. sensisse uidetur. Sed hoc nihil prorsus esse, nisi errorē improuidum, clarissime constare poterit. Nam licet eo casu, quo unum duntaxat pactū, nempe de nō petendo interuenerat, exceptio eius pacti opposita creditori, & legitime pbata elidat: id est, extinguat civile: tamen si post huiusmodi pactum nō petendi, cōuenisset super alio pacto petendi, iam per replicationē posterioris pacti allegatā in iudicio & legitime probatā, uires prioris exceptionis pacti de nō petendo, ita adimuntur, tolluntur & eliduntur, ut per eā extingui civilis non plus possit, imo suo robore firma maneat, sicuti erat a principio. Replicatio igitur posterioris pacti, nihil facit aliud, q̄ quod exceptionem prioris pacti tollit & enecat, ne contra civile sæuiat, id quod aperte tex. in d. q. pactus, edocet cum dicit: & deo replicatione exceptio elidetur, id est, perimetur.

*Obiectio pro Doct. sententiā.*

*Argumentum dilemmatis contra doctrinam meam.*



Quæ uerba cum sint clara, quæ intemperie circumferre Castrensem Paulum & alios poterant, ut cōtra tam apertū textum dicerent, replicatione posterioris pacti ciuilem quasi debilitata esset instaurari, & tanquā languentem refici & adiuuari? In summa igitur, exceptio pacti de nō petendo opposita & probata, nō aliter cōtra ciuilem enecandam operatur, q̄ si posterius pactum de petendo nō interuenerit: tunc em̄ elidit ciuilem, perimit & extinguit. Cæterum si post pactum de nō petendo, interuenisset posterius pactum de petendo, tūc creditor si agat ad debitum, & cōtra eum de priori pacto excipiatur, ipse uero de posteriori pacto replicet: iam per eam replicationem sublata est omnis uis exceptionis precedentis: manebit q̄ firma ciuilis, quæ nec pacto priori atacta fuit, nec exceptione eius pacti subuersa. Is est planus, facilis & uerissimus intellectus ad d. q̄. si unus, quo ad ea pactorum genera, de quibus illic fit mentio.

¶ **Additio.** (In quo tamen aduertendum, nos non loqui de effectu pacti, in se, sed exceptione & replicatione pacti. Ipsum em̄ pactum, siue sit solū de non petendo, siue accesserit ei ex interuallo, pactum rursus petendi, neutrū operatur elisionem, id est, sublationem aut extinctionē, licet non negem per pactum petendi, ipso habitu, attenuari prius pactum. At exceptio pacti de non petendo, de qua hic loquimur, & quæ actu proponitur & probatur, si nō accesserit aduersum pactū petendi, recte elidit, id est, tollit ciuilem: at accedente pacto petendi, si id replicatione obiectum fuerit, ea replicatio omnē uim prioris exceptionis tollit, quod certe Iuriscōf. in d. q̄. pactus, ad si. satis expressisse uidetur. Exemplum sumi potest ab armato, qui nemine resistente sauire potest: At exarmatus ab aduersario uel oppressus nihil potest.)

In summa indubitatum relinquitur, quod exceptio pacti prioris, & replicatio posterioris, in sese sua q̄ uirtute ipso iure nihil operatur, nisi fuerint obiectæ de facto & legitime probatæ: quia non sufficit allegare nisi probetur: Quapropter Iuriscōf. in d. q̄. pactus, signate dicit, in pactis præuersari factum. Quod autē Bar. in discursu suæ repetitionis, d. q̄. pactus, putat requiri sententiā, ut huiusmodi exceptiones perimāt, nō est ullo iure relatam, & est contra tex. in d. perpetuæ, ubi clare dicitur, exceptione rem perimi de qua agitur: sententiæ † uero nulla fit mentio. Deniq; sequeretur non modica absurditas, iam em̄ sententiæ nominarentur peremptoriæ, nec ulla exceptio iuste peremptoria dici posset, contra d. l. exceptiones. q̄. i. & cōtra l. peremptorias. C. sen. rescin. nō posse. Sed ignorantia uerbi, elidere, Bar. deceptit, & Doct. cum sequentes. Quo nomine uidere est q̄ omnino plures, & quidem periculosos errores in iure ciuili nutriat, purioris linguæ latine ignorantio, & uelut densissimis barbariei tenebris candor iuris ciuilis obducatur. Et putat tamen Alex. quodam loco, malū & imperitū legistā eū præsumi, qui nō utatur latino Iuristis assueto, id est (si interpreteris) qui illo ta barbarie nō sit egregie contraminatus. Alia quæ in d. q̄. pactus, tractantur, quomodo uidelicet stipulatio stipulationem ipso iure tollat: quomodo item ex pacto nō petendi, licet obligatio debiti naturalis tollatur, alia tamen naturalis oriatur, qua cogatur paciscens nō petere: & quædam alia, quia a Bar. & Doct. satis bene tractata sunt, ceterum usq; ad fastidium prolixè, hic transeunda putauimus: hoc sedulo cōmonentes, quicquid in huiusmodi repetitionum sylua super uerb. elidere, male intellecto a Doctoribus edocetur, errorem esse non dissimulandum.

L. QVI SE DEBERE. DE CONDI. CAU. DATA,  
cau. non secuta.

Species facti.

**T**extus iste in primo respōso obscuratur per glossam, & male intelligitur per Bartolum. In quo species facti sic habet: Titius cum putaret se debitorem Valeriæ mulieris, iussu & delegatione ipsius, debitū putatiuum Lucio sponso dotis nomine promisit & soluit: nuptijs non secutis, deciditur solutā pecuniā per Titium a sponso recte repeti. Si em̄ non soluisset, & sponus nuptijs nō secuti pecuniā pro-



nam promissam petisset, poterat exceptione doli se tueri. Sed an ea exceptione Titius contra sponsum, an contra mulierem defendi potuisset, glossa uariat. Bar. putat Titium ideo repetere, quia si non soluisset, erat contra mulierem tutus exceptione doli, cui putabat se debere. Sed hoc a recentioribus recte improbat: non tamen bona omnino ratione. Nos ueram rationem addimus: Siquidem regulare est, si putatius debitor delegetur tertio: & is ex promissione agat, exceptionem putatiui debiti quae contra delegantem competeret, non attendi circa eum cui facta est delegatio. l. si non debitor e, ff. de noua. Isthac igitur exceptio doli, de qua hic tractatur, non solum ex putatiuo debito, sed etiam ex capite nuptiarum non secularium competisset, & sic necessario contra sponsum, & non contra mulierem dirigebatur. Nam si nuptiae secutae fuissent, ea putatiui debiti exceptio, quae contra mulierem delegantem competierat, non suffecisset, l. si donaturus, §. i. de condi. cau. dat. Proinde in casu tex. nostri promissor si non soluisset, duplici capite contra sponsum defendebatur, tum quod debitum erat putatiuum, tum etiam quod is sponsum dolo fecerat, petendo pecuniam causa non secuta. Et is est uerus intellectus ad tex. in uers. quonia, ubi dictio, sed, adiunctiue ponitur, non aduersatiue, sicut etiam alias in l. ij. in prin. uers. sed Seruius quidem, & ibi gloss. ff. ad l. rho. de iac. Et posset fortasse haec doctrina ad omnem putatiuum debitorem manus porrigere qui tertio delegat. Quamuis enim si iste tertius ex delegatione egerit, putatius debitor se ea exceptione quam contra delegantem habet, defendere non posset, d. l. si non debitor e, l. doli mali, ff. de noua. attamen si putatius debitor alicui tertio ob certam causam delegaretur, & causa secuta non esset, credo exceptione doli defendi promissorem. Et haec modica ad d. l. qui se debere, in primu rñs. addere uolui. Nam quod gloss. obiicit de l. qui exceptionem, ff. de condi. indebi. & plura impertinenter inculcat, ad recentiores Doct. te remitto, qui eam objectionem recte dissoluunt. Quod autem Accur. inter alia genera exceptionis doli, exceptionem intentionis enumerat: operae precium putamus de ea exceptione altius ordinari, quando uideo naturam ipsius a nemine ex iusto pensam: at hoc sequenti cap. tractabit.

Cum in capite praecedente de exceptione intentionis facta sit mentio, necessarium est docere, quae & cuius naturae ea sit exceptio. Nam nec ulla Accur. glossa est, nec ulla Doctorum doctrina, quotquot unquam uiderim, quae eam rem aperiat, licet uaria adferantur, omnia tamen impertinentia sunt, & nullius rei. Nouisse ergo conueniet, Intentionem, quamuis etiam alia significet, apud Rhetores tamen & Iurisconsultos pro actione usurpari. Intendere enim hi dicunt, qui rei diligenter incumbunt: ut apud Verg. Intenti signum expectant. Vnde cum actor multa cum opera, intendere & incumbere suae petitioni debeat, intentio pro actione usurpata est. Sic in Actis Apost. cap. xxi. Iudaei scribuntur crimina intendisse in Paulum. & apud Ciceronem, Quintil. & alios, Status uel controuersia causae ex intentione & depulsione nascitur, id est, actione & resistentia. Sic & Iurisconsulti in l. si quis intentione ambigua, ff. de iud. item l. ij. in prin. ubi est tex. elegans. l. generaliter, ff. de excep. l. si, §. si. ubi est expressum, ff. si cer. pe. Instit. de act. §. si quis agens, tex. apertus in l. i. post prin. ff. si men. fal. modum d. ubi dicitur, si ex locato actum fuerit, dicendum erit nec tenere intentionem. fa. l. lite. C. de litig. cum mul. si. Est ergo exceptio intentionis prima & praecipua exclusio & depulsio, quae directo destinata est, & ad hoc solum opponitur, ut agentis propositum in iudicium deductum eliminetur, cassetur, annulletur, & rejiciatur actio, nulla habita differentia an aliqua obligatio an nulla actioe praecesserit. Reus enim sua exceptioe ad hoc non retendit, ut quicquam eorum uel confiteatur uel supponat quae actor, proposuit. l. non utiq. in fra. de excep. cuius text. & originem, & rationem, parci nouere. Proinde non refert cuius conditionis sit actio, an praecedat uel non praecedat aliqua obligatio: Dum enim euenit reus, ut is qui egit a sua intentione ceciderit & rejiciat, iam uoti potitus est. † & hoc † Et q. exceptio uoluit l. ij. de excep. dum decidit exceptionem esse actionis exclusionem: hoc enim intentionis eolo intelligitur, siue actio iuris adminiculo instructa sit, siue nulliter & de facto agatur. co opponatur.

Putatius debitor mulieris, qui pro ea dote promittit.

Noua ratio pro communi opin.

Putatius debitor tertio ob causam delegatus, causa non secuta, se doli exceptione tuetur.

De exceptione intentionis quaedam singulariter noua.

Intentionem pro actione ponit.

Reus qui repulit actionem, usus est excep. intentionis.

Et q. exceptio intentionis eolo co opponatur.



ubi actio ipso iure precessit, text. est in l. uendicāte, ad ff. de euct. cū dicitur: intentione, id est, actione per exceptionem elisa.

Nulla est actio in orbe quā nō precedat color obligationis.

In coniecturali aliter excipitur q̄ in iuridicali.

Oēs excep. peremptorias esse intentionis.

† Additio.

Quod aut sit peremptoria, sa. glo. et 1. a. post doct. in l. si quis iniquus. d. si is pro quo. ff. quod quis iur. in alt.

Exceptio dilatorias nō esse intē.

Excep. incident. in proce. nō esse intent.

Negationē nō esse exceptionē.

Exceptio intentio. improprie est exceptio.

Nec obstat definitio actionis Instit. eo. Nam ex communiter accidentibus, & ex frequentia obseruatū est, q̄ actionem precedat obligatio. Sic & quicquid in iure in uniuersum vel definitur uel deciditur, ad communiter accidentia, non ad punctum naturæ respicit. Moralia enim & ciuilia tractamus, nō Mathematica, l. nam ad ea. ff. de leg. Tamen si etiam hoc constet, nullā esse uel institui actionem posse, cuius non sit aliquis saltem color, aliquod prae-textum, umbra aliqua, ex facto uero uel conficto, extincto uel durante, cui ea actio saltem fronte aliqua tanq̄ coloratae obligationi niti possit: & hoc sufficit, ut exceptione actio excludatur. Recte ergo exceptio intentionis noīabit ea, quæ necem & interitum ipsi actioni intentat, siue iure siue facto actū fuerit. Et hoc est quod Rhetores dixerunt, & maxime Cicero in Vet. Rhe. primū conflictum causa ex depulsione intentionis proficisci, ut sic nō sit alia intentionis depulsio, id est exceptio, q̄ quæ primo conflictu in ipsam sauiat actionem: siue hoc directo fiat, ut in coniecturali: siue ex obliquo, ut in iuridicali statu. quod tamen maiori apud Rhetores explicitatione tractatur. Habes nūc quæ sit intentionis exceptio, & simul deprehendis quātas nugas Inno. Spe. Abb. & Canonistæ ea in re, sparserint, & q̄ omnino sibi nō constiterint, Bar. & legistæ, cū tamen res ex rhetoricis doctrinis, ex quibus iura nostra ciuilia magna ex parte radicanī, nō sit ita difficilis. Ex prædictis primo inferimus exceptiones peremptorias, quæcunq̄ illæ sint, includi sub exceptione intentionis: uti est rei iudicatae, transactæ, & item præscriptionis, desertionis, actionum extinctarū exceptio: quarum aliquae litem contest. morantur, aliquae nō morantur, ut c. 1. de lit. contest. li. vi. quas peremptorias, Trapezontius lib. ij. suæ Rhetor. translationi perfectæ & cōstanti, eleganter annumerat. Secundo inferimus, q̄ exceptio pacti de nō petendo, quia peremptoria est † intentionis exceptio iuste nominabitur. Ipsi em̄ intentioni, id est, actioni opponitur, q̄ repellit ciuili obligatione elisa, id est, perempta: ut supra declarauimus. Quibus consequens est, exceptiones Macedoniani & Velleiani intentionis nominari posse, quod actionibus obiectæ agentem repellant, non habita ratione an obligationes tollantur, an non tollantur. Nec tibi hoc inopinabile aut absurdū uideatur, cū ex ui uocabuli, exceptio intentionis nihil sit aliud, q̄ actionis exclusio, si saltem sua Rhetoricis doctrinis ueritas constiterit. Errorem autem Doctorū, ignorantia huiusmodi pulcherrimarum doctrinarum peperit, sine quibus ius ciuile multis in locis ex iusto non intelligitur: ut Cicero & Fabius recte tradidere. Tertio inferas, Exceptiones dilatorias, quibus sapenūmero actionum exercitia propter diem, per forum, nam, forum, tempus, locum differuntur, non esse intentionis, scilicet quod differunt, non enecant, quas exceptiones Trapezon. translationi imperfectæ, post Cicē, scitissime connumerauit. Quarto inferas, exceptiones quascunq̄, quæ in tractatū, alias processu controuersæ incident: & nunc ab actore, iam a reo: nunc replicando, triplicando, &c. proponuntur: nempe contra testes, instrumenta, & quæ eius sunt generis, non dici exceptiones intentionis, sed simplici exceptionum nomine contineri: ut potest quod ex primo conflictu, directo & principaliter intentioni & actioni propositæ non opponuntur: & de illis intelligitur d. l. ij. d. 1. & ij. quos tex. nūc aliquanto fundatius intelligis. Ultimo inferas, errorem esse, cum per Doct. traditur negationē non esse exceptionem: hoc em̄ & contra Rhetorica præcepta, contra ius & contra rationē dicitur. Quid enim tam excludit actionem q̄ negatio? Quid quod & gloss. in d. l. i. eo. ti. uult reum dici qui non ponat, sed positum neget, ut in excep. pec. non nu. Denique quo perueniet status coniecturalis, qui ex sola negatione consistit: Est rego negatio actioni opposita, uerissima intentionis exceptio. Porro & alium errorem intolerabilem Doctores miscuerunt, cum putant exceptionem intentionis improprie esse exceptionem, & in statuto, quod super exceptionibus factum est, nō contineri: per prædicta enim eius erroris manifesta falsitas usque adeo conuincitur, ut pudor sit in eorum errore confutando fatigari.

Ex præ



**A**dditio. (Ex prædictis relucere intellectus potest ad l. generaliter, de excep. quæ dicit generaliter in præiudicijs actoris partem sustinere, qui intentione habet secundum id quod intendit, ut sensus sit: quamuis reus in excipiendo actor esse uideat, in eo quod probandi onere grauetur, ut l. i. eo. tit. actoris tamen partes uere non sustinet, nisi habeat intentione, id est, actionem secundum id quod intendit, id est, principaliter in iudicium deducit, nisi eum intenderit, actor uere non dicitur, quod in præiudicijs aduerti necesse est. *Glos. & Doct. d. l. aliter intelligunt, exempla ponentes: quæ & si in se uera sint & notabilia, ad tex. tamen parum pertinere uidentur, uerum sua cuiq; sententia hoc loco, salua esto.*)

VERVS ET PLANVS INTELLECTVS AD L. I. §. I. ET  
fi. ff. si quis ius dicen. non obtem.

**I**N L. I. §. I. & fi. ingenia maiorum nostrorum egregie defecerunt, cum tamen huiusmodi tex. non sint adeo difficiles. Nam in d. §. i. aperte deciditur, eum non obtemperare ius dicenti, qui non facit quod extremum est in iurisdictione, nempe qui executorialia recusat, quæ extrema sunt & ultima ius dicenti. Quod autem postea sub imagine exempli præmittitur, de eo qui uendicari non est passus, sed duci & auferri passus est, ideo præmittitur, ut intelligatur quod in contumacia eorum quæ prima sunt non consistat inobedientia poenalis, dum non recusetur ductus uel ablatio. Quapropter per aduersatiuam subiungitur, quando dicitur non esse obtemperatum, nempe in eo qui non quæ principij sunt, sed qui sequentia, id est, duci & auferri recusat, quæ ideo hic sequentia nominantur, ornatissima loquendi figura, quia paulo ante secundo loco nominata fuerant. Duo em iuriconsultus præmisit: Primū cum res uendicatur, & secundo loco, cum res duci & auferri iubetur. Si primū reus recuset, iam non incidit in poenam inobedientia: cæterum si sequentia, id est, quæ secundo loco præmissa fuere, recusarit, tunc demū & non ante non obtemperasse dicitur, ut in poenam edicti incidat. Ergo quod extremū in iurisdictione est perpenditur, non quod sit primū. Et est indubitatus intellectus textus nostri, qui ex ipso filo, ex litera, ex serie, ex elegantia iuriconsulti, & tandem ex ineuitata necessitate uerborum sumit: & quæ Bulgarus uir, ut apparet, acutissimi ingenij, uerissime (licet sub nebula) sensit. Verba em legis sunt clarissima, quibus dicit, quod extremū in iurisdictione est: & postea cum subnectitur: eum qui sequentia recusat tunc non obtemperasse. quod d. non ante sed præcise tunc: ea em dictio præcidit ad extremitatem temporis, per iura uulgata. Attendat hic æquus lector quomodo cōmunes opiniones omnium prope Doct. hūc nostrū tex. corrumpant: sub extremo em primū, exponūt, adducendo, nescio quæ ridicula, de maiori & minori extremitate, & formando syllogismos pueris cognitos, quæ in ueritate præ nimia impertinentia non sunt digna ut cōfutantur. Quis enim unquam in doctrinis moralibus sub extremo primū intellexit? Aut quousquam exemplo, qua usquam simili locutione in toto iure civili adiuuari possunt? Scio dictiones esse, ut Seruius Grammaticus docet, reciproca translationis: ut altum mare, profundum cœlum: sed huiusmodi translationes poetis cōceduntur, ut uario schemate lasciuiant, non uero moralia & ardua tractant. Schemata em quæ in iuriconsultis inueniuntur, sobria sunt, non lasciuientia. Porro ut opinatores isti, errori suo fomēta addant, sub uerbo sequentium, media intelligunt non minori absurditate. Nam quæ media sunt, inter duo extrema cōtinentur: quæ uero sequentia dicuntur, ad statū mediij non quiescūt, sed tendunt ad terminum. Vnde cōcludimus in dicto nostro, quo is ex officio puniatur qui non obtemperauit, eum non puniri qui uel primum uel mediū recuset: sed qui recusat id quod in iurisdictione extremum est. Quam diu em is qui initio contumax est, obtemperare iussui iudicis potest, tam diu non est certum quod non obtemperarit. **Finis**

Ingenia Doct.  
defecisse.

Quæ sint sequentia.

Extremum perpendi.

Bulg. opinio defensa.

Error Doct.

Sub uerb. sequentium, media non intelligi.



*Dissoluitur ob-  
iectio.*

*Aliter citatus  
contumax est,  
aliter non ob-  
temperasse dis-  
citur.*

*Alia obiectio  
dissoluitur.*

*Edictum præ-  
sens etiã contra  
actorem stringi.*

rarit. Finis enim respiciendus, finis attendi, ad finem litis uis edicti nostri referri des-  
bebit. Prædictis non obstat quod etiam ab initio contumax puniri dicitur, l. ij. §. i. ff.  
si quis in ius uoc. quia ibi ad petitionem partis, si eius interesset contumacia punitur,  
non quod iurisdictionem iudicis offenderit. Nam si partis non interesset, iudex ex of-  
ficio non puniret, id quod tex. ibidem clare docet. Et ita seruat consuetudo consisto-  
riorum in nostra Germania, nempe quod contumaciam citati iudex ex officio non  
punit, nisi pars instet & interesse probet. At hic iudex ex officio contemptum litigan-  
tis (etiam parte non instante) punit ideo, quia uere non obtemperauit, si id quod ex-  
tremum est iurisdictionis recusauit: quapropter d. l. ij. §. i. (quæ omnibus Docto-  
oculos præstrinxit, eis q̄ ita imposuit, ut ad complures impertinentes intellectus con-  
fugerent) longe diuerso & alio fine super pœna contumacis loquitur, q̄ præsentis  
edicti uis & natura exigat. Porro non obstat frigida obiectio Accursij, quam in sua  
magna & magna glo. in d. §. i. contra Bulg. facit, uidelicet quod intellectus Bulg. ad  
actorem accommodari non possit, cum tamen edicti series non solum reum, sed etiã  
actorem complectatur. Sed hoc nihil est: dictus em̄ intellectus ita ad actorem, sicuti  
ad reum extendi potest. Quid em̄ si actor in iudicio reali uictus ad expensas & sum-  
ptus condemnetur: recuset aut id quod extremum iurisdictionis est, nempe execu-  
tionem fieri? Quid si actor qui fundum a Titio petijt, instrumenta, iura, monumen-  
ta, & alia ad fundum pertinentia apud sese habeat, & reus dominus declaretur, actor  
re condemnato ad restituendum reo iura huiusmodi, & alia ad fundum pertinentia,  
is autem recuset: nunquid id quod extremum est iurisdictionis recusasse dicetur?

INTELLECTVS D. L. I. §. PI.

*Intellectus ad  
§. si.*

*Partialij: re-  
medijs cõsultur*

*Quanti ea res  
est, quomodo in-  
telligatur.*

*† Tex. est aptus  
et ibi glo. in l. i.  
§. hæc uerba in  
uer. interest, ne  
uis fiat ei.*

Maiori absurditate labuntur Doct. in d. l. i. §. si. ubi cum tex. sit facilis & planus,  
Accur. Bart. & Doct. quodam scrupoleuissimo impediti, ita errarunt ut non habe-  
rent quo tenderent. Sic enim dicit tex. iudicium quod ex edicto procedit, non ad id  
quod interest, sed quanti ea res sit, concludi. Quibus uerbis euidenter euincitur, qd  
in pœna eius edicti non consideretur interesse partium, sed hoc solũ æstimetur, quanti  
ea res sit, id est quanti contumacia non obtemperantis æstimari debeat: ut appellatio-  
ner rei, quæ generalissima est, hoc loco contumaciæ status intelligatur. Relinquitur  
igitur iudicis arbitrio, quanti æstimet eã rem, id est hunc contemptum. Partis autem  
litigantis interesse in hac pœna non consideratur, cum litiganti pro suo interesse alijs  
remedijs possit consuli, nempe l. qui restituere. ff. de rei uend. l. in actionibus. ff. de  
in lit. iur. cum si. Hoc ergo edictum meram pœnam continet, id quod Iurisconsultus  
aperte docuit. Nec quisquam tumultuetur, quod aliquando ea uerba, quanti ea  
res est, æstimationem & precium rei continent, l. prætor ait cuius. §. hæc autem. ff. uo-  
bo. rap. l. inter hæc uerba. ff. de uer. sig. quia ea significatio procedit, cum in specie alijs  
quam ea uerba diriguntur. Sin uero in factum uel non factum: tunc facta æstimatio  
hactenus intelligitur, quatenus natura rei postulat. Et ita in l. arbitrio, cum dicitur,  
nisi restitutio fiat, condemnatione fieri quanti ea res, id est, quanti contumacia est non  
restituendi, ad q̄ si Accurs. aduertisset, poterat obmisisse glossam illic uariantem. Sic  
in l. iij. §. in eum. ff. de dam. infec. ubi ea uerba, quanti ea res est, damnũ intelligitur  
uicini cuius intererat cauere. Deniq; in l. ij. §. fina. ff. qui satisda. cog. quanti ea res est,  
ad id refertur, quod iudicio non fuit statum, eam q̄ non sistendi iacturam complecti-  
tur. Ea ergo clausula pro natura materiæ subiectæ uarie accipitur. †  
¶ Additio. (Sine dubitatione certum puto interesse actoris in l. nostra, non con-  
siderari, ut ei ex hoc edicto ulla competat actio: hoc enim tex. noster a principio ad si.  
euidenter prouidit. Quod autẽ dicitur ea uerba, quanti ea res est, continere id quod  
interest l. si. de præto. stip. duplici uia intelligitur: aliquando important interesse cõ-  
mune, id est, ueram rei æstimatione, ut l. inter hæc, l. hæc uerba, de uer. sig. aliquando  
interesse spe



interesse speciale, id est, utilitatem, quæ ueram rei æstimationem excedit, ut in l. iij. §. in eum, de dam. infec. l. arbitrio. ij. ff. iuxta unum intellectum, de dol. mal. l. pe. §. i. ne quis eum qui in ius. Et hæc doctrina in omnibus causis locum habet, in quibus iurisdictio iudicis non turbatur nec offenditur, ut per ea uerba, quanti ea res est, interesse uel commune uel speciale ueniat. Cæterum si iudicis iurisdictio non solum non parendo, sed etiam turbando, impediendo, & resistendo offenderet, tunc ea uerba, quanti ea res est, nullum interesse priuatum complecterent, sed tantum contumaciam offendentis respicerent: quæ uel maior uel minor esse potest, utpote quod iudex grauior sit aut dignior, contemptus quod iniquior: & ira procedit textus noster, ita quoque his diebus Acciatum magnum uirum aliquo modo sensisse comperi, Cetera hic & in glossa, si ad hæc moderationem accommodabis.)

Quid ergo circumferre glossam & Doct. potuit, ut contra aperta uerba textus, docerent actionem in factum ex hoc edicto litiganti dari ad interesse, cum tex. aperte exigat hoc iudicium ad id quod interest non concludi? Quis male sanus error est, docere quod poena edicti nostri meram poenam non contineat, cum tamen Iurisconsultus uerbis clarissimis contrarium decidat. In hoc igitur iudicio mera poena est, quæ & tantummodo ad id æstimabitur quanti sit contumacia, ad interesse autem litigantium non respicit. Et sic magnus iste & uerborum, et glossarum apparatus in hac totali adiectus, tanquam plenus errorum & tenebrarum cecidit, quo nomine operæ precium est clariore glossas substituere, ut ueritas uelut oculis subiecta, euidentius appareat.

Contra Doct.  
errores.

GLOSS. AD L. I. FF. SI QVIS IVS  
dicenti non obtemperauerit.

VLPIANVS.

**Q**uoniam <sup>a</sup> omnibus <sup>b</sup> magistratibus (non tamen Duumuiris) secundum <sup>c</sup> ius <sup>d</sup> potestatis suæ concessum est, iurisdictionem suam defendere <sup>e</sup> & poenali iudicio constituto.

† auditor ac  
ptissima uerba,  
interesse partis  
excludentia.

<sup>a</sup> (Omnibus.) Vertebatur in dubium, qualiter magistratus iurisdictionem suam, si forte contemneretur, asserere ab iniuria posset poena inflictæ. Rndet Vlpianus, omnibus magistratibus, maioribus, secundum ius potestatis, id est, iuxta modum imperij, defendere iurisdictionem posse, ut poenam siue magnam, siue mediocrem, iuxta qualitatem contemptus ingerant; quod tamen non possunt Duumuiris, inferiores magistratus, ut quibus non sit ius potestatis, tamen si eis modica coercitio protuenda eorum iurisdictione non denegetur.

Maiores magis  
stratus auspicio  
to creati.

<sup>b</sup> (Magistratibus.) Consulibus, Prætoribus, Præsidiibus, & alijs id genus prefectis, qui quoniam auspicio creabantur, teste Gellio, maiori magistratu pollebant. Hodie ciuitatibus imperij per Germaniam, idem ius uel priuilegio, uel consuetudine tribuitur, non ita uillis & uicis: id quod quotidiano usu cognoscitur.

<sup>c</sup> (Non tamen Duumuiris.) exceptiue legas, non inclusiue, ne elegantia textus in absurditatem corrumpatur. Intelliguntur autem sub Duumuiris, magistratus municipales. l. dies. §. si forte, infra de dam. infec. l. si. C. de iud. cum si. Qui cum se ueriores multas non indicant, ar. l. defensores. ij. C. de defen. ciui. imperij potestate suam iurisdictionem tueri non possunt, modica tamen multatione tuentur; ut supra diximus.

Duumuirum  
coercio.

<sup>d</sup> (Potestatis.) Quo uerbo, maiores magistratus intelliguntur. l. eum qui. §. i. supra de iur. om. iud. l. potestatis, infra de uerb. sig. In Duumuiris autem potestatis appellatio locum non habet, l. nec magistratus, ad si. infra de iniur.

Potestas ad  
maiores.

<sup>e</sup> (Poenali iudicio.) sententia uel iudicio, proprie intelligas, quod fiscus exercent: potest tamen magistratus etiam ex officio punire, id quod usu quotidiano patet. Quod autem Accur. hic in fine, actionem litigantibus ad interesse competere docet, non est uerum, & est contra tex. ut infra probabimus.

Is uidetur



<sup>a</sup> Is <sup>b</sup> uidetur <sup>c</sup> ius dicenti <sup>d</sup> non obtemperasse, qui, quod <sup>e</sup> extremum in iurisdictione est, non fecit: <sup>f</sup> Veluti si quis rem mobilem uendicari a se passus non est, sed duci eam & auferri passus est. <sup>h</sup> Ceterum si & sequentia recusauit, <sup>i</sup> tunc non obtemperasse uidetur.

<sup>a</sup> ¶ (Is.) Totum hoc edictum ad interesse partium nullo pacto respicit, sed tantummodo id agit, ad hoc unum tendit, ut contemptores maiorum magistratum poenali iudicio coercerentur, declarando, quando dicantur iurisdictioni non obtemperasse id quod tex. a principio usque ad finem clarissime docet: ad quod si glossatores respexissent, multa intermisissent impertinentia: quae partim erronea, partim inepta ex ludo puerorum de maiori & minori extremitate sumpta, in apparatus inutiliter inculcantur.

Verb. Videtur, non importare fictionem. <sup>b</sup> ¶ (Uidetur.) proprietatem sermonis non fictionem importat. Nam uere non obtemperauit, qui id quod extremum, &c. Sic & in fi. §. uerb. uidetur, intelligi debet.

<sup>c</sup> ¶ (Ius dicenti.) maiori magistratum. Hoc enim uerbum ad maiorem referri magistratum, Accursus bene docuit in l. i. supra tit. ij.

<sup>d</sup> ¶ (Non obtemperasse.) restituisse executioni, recusasse eam: & est mollior figura loquendi per Lyptoten.

<sup>e</sup> ¶ (Extremum.) ultimum sine dubio intelligit: extrema enim ultima nominari nemo ignorat. Et quamuis duo aliquando extrema rebus assignentur, hoc tamen fit, cum non ad numerum ordinalem, sed ex finibus suis res consideratur. <sup>f</sup> At in casu nostro iudicium ex principio ordinatur, & ita deinceps ordine procedimus usque ad extremum, scilicet cuius essentia (ut uerba Themistii in Physicis usurpem) in prioribus alicuius, ad aliquod posterius transitu consistat. Quo casu impossibile est, ut quae prima ordine sunt, ultima dici possint, uel rerum natura salua, ne latinitate dicam. Quapropter intolerabilis error est Accursii, & communiter Doct. qui sub extremo, ea etiam complectuntur quae prima sunt. Porro cum iudicij processus opus sit successiuum, quod non ex ipso tractatu, sed ex fine consummatum dicitur: nam nihil actum esse dicit, &c. l. i. in fi. C. ad Silla. unde non potest contemptor dici iurisdictionis iudicialis, qui in principio uel in medio non obtemperarit, nisi recuset id quod in iudicio est ultimum: eamque ob rem ad poenam edicti litigantes teneri non debent, nisi certum sit eos non obtemperasse. At certum esse (pendente iudicio) non potest, consummato potest. Quamuis enim inter procedendum in aliquo non pareatur, sufficit tamen parere sententiae definitiuae, quae si recusetur tanquam extremum iudicij, iam tunc recte dicitur non esse paritum, arg. d. l. i. in fi. Vel fingamus duos, quorum alter a principio citatus compareat, & toto processu obediens sit, executionem tamen sententiae recuset, ei que resistat: alter citatus principio contumax sit, & porro in processu uel raro uel nunquam compareat, ceterum executioni sententiae non resistat, pareat enim iudici exequenti: uter ex eis dicitur iudici non obtemperasse: uter in poenam edicti incidet? Certe is qui quod extremum in iurisdictione est non fecit: & hoc ratione naturali, imo & sensu percipitur. Sed & auctoritate Euangelij firmari poterit: nam Matthaei cap. xxi. Pater cum duos haberet filios, unum ex eis ut in uineam iret iussit: qui recusauit, sed postea iuit tamen: Alter cum iuberetur ire, dicebat se iturum, & non iuit: recte prior paruissimum scribitur. Nec obstat d. l. ij. §. i. infra, si quis in ius uocatus, quia ad hoc supra respondimus, illic contumaciam citati non comparentis hactenus puniri, quatenus intersit aduersarij, quod interesse si cesset, & poena cessabit. hic finalis contemptus etiam si aduersarij non intersit punitur. Illic in ius uocatus comparere potest, & nihilominus non obtemperare: Hic uocatus potest non comparere, & parere tamen iudicis sententiae poterit.

<sup>f</sup> ¶ (Veluti.) Duo proponit Iurisconsultus: unum si reus a se rem mobilem uendicari non pateretur: Alterum si pateretur a se abduci, significando hos duos casus propositos, ad edictum non pertinere, nisi & sequentia, &c.

<sup>g</sup> ¶ (Passus est.) Quod ad poenam edicti non pertinet, quia obtemperat in eo quod extremum est, Ceterum

† ¶ Additio. Id est, in quantitate continua, quilibet terminus extremum dicitur, at in quantitate discreta, ut est numerus, extrema ultima dicuntur, sicuti apud logicos latius habetur.

Respondetur obiectioni.



h. ¶ **C**æterum si & sequentia.) Iuriscōsultus per seiunctionem, infert duobus illis casibus supra positis in edictum non committi, nisi & sequentia reus recuset; nempe si rem a sese abducere non pateretur; tunc enim diceretur non obtēperasse. Igitur hoc uerbum, sequentia, ex præcedentibus determinatur; intelligas enim ea quæ paulo ante Iuriscōsultus secundo loco proposuerat: si quidem duo fuisse proposita, iam proxime declarauimus. Vide quæ eleganter, plane & facile tex. noster sine omni scrupulo, doceat tunc committi in edictum, si quæ ultima sunt Iurisdictionis recuset. Accur. & Doct. dum elegantiam tex. nostri non assequerentur, sub uerbo, sequentium, media iudicij; & sub uerbo extremi, principium & finem intellexerunt. Omnia fortassis more rusti corum simul inculcare volentes, cum alteri ab altero separare non possent. Sed quis non uideat apertam fieri uiolentiam textui nostro? Nemo enim unquam sub uerbo, sequentium, media intellexit; uel sub uerbo, extremi, primum. Verè elegantia sermonis latini eos decepit, quia sæpenumero duobus propositis, ea nominari sequentia solent quæ secundo loco sunt posita; ut si quis, exempli gratia, diceret nihil pulchrius esse Rhetoricis præceptis si cum legalibus doctrinis sint coniuncta; sequentia tamen (id est legales doctrinas) Reipub. magis conducere. Ad hanc figuram loquendi, fa. l. sæpe. §. sed scientibus, infra de re iud. 4. Additur quod a sequendo, secunda nominantur. Sic enim secundas nuptias, sequentes appellamus, etiã si tertie sint uel quartæ, per iura uulg. Quod si quis putaret tex. nostrum implicatiue loqui propter copulam, Et, propterea quæ concursus primi & extremi implicari: Non obstat, si quidem isthæc implicatio remotiue fieri intelligitur, non positiue, quasi diceret, non sufficere priora nisi etiã sequentia recusetur, ut uis recusationis non exprimit, sed ex sequentibus reluceat. Et hunc intellectum Iuriscōsultus manifeste denotat, cum dicit: tunc non obtēperasse, &c. ut ita recusatio ad extremum temporis punctum redigatur. *Vel dicemus implicatiue nem esse facti non iuris: de facto enim proponebatur reum priora recusasse: cæterum de iure sufficeret sequentia tantum recusari. Vel dices copulam hic non poni implicatiue, sed ad ornatum sub quadam epitali, ut in l. si cum dotem. §. si maritus, in uerb. & illud, infra sol. mat. Sed prima uerior.*

Verb. sequentia  
declaratur.

Sub uer. sequen-  
tium, media ma-  
le intelligi.

Elegans figura  
loquendi p. uer.  
sequentia.

Resolutio obie-  
ctionis.

Implicatiue uis

¶ **A**dditio. (Pro uerbo, sequentia, tex. est elegans in l. si. §. Titius, uerf. nos dicimus, de uulg. & pup. subst. ubi cum duo proposuisset, scilicet, Stichus hæres esto: si Stichus hæres non erit, Stichus liber hæres quæ esto, &c. deinde dicit Iuriscōsultus, Ex sequentibus uerbis libertatem illi competere, id est, ex uerbis institutionis secundo loco propositis. Sic in l. Titia Seio. §. Seia libertis, ff. de leg. ij. cum fundum duobus libertis legasset, & deinde legatum alijs libertis restitui cauisset, dicitur duos gradus substitutionis esse factos: unum, ut prius nominati alter alteri succederent; alterum, ut is qui nouissimus decederet, fundum restitueret eis quos postea numerauit, id est, quos supra secundo loco numerauerat, licet gloss. ibi uariet.)

¶ **T**unc non obtēperasse.) Vides hic quæ manifeste Iuriscōsultus ultima requirit. Nam dictio, tunc, ad ultimū punctum tps rem ipsam redigit, ut supra diximus l. iij. in fi. infra de cond. & demon. l. uxori. iij. ff. de usufru. leg. cum si.

Verb. tunc.

¶ **S**i procurator tuus uel tutor, uel curator ius dicenti non obtēperauit, hoc edicto ipse punitur, non dñs, uel pupillus. Non solū aut reum, qui non obtēperauit, hoc edicto teneri Labeo ait, uerum etiam b petitorum.

¶ **S**i procurator.) Clarus est hic. §. & per Bart. bene elucidat, quapropter ad commentate relegamus.

¶ **P**etitorum.) actorem intelligit. Sed quia de rei uend. hic exemplū dedit, recte petitoris appellatione actorem nominauit, l. actio, infra de actio. Et licet hic de re mobili uendicanda mentio fiat, tñ & de immobili tex. procedit, ex paritate rōnis. Porro quæ hic



*Actorem etiam teneri hoc edicto* dicitur non solum reum, sed & actorem teneri hoc edicto, eo patere exemplo potest quod supra declarauimus: nempe si actor qui fundum sibi restitui petit, monumenta & instrumenta ad fundum pertinentia apud se habeat, is si in iudicio succubuerit, quod reus se dominum probauerat, & iussus restituere instrumenta fundi, non obtemperet, certe iam in edicto incidit, ut sic Accursus improvide errauerit, putans intellectum Bulg. (quod & nos defendimus) actori non conuenire, cum rectissime ad eum accommodari iam docuerimus.

*a* Hoc iudicium non ad id quod *b* interest, sed *c* quanti ea res est *d* concluditur: & cum *e* meram poenam contineat, si neque post annum, neque in heredem datur.

*a* Hoc iudicium.) poenale, quod fisco datur contra non obtemperantem, l. multatam, C. de mod. multat. Quod tamen aliquando controuersae subijci potest, si is qui edicto urgetur, sese obtemperasse contendat. Accursus & Azo putant etiam aduersario actionem in factum competere ad interesse contra tex. nostrum, qui clarissimis uerbis contrarium decidit: ut mox subijciemus.

*b* Interest.) Audis Accursus, qui aperte te subuertat Iurisconsultus, hoc enim iudicium non datur ad id quod interest, cur tu ex directo repugnas textui: Quod si ferendus non est, qui uerba clara pro suo arbitrio interpretari pergat, l. quicquid, iij. respons. infra de uer. obli. quomodo feremus Accursus, & Doct. apertissima tex. nostri uerba in totum destruentes: Nulla ergo fratres, nulla prorsus parti actio ex hoc edicto ad interesse datur, id quod Iurisconsultus hic manifeste asseruit.

*c* Quanti ea res est.) Hic occurrit Accursus & Doct. nodus paulominus inexplicabilis. Nam hic non uenit interesse, & tamen consideratur quanti ea res est, nunquid paria sunt interesse, & quanti rem esse: l. si, infra de praeto. lti. cum si, quomodo ergo hic interesse iterum reducitur, quod iam ante ab hoc iudicio remotum est: Vel quomodo attendit hic quanti res est, cum hoc iudicium meram poenam contineat: Hoc perplexum torsit glossatorum capita, & in diuersas distraxit lecturas. Sed non est hic ulla tanta difficultas, quae propius rem intuenti non facile explicetur. Cum enim deciditur edictum non ad id quod interest concludi, interesse priuatum partis intelligitur, quod in edicto nostro prorsus non attenditur: Caeterum cum subiungitur, considerari quanti ea res sit: intelligas quanti sit contumacia, seu contemptus non obtemperantis. Cum enim rei uocabulum sit latissimum, l. i. in si. ff. si cer. pe. l. rei. i. ff. de uer. sig. recte hic appellatione rei, contemptus uenit non obtemperantis: sicut in simili in l. arbitrio. ij. rns. infra de do. lo. in l. ij. §. si, supra qui satisda. cog. sic alibi in l. si procuratori falso. ff. de con. cau. dat. dum dicitur id quod ob rem datum est repeti, Paul. & Alex. appellatione rei, liberationem interpretantur.

*d* Additio. (Et hunc meum intellectum his diebus inueni tenere las. post multa sua commenticia, in hac praesenti l. §. si. col. iij. qui allegat Iaco. de Ra. Cy. Albe. Ang. Pau. & ita uides me non prorsus paradoxa scripsisse.)

Est ergo sensus planus & facilis, in edicto nostro non esse respiciendum quid intersit partis, sed hoc duntaxat aduertendum, quanti sit contumacia non parentis: ut ita pro magna uel parua causa recusationis, maior infligatur poena uel minor. Et hoc est quod in textu nostro poenalis iudicij mentio fit: quod huiusmodi poena cum causae cognitione pro qualitate, negotio, persona, tempore, & alijs circumstantijs imponitur. Hoc uerissimo intellectu cadent uariae lecturae, cessabunt opinionum somnia, & tex. noster a principio ad finem, iusta & concordia serie constabit.

*d* Concluditur.) absoluitur, comprehenditur. Vnde apud Rhetores Conclusio, peroratio, seu orationis absolutio dicitur.

*e* Meram poenam.) Recte hoc iudicium meram poenam habet, ut ita appareat, nullum priuatum partis interesse, permisceri oportere. Quod ergo Accursus putat meram esse poenam respectu soluentis, tortura est & uiolentia quae syncero textui infertur. Nec minori

*Actorem etiam teneri hoc edicto*

*Quanti ea res sit, qualiter intelligatur.*

*Improbatur Accursus. intellectus.*



Nec minori errore labitur Azo, cum hunc finem ad reipub. poenam: principium aut ad interesse partis referri debere docuit. Hæc em̄ disseparatio a phrasi, a serie, a natura, a germano sensu tex. nostri quam maxime abhorret: quamuis Bart. & communiter Doct. sequantur, non curantes quid tex. exigat, sed quid glossarum corrupte læ distorserint. Totus ergo tex. de mera, & nihil aliud q̄ de mera, & omnino de mera poena locutus, interesse partis manifeste exclusit. Quod si Doct. ad uim & uocabulum, meri, respexissent, facile uitare isthæc absurda poterant.

f. ¶ Neq; post annum.) Isthæc sequentia usq; in finem plana sunt. Hæc em̄ est de natura poenalis iudicij, ut nec post annū, si a prætore descendat, nec in hæredes cōpetat. In honorarijs, infra de acti. reiectis prorsus quæ Accurs. Azo, & alij in eorū glossa magna in hanc partē cōminiscuntur. Est aut̄ hic totus titulus a moribus Romanorū uetustis sumptus. Nam sæpenumero sup̄ rebus uendicandis, magnæ oriebantur controuersia, dū possessores etiā per sententiā condemnati, restituere res occupatas nolent. Hoc est quod cōqueritur Ennius apud Aul. Gell. Non ex iure manu consertū, sed magis ferro Rem repetūt, Gell. lib. xx. ca. ix. Solennes aut̄ ritus, qui in rei uendicatione fiebant, pulchre, sed amariuscule attigit Cice. in oratione p̄ Murena. Non ergo iniuria, cū hic titulus contra eos qui nō obtemperant magistratib⁹, distringit, exemplū ab his sumptū est, qui uindictis rerū obsistūt: id est, res ab eis auferri nō patiuntur.

Contra Bart.  
& Doct.

Vestigia originis huius tituli.

Solennes ritus rei uend.

VNIVERSALIS Sermo, SEV ENUNTIATIO AN VNIVERSALITER intelligatur, contra Doctorum dicta, noua explanatio.

**B**artolus in l. i. §. nunciatio, de op. no. nuncia, cum textus decidisset, omnibus diebus nunciari posse, de ueritate uniuersalis propositionis, quædam ex lac. de Aret. & Old. docuit, quæ nec uera sunt ubiq; nec uim uniuersalitatatis explicant. Distinguit em̄: aut uniuersalis locutio sub præsentī uel præterito, an uero sub futuro enunciatur: & tunc an de extensione actuum concessorū, an uero concedendorū sermo fieret: multa inuolute, nihil perfecte, pleracq; cum uitio tractans. Ego sine distinctione uel temporis, uel actuum, sup̄ uniuersali locutione hanc generalē regulam cum temperamentis sequentibus uetissimā puto, uidelicet. Quod non solū in moralibus & posituiuis, sed etiā in quocunq; sermone, uniuersalis enunciatio, nō uniuersaliter & illimitate, effuso q; ex cursu intelligi: sed determinari, temperari & coerceri debeat iuxta naturā, conditionē, qualitatem, aptitudinē, personarum, rerum, negociorū, temporis, loci, aliarū q; circumstantiarū, quæ uniuersali sermone sese accommodarint. Quæ doctrina, nō solum in iure nostro, sed etiā in sacris literis est frequentissima. Sic Ioan. iij. Samaritana mulier ciuib⁹ suis nunciabat falsuorem ei omnia dixisse quæ fecisset: qui tamē nihil nisi de maritis ei dixerat. Ecclesiastici, xvij. Homo sapiens omnia metuit. Hieremias, vi. Omnes auaricia student. Luca, vi. Omni petenti te tribue. Sic Gen. cap. ix. Omne quod mouetur & uiuit, erit tibi in cibum, & infinitis alijs locis. Hoc est qd Accurs. in l. omnes. C. sine cen. uel re. cōpluria exempla docuit, quibus uniuersalitas temperatur. fa. glos. optima in l. sed si cōpromissum, in fi. ff. de arb. glos. in l. qui aut̄, in fi. ff. de consti. pec. in l. emancipari. ff. de adop. tex. in l. generali. §. uxori. ff. de usufru. leg. ubi ex mente Bartoli, licet omne frumentū testator legasset, id tamen quod uenditioni destinātū erat non cōprehenditur. Item in l. placet. ij. C. de peda. iud. libera facultas est ex omni causa prouocandi, cum tamen alibi excipiantur causæ, quæ celeritatem desiderant. l. si. ff. de appe. reci. fa. glos. in l. creditori. ff. de bo. aut. iud. poss. & est pro hoc tex. elegans in c. i. §. si. de iure iur. lib. vi. Sic & in uniuersali oratione persona loquentis excipitur. glos. c. petitio. de iure iur. Paulus. i. ad Cor. c. pe. ubi dicit̄ patrē excipi, cū filio omnia subiecerit. Mitto innumeras alias authoritates, cum oīs scriptura pro ueritate huius regulæ exuberet.

Male explicat.  
Bart. uniuersalem proposit.

Generalis regula.  
Uniuersalem sermonem non uniuersaliter effundi.

Quid in sacris literis.

Personam loquentis excipi.



- Confirmatio regule.** Quæ regula etiam sensu & ratione humana percipitur, cum nihil in uniuersum inter homines geri uel dici possit, quod nõ adiecta aliqua qualitate modore. Hinc est qd dicimus uniuersalem propositionẽ aliquando pro generibus singulorũ distribuere: ut cum scribitur omne animal in arca Noe fuisse. In eum sensum (nouiter fortasse) intelligimus illud Apostoli: Deus uult omnes hoies saluos fieri, hoc est, omniũ nationũ homines, siue Græcos, Iudæos, Barbaros, siue aliã quamcunq; nationẽ. Qui mihi uidetur planus intellectus, ne in Deo, in quo est summa simplicitas, duas uolũtates, antecedentem & consequentẽ cogamur distinguere. Fallit autẽ hæc regula, Primo, ubi ad rationem differendi logicã de significatione terminorũ uniuersalis propositionis tractatur: tunc em̄ uniuersalis sermo in naturali suo excursu relinquit, ut cum declaratur quã uim de natura sermonis hæc oratio habeat, Omnis homo sedet: quod tamẽ ad exemplum ponitur ut ueritatẽ logicam terminorũ, nõ moralem indicet, ar. l. obligationum, in fi. ff. de act. Secundo fallit, si oratio uniuersalis ab intrinseca qualitate sumatur, uel ab his quæ naturalia uel quasi naturalia sunt: ut cum dicimus, omnẽ hominem esse risibile. Sic Dauid, omnem hominem mendacẽ dicit, & Philosophus, omnẽ hominem ad scientiã naturaliter inclinari. Sub hanc limitationẽ, si eam bene accõmodaueris, cõplures uniuersales sermones in sacris literis & alias, sine conficta ista Bar. toli distinctione huius, uel alterius temporis ad illimitatã ueritatem effundes. Sed ea in re est discretione opus. Tertio fallit, si oratio uniuersalis ex aliã uniuersaliori adiunctione intendat: ut si statutũ iubeat, eum capite puniri, quicumq; hominem occiderit qualitercunq; uel quibuscunq; modis id fiat: nam hæc uniuersalitas sinũ quãmaxime explicat, si Saliceto credimus in l. ij. C. de noxa. Quapropter si in casu d. l. generali. q. uxore. ff. de usufru. leg. testator omne frumentũ suum, quodcunq; in domo sua quocunq; loco legasset, omne frumẽtum sine exceptione, etiam si quid uenale esset, includeretur: quod ex Bar. colligitur in d. q. uxori, in fi. Sic rectorẽs uniuersitatũ in mãdatis publicis, puniri omnes eos iubent, qui excesserint, cuiuscunq; sint uel status, uel conditionis, uel eminentiã. fa. glossa singularis in l. promittendo, in prin. ff. de iur. dot. Hanc tamen fallentiam temperabitur notabiliter in his, quos uel defectus ætatis, uel similis qualitas ex naturæ impedimento excusat: hi em̄ in huiusmodi sermonibus excipiuntur, ut est glos. notabilis in d. l. promittendo. Deinde & secundo temperabitur si sub epitali, id est, uehementia quadã, & uelut sub excessu hyperbolico huiusmodi uerba uniuersaliter intensiua usurpentur: ut de Samaritana, Ioan. iij. quæ ciuibus suis dicebat, Dominũ ei omnia quæcunq; fecisset dixisse, ea em̄ uerba per excessum accipiuntur, sicut Ioannis ultimo: Nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros: nam & ibi, teste Erasmo, excessus est, quod & alibi idẽ doctissimus uir in epistola Pauli ad Coloss. cap. i. adnotauit, dum scribitur, Euangeliũ prædicatũ esse in uniuersa terra: per excessum em̄ significari dicit undiquaq; esse diuulgatum. Sic Danielis. iij. Rex Nabuchodonosor omnib<sup>9</sup> populis, gentib<sup>9</sup> & linguis, quæ sint in uniuersa terra scripsisse dicit. paria legis Matthæi. xviij. Si duo ex uobis consenserint super terrã, de omni re quamcunq; petierint fiet illis. Huiusmodi ergo figuratas locutiones in sacris literis attendendas cõmoneo. Quarto fallit, si uniuersalis sermo enuncietur in his quæ sunt uniformia, & ad simile ius cooptata: ut cum dicitur, soluta omni pecuniã pignus liberari: nam uel uno nummo nõ soluto, pignus remanet. ar. l. si rem. q. omnẽ. ff. de pig. act. Et in sacris literis, omnia in numero, pondere & mensura dominus fecisse dicitur, fa. l. Iulianus. ff. de leg. iij. l. si cui serui. ff. de leg. i. Hæc limitatio acute est excutienda, ne decipiat. Quinto fallit, si de uniuersali propositione, uel sub modo, uel sub cõditione sermo fiat: tunc em̄ uniuersalis propositio simpliciter & uniuersaliter oia complectitur, quæ ad uerificandã conditionẽ, modumue exigunt: ut in sacris literis, Donec omnis Israël saluus fiat, si procedit l. si is qui. q. utrum. ff. de reb. dub. Cuius ratio hæc est, quia cõditiones & modi intra certos fines limitantur: ut sic sermo



ut sic sermo vniuersalis facile ad omnia in finibus contenta effundat. Et hoc est quod dicitur, eōditiones ad unguem esse implendas, l. Meuius, l. qui hæredi, ff. de condi. & demon. Circa prædicta omnia diligenter cōsiderandę sunt vniuersales elocutiones, quomodo ponderandę sint vniuersales sermones: quo fine, in qua materia, quo proposito, sup quibus personis, rebus, negocijs proferrantur: ut sic appareat, qualiter eius vis uel potestas, plus uel minus extendatur: cuius rei plena sunt exemplis oīa prope iura. Et proinde actus concessos a concedendis, tempus a tempore distingui nō oportebit, ut la. de Are. Oldra, Bar. & Doct. improuide docuerunt, sed ad ea quę supra dicta sunt, respiciendum. Accedat id quod uerius docuit Old. consil. cxlvij. dum dicit nullum uerbū esse adeo vniuersale, quod ex consideratione debitarū circumstantiarū, non debeat ciuilitate intelligi, & limitatio-  
nem recipere, per iura ibidem allegata. Ex prædictis patet, q̄ omnino uel captiose, uel improuidenter Doctores in suis consilijs, ab vniuersali oratione argumenta sæpenu-  
mero sine ullo delectu formare soleant.

Quomodo ponderandę sint vniuersales sermones.

Verior sententia Old.

FILII DVORVM FRATRVM AEQVALI GRADV DISTAN-  
tes, patruo succedunt in capita, non in stirpes,  
contra communes opinio.

**S**I tribus fratribus extantibus, unus moriatur relicto filio: alter relicto duobus, aut tribus, fato concedat: & tandem tertius sine liberis moriatur: tenuit Accur. in sit. de legit. agna. succ. §. hoc etiam, in sit. fratrum filios patruo defuncto in capita succedere. Quod & Azo docuit in summa eo. tit. eandem opinionem dicitur secutus esse Rosfr. in summa sua. lac. Ard. in summa feudorū. lac. But. Sal. in auten. cessante. C. deligit. hæc. E diuerso Accur. uariando in l. lege. xij. tab. in sit. C. eo. tit. putat quod in stirpes, nō in capita succedant, quod Bar. secutus est, qui in l. post consanguineos. §. agnati, ff. de suis & leg. dicit, Accursiū ita consuluisse, eum q̄ uere consuluisse putat, pro qua etiā idem Bart. consuluit consil. clxxij. quod incipit: Super hæreditate domine Nolæ. Quam opin. Dy. la. de Are. item Bal. in alijs quibus locis, Ang. Paul. Raph. & cōmuniter alij tenuerūt, quos allegat Alex. eos q̄ sequitur consilio. lv. in. iij. parte: & ibidem Andreas Barba. consilio sequen. multa inuoluit. Potiora eorū fundamenta sunt. Primo, si defunctus relinquat fratrem patris sui, qui est ei Thius ascendēdo a latere, & uicissim fratrum filios descendēdo, illi fratrum filij præferuntur: & tamen dicti Thij cum fratrum filijs utrobique sunt in tertio gradu, unde nō præferrentur, nisi filij fratrum loco parentum succederent, in auten. de hære. ab intest. §. illud palā. Deinde aliud sumunt fundamentum ex d. tit. de hære. ab intest. §. si uero necq̄ fratres, ubi successio in capita post fratres & fratrum filios est recepta. Ergo quandiu extant fratres uel fratrum filij, in stirpes succedi, nō in capita: quem tex. putant esse manifestum. Tertio loco, Bar. in d. l. post consanguineos. §. agnati, alias §. hæreditas, ratione mouetur. Nam si filij fratrum in capita succederent, eueniret casus absurdus, quod uno tempore in stirpes & in capita succederetur. Finge defunctū reliquisse fratrem uiuum, & ex altero fratre filium, ex tertio duos: hic frater uiuus tertiam partem recipit (quod est expeditum) alijs fratrum filijs duæ reliquæ partes remanent. Si nunc illi fratrum filij, iuxta opinionem Azonis in capita succederent, ex eo quod sunt in gradu pari, quilibet acciperet tertiam partem ex duabus illis partibus: quod falsum & abiurdū esset, d. tit. de hære. ab intest. §. reliquum, & per alia iura: ergo fratrum filij etiam si sint in gradu pari, loco parentum succedent.

Variā Doct. opiniones.

Contrariā opi. Accur. uariando inuexit.

Beit.

Fratrum filij, si comparantur cum patruo defuncti.

Alia ratio.

Ratio Bartoli.

Argutie Andree Barba.

Andreas Barba, cum uideret nihil tutū esse in prædictis rationibus, totū suum fundamentū in d. suo consilio, in eo instruxit, ut glossa autoritatē extolleret: qua in re se ipse pro ingenij uersutia quam maxime exercuit. Sunt & Baldi & aliorū suasiuncule, plus uerborum q̄ ponderis habentes, proinde eas dimitto, Alex. in d. §. hæreditas, in addi, syl.



Diuerſa opinio  
ueriſſima.

Tex. pronoftra  
opinione.

Alius textus  
pronobis.

Qui iure cōmu-  
ni tuti ſunt, &c.

Alia ratio.

Reſolutio ad  
primam autho-  
ritatem.

In latere facili-  
us ſuccedi deſcē-  
dendo quā  
aſcendendo.

in addi, ſyluam testimoniorum ex Doct. adfert: ut quod ratione non potuit, teſtibus  
lata uſa errantibus comprobaret. Nos diuerſam, nempe Azonis opinionē, dicimus  
eſſe ueriſſimā: imo nephas putamus ab ea recedere, ut quæ textibus & ratione, imo  
naturali æquitate manifeſte fundetur. Textus eſt pro ea apertus, in d. tit. de hæc. ab  
intest. §. ſed & iſtis, ubi talia uerba ſcribuntur: Sed & iſtis fratrum filijs tunc hoc be-  
neficiū conferimus, quando cum proprijs uocantur Thijs (id eſt cum ſuis patris)  
maſculis & fœminis. Quibus uerbis manifeſte uoluit, quod fratrum filij nullo alio ca-  
ſu in locū parentum, defuncto ſuccederent, q̄ ubi cum eorum proprijs patris uoca-  
rentur. Nam iſta dictio, tunc, extremitatem temporis ad punctum ſignificat, & præ-  
cidit. l. iij. ad ſi. ff. de cond. & demon. Sunt ergo imperatoris uerba clariſſima, quæ  
diuerſam opin. tam fortiter proſternunt, ut non ſolum nihil habeant quo contradic-  
cant, ſed ne quo cauillari poſſint. Quæ ueritas etiam ex alio textu ita euidenter ſun-  
datur, ut pudor ſit rem apertiſſimam controuertere. Nam in d. tit. de hæc. ab intest. §.  
ſi aut cum fratribus, uerſ. quando quidem, hæc uerba ponuntur: Quando quidē fra-  
tris & fororis filijs tale priuilegium dederimus, ut in priorum parentum ſuccedentes  
locum, ſoli (in tertio conſtituti gradu) cum his qui in ſecundo gradu ſunt, ad hæredi-  
tatem uocentur. Senſus illic eſt euidentis, quod fratrum filij in tertio gradu conſtituti,  
ſoli cum his qui in ſecundo gradu ſunt, in locum parentū ſuccedentes, ad hæreditatē  
uocentur. Quo tex. quid potest eſſe euidentius? nempe quod fratris filij non alias in  
locū parentum ſuccedant, q̄ cum uocantur cum his qui ſecundo ſunt gradu conſti-  
tuti. Accedat pro ratione, quod cum Imperatoris hoc ſolum propoſitū fuit filios fra-  
trum priuilegio adiuuare, eo caſu, quo iure cōmuni a ſucceſſione excluderentur, d.  
§. huiusmodi aut priuilegium, & per alia iura ſupra dicta: At cum in caſu noſtro iure  
proprio uocentur, non erat opus Principis beneficio, per ea quæ uulgo traduntur:  
Eum qui iure cōmuni tutus ſit non egere priuilegio. l. in cauſa. ij. ff. de mino. l. quæ-  
dam. ff. de eden. l. i. C. de theſau. lib. x. auten. ut exact. instan. dot. §. i. cum ſi. Quæ  
ergo improuidentia in Imperatore fuiſſet, eos ueſtire qui nō erant nudi: uulneribus  
mederi, cum ſani eſſent: baculo & tibicine eos ſuſtentare, qui ambulare proprijs uir-  
ribus poterant? Tandem, ſi fratrum filij in ſtirpes ſuccederent, cur non & nepotes  
fratrum (qui iſti ſunt in gradu pari) in ſtirpes ſuccedunt, & item pronepotes in infi-  
nitum? At hoc iure prohibetur, auten. poſt fratres. C. de legit. hæc. neceſſariō conſe-  
quens eſt, ut etiam in fratrum filijs inter ſeſe pari gradu diſtantibus ſtirpis ſucceſſio ac-  
ceatur: cum non poſſit iuſta dari differentia ratio, cur alio iure fratrum filij inter ſe, alio  
iure nepotes fratrum ſuccedant, maxime quod utrobique reſpectiue eſt graduumpar-  
ritas, &c. Patet ergo ex textibus apertis & rationibus euidentibus, quod fratrum fi-  
lij inter ſe nō aliter q̄ in capita ſuccedant. Et hoc ſuadet æquitas naturalis, ne qui ſunt  
conditione & gradu pares, ad lucra ſucceſſoria impariter nulla iuſta ratione uocentur.  
ſa. in ar. l. maiorem, uerſ. quod ſi æquales. ff. de pact. & quæ eleganter tractat Im-  
perator in auten. de aqua. dot. & alibi, dum iubet æqualitatis haberi rationem. Et  
utinam cum Sulpitio Iuriſconſulto, tam ad æquitatem omnia redigeremus, q̄ ſoles  
mus dura & inſipida tueri, dum ſorre ſpe quaſtus illicimur. Reſtat ut Doctorem ar-  
gumentis reſpondeamus. Non obſtat ergo quod primo præſentitur, fratrum filios  
præferri Thijs defuncti, id eſt, fratri patris ipſius, quia hoc non eſt ob eam cauſam, q̄  
fratrum filij in locum parentum illic ſuccedant (hoc em̄ nullibi in d. §. illud palam, ne  
uerbo quidem ſignificatur nedum dicitur, imo ex proprio opinatorū capite adſingi-  
tur) ſed ea ratione receptum eſt, quod in linea collateralis facilius ſucceditur in gradus  
inferiores, q̄ superiores: ut bene notauit Accur. inſtit. de ſucce. cog. in ſi. cum allegat  
l. ſcripto, in ſi. ff. unde lib. & dicit Bal. in auten. defuncto. C. ad Tertull. magis deberi  
hæreditatem deſcendentibus q̄ aſcendentibus, & pleniori iure, allegando auten. in  
ſucceſſione. C. de ſuis & legit. Ad ſimul quod Imperator cum fratrum filios eo caſu  
præferri decis



præferri decideret, uoluit nimirum quod hoc iure communi esset manifestum, & uelut indu-  
 bitatum. Quapropter dixit, illud palam esse: significans eum casum nulla egere prouisione  
 priuilegij, qui de se pateret. Quæ intellectum etiã aliog facile colligas, si seriẽ d. q. illud,  
 ad antecedentia accurate cõparaueris. Quod si per impossibile dederimus, fratrum filios  
 in d. q. illud, loco parentum succedere, hoc tñ aduersarios maxime oppugnaret. Collige-  
 retur em̄ ex eo fratrum filios in locum parentum ibidem non aliter succedere, q̄ ubi ad ex-  
 clusionem alterius gradus res tenderet. Sed in quæstione nostra fratrum filij cum sint  
 gradu pari, alij alios nõ excludunt: unde in parentum locum non succedunt. Secundo  
 nõ obstat frigidum fundamentum quod Accursiana factio mouet, ex d. q. si uero neq̄  
 fratres, &c. ubi colligunt successionem in capita post fratres & fratrum filios cõpetere,  
 siue coniunctim cū patris fratrum filij siue inter se succedant, &c. Verũ is tex. non fi-  
 deliter ab Accursianis allegat, quem si allegassent, ut iacet, ipsi se subuertissent: sic em̄  
 sonant uerba: Si uero neq̄ fratres neq̄ fratrum filios, sicut diximus, defunctus relique-  
 rit, &c. quibus uerbis, fratres & fratrum filios Imperator nõ simpliciter, sed sicut de eis  
 supra dixerat, repetijt. At euidentiissimũ est quod in supradictis textibus, duntaxat de fra-  
 tribus & fratrum filijs defuncti cõiunctim locutus est. Nec potest ullus in orbe mihi  
 in eisdem textibus locũ ostendere, in quo de successione filiorum fratrum inter se ullõ uer-  
 bo prius mentionem fecerit. Cũ ergo deciditur post fratres & fratrum filios, sicut supra  
 dictum est, in capita succedi, consequens est fratres & fratrum filios coniunctim intel-  
 ligendos esse: de illis enim ante dixerat. Aliam uero successionem filiorum fratrum inter  
 se, de qua superius nihil dixerat, relinquit regulę communi, qua dicitur, succedi oport-  
 tere in capita. Et is est uerus intellectus d. q. si uero, quem nemo peritus iuste negabit,  
 qui modo textũ fideliter perpendat, & relationem seu repetitionẽ consideret, quã Im-  
 perator per uerb. sicut diximus, ad præcedentia facit. Quapropter tñ abest, ut d. q. si  
 uero, pro aduersarijs ullatenus faciat, ut etiam eos, eorumq̄ doctrinã potenter subterat  
 & proferat, ut uix pro nobis adduci possit textus melior. Si em̄ post fratres & fratrum  
 filios, sicut de eis Imperator supra dixerat, successio in capita datur, & constat quod Impe-  
 rator de successione filiorum fratrum inter se nihil supra dixerit, necessario inferitur, quod &  
 ipsi in capita succedant. Hic mihi Irnerius iste, † quisquis is est, ad partes uocandus est,  
 qui Autenticorum textus, sicubi commodum putabat, iuribus Codicis inseruisse dicit.  
 Is enim sæpenumero pat̄ fideliter Imperatoris decisiones transcripsit, id quod Alex.  
 in l. si finita. q. Iulianus. col. xx. ff. de dam. infect. alio quodã loco perpendisse uidetur.  
 Sic & in proposito, in d. auten. post fratres. C. de legit. here. Imperatoris constitutionẽ  
 mutilanter & nõ ex fide recitat, simpliciter narrando, post fratres & fratrum filios quos-  
 cunq̄ gradu proximiores præferri, &c. cum tamen Imperator hoc ita simpliciter non  
 decidisset: sed de fratribus & fratrum filijs, sicut de eis supra dixerat, mentionem fecit.  
 Quæ una Imperatoris constitutionis mutilatio, multos Doctores decepit, & decipi-  
 et, qui ad autenticas transcriptas aduertunt, non ad uerba autenticorum. Tandem  
 non obstat sophistica ratio Bar. per quam fallaci argutia ab absurdo arguit, uolens quod  
 cum patruus cum fratrum filijs, defuncto in stirpẽ succedit, fratrum filios (etiã si in-  
 ter se sint pari gradu) nõ aliter q̄ in stirpes succedere: alioqui una successione in stirpes  
 & in capita succederetur, per quod (argumento fortasse a consequentibus) inferre uult.  
 quod si fratrum filij inter se, cū patruus extat, loco parẽtum in stirpes succedunt, cõsequens  
 esse quod ubiq̄ inter se, etiã si nõ adsit patruus, ita succedent: cū utroq̄ casu quo ad fra-  
 trum filios sit graduũ paritas, & neutrobi diuersa ratio, & hanc mentẽ Bart. putamus  
 fuisse. Sed hoc nihil est. Hæc em̄ ratio ex fallacibus paralogismis inducit. Quãuis em̄  
 uerum sit in sensu cõposito, quod fratrum filij in stirpes defuncto succedant, si cū patruo  
 concurrant: in sensu tamen diuiso non est uerum: quod cum inter se succedunt sine pa-  
 truo, in stirpes succedere debeant & committitur fallacia diuisionis. Nam Imperator  
 fratrum filijs cum patruo coniunctis, stirpalem successionem ex priuilegio dedit, ne

Ratio aduersa-  
riorum contra  
eos stringitur.

Alteri autorita-  
ti respondetur.

Verba impera-  
toris, post fra-  
tres & fratrum  
filios, sunt relato-  
ria, nõ simplicia

Rõ aduersario-  
rum contra eos re-  
torta.

† ¶ Add. Sic &  
Philip. Corneus  
consil. iij. prime  
partis uidetur  
taxare Irneriũ  
circa auten.

Ad autenticas  
aduersti, non ad  
autentica.

Ratio Bartoli  
eluditur.

Respondetur  
paralogismis.

Fallacia diui-  
sionis.

k exclude



*Fallacia secundum quid.*

*Fallacia figurae dictionis.*

*Male moueri Bartolum.*

*Non obstat l. qui cum plures.*

*Contra Barba. Accursij glossae quid ualeant.*

*Consilia Doct. suspecta.*

*Bal. à comuni opin. defecit.*

excluderentur: ipsis uero sine patruo succedentibus, non dedit hoc privilegium, cum iure proprio essent muniti. Item & fallacia secundum quid ad simpliciter committitur, si ita arguas: Quia fratrum filij patruo extante inter se in stirpes succedunt, ergo simpliciter in stirpes succedunt: antecedens enim determinatione diminuente dstringit. Porro nec improbabile est, si dicas committi etiam fallaciae figurae dictionis, cum qualitas succedendi in antecedente & consequente uariet. Stirpalis enim successio filiorum fratrum cum patruo ex qualitate privilegij nititur, quae in solis fratrum filiis non est recepta. Vide quicunque amas ueritatem, quam callide, quam uersute, Bartolus pilum sub lanam subfuerit, & ex uero falsum inferre contendit, qui tamen à multis pater ueritatis nominatur. Denique quod Bar. in exemplo suo, absurdum putat, cum patruus suam tertiam partem sumpsit, & deinde aliae duae partes inter fratrum filios in capita diuiderentur, &c. Nihil habet momenti, imo Bar. & fallitur & fallit, quia in casu supra posito quo patruus cum fratrum filiis concurrat, tota hereditas defuncti in tres partes diuiditur: unam patruus accipit, aliam filius unius fratris, tertiam filij alterius fratris. Et non est uerum, imo nullo iure relatum est, quod fratrum filij praedictas duas partes inter se diuidant. Qui enim semel cum patruo in locum parentum successerant, & portiones hereditarias acceperant, quid praeterea inter se diuidere poterant? Proinde filij fratrum non ideo cum patruo in stirpes succedunt, ut uideatur absurditas, sed ne a patruo (qui defuncto est gradu propior) excludantur: quod impedimentum in eis cessat, si patruo non extante inter se successerint. Nec obstat l. qui cum plures. ff. de uulg. & pupilla. quam pro se Bart. allegauit, imo nihil facit ad propositum, ibi enim ex testamento, & sic ex uoluntate testatoris prouisum est, ut adiectus uirile, alij substituti hereditarias inter se partes haberent: hic uero ex constitutione Imperatoris succeditur, ibi adiectus alios cohæredes nullo iure excludere poterat: hic autem patruus cohæredes exclusisset, nisi privilegium Caesaris in locum parentum succederent. Ibi cohæredes iure proprio successerant: hic fratrum filij iure alieno, nempe parentum succedunt. Et sic tanta est ubique dissimilitudo, quanta trianguli ad orbem circuli. Et per praedicta fallax ratio Bar. in seipsam reuoluitur: qui captiose à successione privilegiata, ad non privilegiatam arguendi seriem collegit. Nec obstat quod Andreas Barba, multis inutilibus uerbis, glossae auctoritate attollere pergit: tum quia Accursij glossae, nihil plus ponderis habent, quam alterius docti uiri doctrinae: quibus utrisque sine textu aut euidenti ratione nihil creditur, imo error est, & quidem periculosus, Accursio tantum tribui, quantum conspirata Doctorum factione ei tribuitur: qui etsi fuerit uir doctus, & omni ueneratione dignus, tamen & errare potuit, & iuris condendi auctoritatem non habuit. Tum si etiam magna alioqui esset Accursij auctoritas, quia tamen is in casu quaestionis nostrae uariatus: primo enim pro Azone sensit, deinde contrarium consuluit: non est ei tanquam testi uarianti danda fides.

¶ Additio. (Denique & ipse met Accur. taxat eos qui in defectum legum probationes glossae inducunt, nec enim credendum glossae est nisi lege moueatur uel optima ratione, c. ego solis, dist. 2. & dicit Bal. in l. respub. C. ex quib. cau. maio, glossam quae nihil allegat ex capite loqui.)

Quod si alterutrum ex suis dictis eligi oporteret, malim stare cum ea assertionem, quam in glossa sua primitus docuit, quam cum eo quod postea consuluit. In consilijs enim ad quaestum, ad lucra saepe illiciuntur Doctores: ut solitus fuerat dicere preceptor meus D. Ioannes Knappius, uir, dum uixit, in Germania nostra primarius, cuius certe dicti, is Andreas Barb. fidem facere uidetur, in d. suo consilio: in quo post multam suam cauillationem super glossis Accursij extollendis, sese iactat ex eodem consilio, triginta ducatos emunxisse. Mitto in praesentia quid Laurentius Calcaneus de dicto Barbacia sentiat, qui eum doctum quidem fuisse dicit, sed cum ueritatis obliuione. Tandem adduco numen Legistarum Baldum, qui etsi in feudis, & alibi cum communi errore tenuerit, tamen in autem, cessante, C. de legit. nar. ex conscientia fortasse remorsu, Azonis opinionem adprobare



adprobare uideat. Sic em scribit: Ego timens recedere a glossis in consulendo, iam consului secundum gloss. modo uideat mihi q opinio Azonis & sequaciu sit magis consona literae & naturae. Quid nuc dicitis aduersarij opinatores? Baldus tatus uir, opinio nem Azonis & mea, dicit magis consonam literae & naturae, quo alio fortiori testimonio niti possumus, q quod ex aduersario sumit? Quod aut in diuersum ideo consuluit, ne a glossis recederet, uulgatū uideat secutus errorem eorū, qui plus timēt ne a glossis recedat, q ne laedat ueritas. Quod q sit inimicum iustitiae, q omnino horrendū, res ipsa docet. Ab uno enim hoīe qui saepenumero labitur, nempe Accursio, pendere, constitutionibus interim, aegate, litera, natura, posthabitis, nō potest non esse grauissimū. In clyta ciuitas Friburgū, dum superioribus annis statuta eorū reformaret, & noua cōderet, pro opinione Azonis, quae indubitata ueritati nitit, concordia assensu statuit.

Friburgum.

NUNCIATIONIS EFFECTVS CIRCA TRANSFERENDAM  
in seruitutibus possessionem.

**EX** prima. §. in operis. & porro lex, de pupillo. §. meminisse. ff. de op. nou. nun. nescio an ex perfecto uel declarate sint, uel intelligent. Nam quod in d. §. in operis, decidit uerbali nunciatione, possessionē in aedificantem transferri, non procedit si ob seruitutū iura adferenda nunciauerimus: ea em nunciatione in uicinū quasi possessio seruitutis non transfertur, hac dilemmatica ratione: Aut em a principio nūciamus anteq opus seruituti noceat, & possessionē retinemus, per tex. apertū in l. etsi forte. §. sciendum. ff. si serui. uend. ibi, Nam cū nihil in nouatum est, &c. qui tex. notabiliter hoc decidit, licet a nemine quē uiderim perpendatur. Aut uicinus aedificando seruituti iam nocuit, & tunc statim possessionē amittimus, siue nūciamus siue non nūciamus, d. §. sciendū, in fi. ibi, Sed si patiente, &c. Quo casu in aduersarium translata est quasi possessio, non quidem seruitutis, sed libertatis. Cum em res sua nemini seruiat, l. uti frui. ff. si usufru. pe. nō potuit in eū seruitutis transferri possessio, ut adeo non nisi libertatis possessor constituat: quo necessario intellectu accipiendus est tex. in d. §. sciendū. & l. sicuti. §. sed si querat. eo. tit. Nec absurdū quis putet si appellatione seruitutis, liberationem etiā intellexerimus: hoc em & Azo fecit in l. si unus. §. pactus. & ibi glos. mag. ff. de pact. Quae cū ita sint, consequens est, q d. §. in operis, in seruitutum quasi possessione nō possit procedere. Ceterū si immittendo in meū uicinus edificaret, cum in libertatis essem quasi possessione, eo q casu, uerbo nunciarerem, hic possessionem libertatis perdo, & in aduersarium seruitutis immittendi possessionem transfero. quo loco d. §. in operis, & §. meminisse, indubitato procedunt.

Nūciatio ob seruitutū iura non trāsfert possessionem.

Possessi. nō seruitutis, sed libert. transferri.

Appellatiōe seruitutis liberatio

Circa quod tamen aduertendum puto, dupliciter immitti in meum: Aut enim directo immittitur, aut ex obliquo. Prior immissio sit uel connexim, ut cum trabes, tigna in parietem, in murum meum immittuntur; aut ad pensim seu proiecticie, dum protecta, suggrundia, in aedes uicini immittimus, nempe adpendendo, seu proijciendo ex porrectim, ita ut non requiescant prominentia, arg. l. malum. §. inter. ff. de uer. sig. & utroq casu procedunt, quae iam ante diximus. In altera uero specie cū ex obliquo immittitur, utpote si ex aedificio meo fornax iuxta parietem tuum posita fumum emittat uel fistula aquam, aut balnea humorem. hic enim fumus, aqua, humor in tuam uicini domum ex obliquo subrepat, & uelut ex deflexu effunditur: eo loci nihil eorū procedit quae supra docuimus. Nam uerbali nunciando, nec perdimus possessionē, nec aduersarium possessorem facimus, scilicet, q nec ipsi ullum ius possessionis sumi non immittendi habuerimus. De qua immissione Iurisconsultus differuit in d. l. sicuti. §. Aristo. in l. quidam Hyberus. l. fistulam. ff. de serui. urb. Et in ea specie cum nunciari non possit nec per praetorem, ut cū non sit integrum aedificantem in solo uel suo, uel a se possesso turbare, a. d. §. Aristo. in fi. in ratioe sui, nec iactu lapilli: utpote quod ea

Dupliciter immitti in meum. immitti connexim. Appensim. Immissio ex obliquo.



nunciatio locū habeat, cum in nostro uel in necem nostri iuris ædificat. d. q. meminisse, in prin. d. q. sciendum. Nec em̄ uis ulla resistentiæ (quam iactus lapilli designat) nobis in nostro ædificantibus inferri oportet, quapropter sola uerbali nunciatione tunc nunciamus. Et hoc est quod Iuriconsultus in d. q. meminisse, deciderat contra ædificantē in suo, si nobis citra ius seruitutis noceretur, uerbale nunciationē esse necessariam. Qui est facilis, proprius & expeditus intellectus, quo is textus in ppria loquendi figura relinquit. Nec opus est ea contumelia & iniuria, quā Accur. illic repugnanti literæ facit. Quæ non negligenter notanda putamus, ut quæ ex Doctoribus nemo ne cogitarit quidē, nedum nō attigerit, licet Iason quædā non fundata cōminiscatur.

Vbi uerbali  
nunciatio locū  
habeat.

Contra Accur.

Iason.

INTELLECTVS NON VVLGATVS AD L. III. §. I.

ff. de op. no. nun.

**I**uriconsultus in d. l. iij. cum decidisset, socio si in re communi ædificet, a consorte suo nunciari nouum opus non posse, quod prohiberi uel iudicio communi diuidendo, uel per prætorem posset: Bar. & Doct. sub prætoris uerbo, officium iudicis mercenarium intelligunt, quod cum cōmuni diuidendo iudicio intentato uel intentando concurrat: Sic em̄ socio conquerenti ita cōmode prouideri, ac si ei nunciari licuisset, &c. Pro qua opinione cōmuniter Doctores, & præcipue moderni, multa torquent. Ego eam opinionem, etiam si sit ferè ab omnibus accepta, non puto ueram esse, quippe quod textus in duobus eam locis euidenter subuertat. Nam in principio duo socio remedia sub disiunctiua dantur, ut uel communi diuidendo iudicio, uel per prætorē prohibeat: quæ disiunctiua (quia in ea sufficit alteram partem esse ueram, per iura uulgata) cōcursum officij iudicis cum dicta actio ne non recipit. Nec obstat quod ex recentioribus quidā disiunctam pro coniuncta, hic intelligi putarunt: id quod fieri soleat, sic ubi per legem aliquid sub alternatiua statuitur, allegando Bart. in l. si is qui, §. utrum. ff. de reb. dub. &c. Quia hoc nihil est. Nam licet alternatiua in his quæ lege statuuntur, uim cōiunctæ quo ad ipsum ius habeat ne reddatur ambiguum: attamen quo ad facti executionem, sua alternatiuæ natura relinquitur. Quæ fuit Bartoli sententiā in d. q. utrum, quam prædicti Doctores pro eorū errore male recitarunt. Vnde in textu presenti si ad facti executionē respiciamus, alternatiua in suo uigore remanet, nempe quod aut iudicio cōmuni diuidendo, aut per prætorem, alternatim nō concurrenter socio conquerenti consulatur. Quæ alternatiua alio etiā loco text. nostri, nempe in fine, §. apertissime euincitur, ubi in casu parum absimili, deciditur socium ædificantem prohiberi posse, uel per prætorem, uel per arbitrum cōmuni diuidendo: alium em̄ prætorem esse, alium arbitrum, id est, iudicem communi diuidendo, manifestius est, quod edocere oporteat. Prætor em̄ qui inter summos magistratus erat, & qui centumuirali iudicio, teste Cicetrone, Plinio, Asconio, præferebat, diuisorijs huiusmodi litibus se non impedijt, sed uel ex centumuiris, uel alias, litigantibus iudicem dedit, id quod facile liquet ex l. cum prætor. l. si longius, in prin. ff. de iud. l. fundus, post prin. ff. famil. Herci, qui iudex arbiter nominari solitus est, quod sæpe ex partium placito iudicaret, l. iudicem. ff. com. di. Necessario itaq; in text. nostro alius prætor, alius porro iudex uel arbiter intelligitur. Et profecto mirum mihi uidetur, quæ intemperiam Bartolum & Doctores obuerterint, qui impertinentem eorū intellectum, contra apertissima Iuriconsulti uerba inuexerint, non ueriti clarum textum corrumpere, ut assertis eorum opinionibus subseruirent.

Verus ergo intellectus est, quod socio ædificanti, alter socius nunciare nouū opus simplici uerbo nō possit, at uel iudicio com. diuid. uel per prætorem prohiberi possit: ut intelligas socio conquerenti ita prouideri, ut uel ad diuisionē prouocet: ex qua appere possit, an sua intersit opus destrui: aut si malit, prætoriam nunciatione socium ab iniuria rei cō-

An socius socio  
nunciare possit.

Improbatio cō-  
muni opi.

Disiunctam pro  
coniuncta.

Improbatio.

Prætoris differ-  
rentia à simpli-  
cibus iudicibus.

Verus intel-  
lectus.



iniuria rei cōmunis arceat. Qui intellectus ex incuitabili uerborū necessitate recipiendus est, quē & Petrus Besucius uir, ut dicitur, acutus, Iafone allegante, sensisse traditur. Nec ignoro eundem intellectum à quibusdam impugnari, quasi noui operis nunciatio inter socios hic generaliter prohibeatur, atq; ita quamlibet speciē excludi, ar. l. si quid. §. inter emptū. ff. de leg. iij. cum uulg. Sed non obstat ea obiectio, licet em̄ noui operis nunciatio sit genus, potest tamen etiā species esse: sicuti de adoptione dicimus, quæ aliquando genus, aliquando est species. l. i. ff. de adopt. Tunc autē ad speciē genus contrahitur, cum e regione speciē uel concurrat uel opponitur: ut si dixerim animalia & hoies esse legatos; aut si disponatur, animalia uendi, hoies retineri: illic em̄ animalia pro brutis accipiunt. ar. l. hæc operæ. ff. de op. lib. † sic in proposito, cū noui operis nunciatio prætoriam nunciationi opponatur, recte generalitas illa ad speciē, nempe uerbale nunciationē adstringitur, fa. l. nam quod liquide. §. item si quis. §. si. ff. de pœnu leg. Bar. in l. pediculis. §. argento. ff. de aur. & arg. leg. fa. tex. not. in l. quod iussit, iuncto fine, de re iud. d. l. hæc operæ, cum si. Sed occurrit nobis etiā Iason, qui dictum intellectū Besucij impossibilem putat, ea ratione: quod si is intellectus repereretur, consequens esse ubicunq; per prætorem nunciaretur, illic nunciationem uerbalem excludi: quod esset absurdū, &c. Sed hæc obiectio indigna est ut confuteat, ut quæ ne festucam ualeat. Non em̄ sequitur, nunciationem uerbale, quia in casu nostro cum prætoriam nō concurrat, ergo ubiq; nō concurrere: recte, ac si quis argueret, esum carnis semp esse prohibitū, quia in quadragesima prohibetur. Didicisse Iasonem apud Ciceronem. ij. Rhetor. poterat, uicio nō mediocri adscribi, si a casu particulari ad uniuersalē arguatur. Proinde licet uerbale nunciatio in proposito cum prætoriam nō concurrat, nihil tamē uetat in alijs locis utramq; cōcurrere. Caterū super ratione differentiæ, cur in textu nostro hæc locū habeat, illa nō habet. Modus est indifficilis, imo impeditiſſimus, usque adeo ut needū aliquem uiderim qui ueritatē erueret. Petrus Besucius frigidā adfert rationē, putans ideo uerbale nunciationem arceri, quod par in parem, nempe socius ad sociū, non habeat imperiū. l. ille a quo. §. tempestiuū. ff. ad Trebell. Vnde quia prætoriam nunciatio per superiorem magistratū expediatur, eam recipi, aliā uerbalem nō recipi, &c. Sed nihil habet hæc ratio momenti: quia uerbale nunciatio tantū abest ab imperio, ut etiā meticulosus iudicetur qui ita nunciet. d. l. i. §. in operis. Adde quod hæc ratio cōfunditur per l. deniq; §. si ex socijs. ff. quod uia aut clam. Vnde subtilius disquirenti, talis occurrit ratio, quā & ueram puro. Nam sicuti in iudicio finium regundorū, socius socio in re cōmuni pro indiuiso non potest esse aduersarius, scilicet qd fines citra diuisionē distingui non possint. l. iij. §. qui cōmunem, ibi glos. si. & §. si cōmunem. ff. fini. regun. sic & in nunciatione noui operis uerbali, socius socio constitui aduersarius citra diuisionē non potest, ea em̄ nunciatio non fit nisi in rem aduersarij. l. de pupillo. §. nunciationē. de op. no. nun. Vnde necessesse est, quod distincte appareat, quæ sit res aduersarij in quā nunciari debeat. ar. d. l. de pupillo. §. qui nunciat. §. sed ut probari. Sed nō potest res socij edificantis a re alterius socij distingui, uel corporaliter percipi, nisi fiat diuisio: tum qd partes sociorū intellectu colliguntur, sensu nō cognoscunt. l. Meuius. §. duorū. ff. de leg. ij. cum si. Tum etiā quod in re cōmuni in quacunq; minima particula, socius ius pro sua habet portionē. l. nam & si fur. §. si. ibi glos. ff. si cer. pe. l. Atticus. & ibi Bar. in si. ff. de aq. plu. ar. fa. l. in re cōmuni. in prin. in ratione sui. ff. de serui. urb. præ. ubi socius iure seruitutis in re cōmuni, ideo nihil agit inuito socio, qd res sua nemini seruiat, suā nominādo eam rem, quæ tamē quia cōmunis est, non nisi in partē, sua dicitur: quia tamē huiusmodi pars sua non apparet, ius seruitutis socio nō indulgetur. fa. glos. in l. serui electione. §. si. ff. de leg. i. Sic in proposito, cum socius inuito socio in re cōmuni ædificat, merito ei a socio nō nunciatur, quia in quā partē nunciet nō apparet. Porro si nunciationi uerbali locus esset, euenire posset, quod facta post diuisione, portio eius rei propter quā

Petrus Besucius

Alia obiectio.

Noui op. nun. licet genus sit, potest etiam species esse.

† ¶ Additio. Adde tex. in l. i. de aur. et ar. leg.

Obiectio Iaso.

Responsio.

Ratio differen.

Besucij ratio.

Verbalis nunciatio nihil habet imperij.

Vera ratio.

Nunciatio quæ liter fiat.

Alia ratio.



nunciatum esset, nuncianti adiudicaretur: ut ita cōtra seipsum, & contra rem propriā socius nunciasset compereretur. Quæ cum ita sint, necesse est ut ædificans, aut iudicio com. di. distringat, aut prætoriam nunciatione prohibeat: cui prohibitioni nisi pareat, opus tollere cogetur. l. Sabinus. ff. com. di. secundū uerum intellectū, licet glos. ubi suspense transeat. Recte ergo & scienter optima q̄ ratione, Iuriscons. nunciationē uerbalem inter socios remouit, uolens quod aut socij inter se diuiderent, aut per prætorē fieret prohibitio. Quod & ipsa æquitas, & hominis bene instituti ratio cōprobabit.

*Alia obiectio.* Sed obijcias, adhuc nō relucere rationem differentię, cur uerbalis nunciatio nō sit recepta, & tamē prætoriam recipiatur: fieri em̄ ut etiā per prætoriam nunciationē in eadē difficultates, quas supra effugerimus, in eadē, quando et in prætoris nuncio necesse sit eā rem, in quā nunciatur distincte apparere. ar. glo. in d. l. de pupillo. §. meminisse, in uerb. per prætorē, quæ uult quod prætor nunciando, personā nunciantis assumat: & propterea cōcludi oportere, cōmunionem sociorū aut neutrobī obstare, aut utrobīq̄, &c. Sed nō obstat ea obiectio: quamuis em̄ ubi iura partiū sunt seperata, utraq̄ nunciatio ex pari operetur, si tamē inter socios nunciandū sit, hæc species nunciationis nō æque operantur. Nam nō quemadmodū uerbalis nunciatio distinctā rem requirit, ita prætoris nuncius inter socios ad distinctiōnē rei respicit: sufficit em̄ si prætor sociorum distinctam partē terminare fiat, socio cōquerenti consultū est, qui consecutus est qd̄ ei defecerat, nempe ne se inuito ædificet. Secus est in uerbali nunciatione, quæ nisi in ipsam aduersarij rem fiat, nihil certi habet: cum nō constaret, ubi iure, ubi iniuria ædificaretur. At in re cōmuni satis est generaliter prohiberi, cum inuito socio, socius nullibi iure ædificet: unde prætor officio nobili iura sociorū quæcunq̄ ea sint, tutatur: & ad hoc præcipuū tendit, ut in re cōmuni nullus sociorum plus iuris usurpet, q̄ uel oporteat uel deceat. Cæterū si quis ex eis grauetur, ad diuisionē prouocet, & coram arbitrio, id est, iudice cōstituto, actione diuisoria sibi cōsulat. Et hanc fuisse mentē Iurisconsulti in d. l. iij. §. i. non credo quenquā cui ueritas cordi sit inficiaturū. Ex qua doctrina uerus etiam, ut supra diximus, intellectus ad d. l. Sabinus. relucere poterit. Porro nō est uerum, qd̄ prætor nunciando, personā conquerentis uel nunciantis assumat, ut d. glos. in §. meminisse, erranter uoluit: tum quia hoc nullo iure relatū est, & pari facilitate negatur qua adferitur: tum etiā quod si uera esset glos. doctrina, prætoris nunciatio a uerbali nō differret. Cum cōstet eum qui per alium facit, ipsum fecisse censerī, per uulg. iura. & propterea si personā nunciantis prætor assumeret, ipsamet p̄sona nunciasset intelligeret: & deniq̄ maiestas prætoris nisi uim diminueretur. Et tandē error d. glossæ, apertissime liquere poterit per l. si opus, de op. nō. ubi prætoris nunciatio, non tanq̄ ex priuata persona, sed iure magistratus facta esse apparet. Supradictō intellectui nō obstat l. sed si inter me & te. ff. de serui. urb. quia ibi de negatoria, hic uero de op. nō. nun. Præterierā penē aliā quæ contra nos pugnare posset obiectiōnē, de d. l. deniq̄. §. si ex socijs. ff. quod u. aut clam. ubi socius contra sociū u. aut clam ædificantē, ex eo interdicto ad interesse experiri potest, &c. Verum facilis est ad hoc responsio. Si quis dem sociorū interesse dupliciter intelligitur: aut habita ratione rei cōmunis in cuius cōmunionis iniuriam ædificatur: & tunc socij cōmuniter non seorsim eo interdicto contra ædificantē experiuntur, d. §. i. Aut quod socius contra sociū pro suo priuato iure & interesse experiretur: hoc casu d. §. i. intelligi nō potest. cum impossibile sit stante cōmunionē de ullo priuato interesse, seu iure doceri citra diuisionem posse, quod etiā supra attigimus, arg. d. l. iij. §. qui cōmunem, & ibi glo. ff. fini. reg. Et ex hac eadem ratione etiā alibi Iurisconsultus in l. si ex duobus, in prin. & si. ff. de neg. gest. suam decisionē attemperasse uidetur. Cæterū si damnū, interesse, iactura ex portione quora socij ad æstimationē reduci posset: hic incipere portionem etiā pro indiuiso, non inficiamur, ut l. si communes, in li. & arg. d. l. si ex duobus, in fi. de neg. gest. fa. l. prætoris.

*Prætoris nunciatio nō requirit sociorum distinctam partē.*

*Verus intellectus ad l. Sabinus.*

*Prætor personā nunciantis non assumit.*

*Rationes contra gloss.*

*Alia obiectio.*

*Sociorū interesse duplex.*



prætoris. §. i. ff. de dam. infect. l. si quis putans. §. si damni. ff. com. di. Et per hanc declarationem alia quoque iura, si quæ occurrerent, dissolui posse existimamus.

VERVS INTELLECTVS AD D. L. DE PVPILLO. §. SI PLVRIVM  
ij. de op. no. nun. contra omnes Doctores.

**S**I opus vicini domui noceat, quæ pluribus sit communis, docet Iurisconsultus nunciationem unius ex socijs, omnibus non sufficere, sed singulis esse nunciandum. Quem tex. Bar. & Doct. certatim omnes intelligunt, quod & si singulis sit nunciare necesse: si tamē ab uno ex socijs nuncietur, eam nunciationem quo ad ipsum nunciantē tenere, non quo ad socios: qui si prosequendo nunciationē, operis destructionē obtineret, id ipsum etiā socijs prodesse: ea ratione, quod huiusmodi destructio cum sit individua, non nisi in solidum fieri posset, l. stipulatio. §. quæsitū. ff. de op. no. nun. At in indiuiduis, uictoriā unius pdesse socijs, l. loci corpus. §. si fundus. ff. si serui. uen. Et licet tex. hic contradicere uideatur, cum dicit, unius nunciationē omnibus non sufficere: quo casu Iurisconsultū uoluisse, quod nulli sufficiat, per regulam æquipollentiarū, qua dicitur: Negatiuam postpositā signo uniuersali, suo contrario æquiualeere: hoc tamen non obstare, quod huiusmodi regulæ logicæ in legalibus doctrinis non procedant, si absurdus intellectus oriatur: sic & in l. si seruus. §. si pluriū. ff. si quis caut. negatio uniuersali orationi postposita, suo contrario non æquipolleat, &c. Hactenus communis opinio (& uere nihil aliud quæ opinio) cui quamuis nemo, quem ego uiderim, contradicat, credo tamē eam non esse ueram. Et primo, supradictam regulā logicæ inficiari nemo potest, in qua Iurisconsultus se fundare frequenter solet, l. obligari, in prin. ubi est elegans tex. cum glo. ff. de aut. tut. l. legitimos. §. an igitur, ibi glo. de legit. tut. l. quodlibet. ff. de sol. l. omnes. ff. de popu. act. l. error, in fi. l. regula. §. sed facti. ff. de iur. & fa. ig. cum si. Quæ regulæ logicorū, quia per eas differendi docetur ratio, non solū in legalibus, sed etiā in ceteris doctrinis locum habent: cum logicæ ad omniū methodorum principia uiam ostendat. Sic & in Euangelio Lucæ, Omne uerbū non esse impossibile scribitur. Item in Ezechiele, Omne morticinum non comedent sacerdotes. Et in actis Apostolicis, Petrus dicit se omne cōmune & immundum non comedisse. Paulus ad Galatas, Omnis caro non iustificabitur ex operibus legis. Et alibi ad Ephesios, Omnis sermo spurcus ex ore uestro ne procedat. Nimius sim, si exempla ex uarijs sacrarum literarū libris adduxero. Proinde hæc loquendi series in tex. nostro ad rationem differendi ex necessitate regulari debet. Non em̄ est uerisimile Iurisconsultos, qui in omni philosophia fuere principes, & quorū scripta argumentorū acumine, Rhetoricis quæ schematis omnifariam sunt referta, ita ineptis esse, ut ex regulis logicis & Rhetoricis loquentes, differendi rationem nulla ratione neglexerint. Nec uerum est, quod ex tex. nostro, si sua uerbis proprietates relinquatur, ulla oriatur absurditas. Et ratio quam Bart. ex. §. proxime præcedente sumit, tam nihil ei suffragatur, ut etiam eum oppugnet, ut post ex ordine docebitur. Nec obstat d. l. si seruus. §. si pluriū. Ibi em̄ reus simpliciter promiserat omnes seruos sistere: unde cum aliquos non statuerat, per modum subiectæ consequentiæ recte inferatur uerum esse, omnes non esse statos, id est, aliquos domi relictos. Quæ uerba non ponuntur absolute, ut simpliciter negarent: sed subiiciuntur in consequentiā sermonis, seu cōventionis antecedentis, ut apparet promissionē quæ antecesserat, non esse seruatum. Regulæ ergo logicæ in absolutis sermonibus locum habent, non in relatorijs seu appendentibus: quorū ueritas & uis ex his sumitur quæ præcedunt: in nostro autem textu, sermo est absolutus in propria differendi ratione relictus, ut merito ex negatiua uniuersali sit intelligendus. Ad quod optime fa. noster textus alio loco: dum em̄ Iurisconsultus decidisset nunciationē unius omnibus non sufficere, ueluti sese exponens, subiicit, lingua

Enarratio cōm.  
munis opinion.

In omni morali  
doctrina disse-  
rendi ratio lo-  
cum habet.

Authoritates  
de regula æqui-  
pollentia.

Responsio ad  
quædam obiecta



Communis opinio subuertitur.

Argumentum à cōsequentibus.

Sociū non posse prosequi nūciationem seorsum.

Non posse agi ex nūciatione unus ex socijs.

Confutatio ad uersariorum.

Alia ratio.

Resolutio obiecti.

subijcit, singulis esse nunciare necesse, quibus uerbis se melius declarare nō poterat, euidenter testatus, nihil ab uno ex socijs agi, nisi singuli nunciassent. Sed ne sit ullus, contrapugnandi locus, cōmunem opinionem ratione inuicta subuertimus. Nam in capite supra proximo, docuimus socios stante cōmunionē, in qualibet minutissima particula suā habere portionem: & item easdē portiones sensu corporali ostendi non posse, sed intellectu colligi. Quibus consequens est, si uicinus edificando rei cōmuni incommodet, dici non posse quod is magis huius socij parti q̄ alterius noceat: quā propter unius ex socijs non est recepta nūciatio, ut qui uicino nūciationis causam petenti nullā posset reddere: cum nō plus sua, q̄ aliorum intersit, quando citra diuisionem nihil prā ceteris damni haberet quod causaret. Deniq; si daremus nūciationem, saltē de facto procedere, quod forte aduersarius nec causam peteret, nec contradiceret: eam tamē nūciationem socius prosequi in iudicio nō posset, cum nihil haberet quo suā fundaret petitionem: id quod euidenti dilemmate euincitur. Aut enim destructionē operis peteret, aut interesse. Primum nō potest, quia cum in partē diuitaxat suā nūciasset, operis destructionē nō nisi in partē peteret: eatenus em̄ destruitur, quatenus nūciatum est. l. i. in prin. l. prator. q. i. de op. no. nun. Verum operis destructio in partem peti non potest, cōsistentibus id aduersarijs: ergo is socius quod petere posset nō obtineret, quod obtineret nō posset petere: ut adeo ipse sibi obstarer, ipse se oppugnaret. ar. l. in ambiguo, in fi. ff. de reb. dubijs. Sin uero interesse peteret: hic aut ad cōmune sociorū interesse ager, & non auditur, quia cōmuni nomine nō nūciat: aut priuatum suū interesse prætendit, & iterū non potest, cum eo casu citra diuisionem nō plus sua q̄ aliorū intersit: ut supra declaratū est capite præcedente. Quapropter socius etiā si de facto nūciasset, tamen prosequendo nō haberet super quo ageret: & sic uana relinqueret sua nūciatio, & uelut calumniosa, impune sperni posset, ut in d. l. i. in prin. post glos. de op. no. nun. elucidauimus. Et hæc est uera, & certe adcurata ratio, quæ Iurisconsultū mouit, ut decideret nullius seorsim nūciationem admitti, sed omnibus esse, in casu textus nostri, nūciandum. Ex prædictis satis patet, cōmunem opinionē improuide labi: quod putant, si in prosecutione nūciationis per socium factæ, opus destrui iuberetur, eam sententiā prodesse consocijs, cum ea destructio sit indiuidua, per d. q. si fundus. Hoc em̄ tam non est uerum, q̄ est absurdum. Siquidē cum pro sua tantū parte nūciasset, solidam destructionē petere non posset: ut iam supra declarauimus. Sed nec iudex eam non petita, in sententia iuste complecteretur, per uulg. l. ut fundus. com. di. nec ex officio iuberet, scilicet quod nō esset imploratū, nec implorari potuisset, l. diem. q. hoc edictum, ff. de dam. infect. Adde quod cum factum socij alijs cōsocijs obesse non potest, d. l. de pupillo. q. si plurium. i. consequenter etiā eius factum hoc loco alijs consocijs nō proderit, ex regula oppositorū. Quod cum ita sit, iam ratio Bart. per quā a proprio hic sermone propter d. q. si plurium, recessit, non solū ei suffragatur, sed expugnat etiā: & tantū abest ut ulla absurditas urgeat proprio sermone recedere, ut etiā plurimum absurdi ex cōmuni intellectu nasceret. Vides lector quomodo incidunt in prunas qui uolunt euitare patellam. Tandem d. l. loci corpus. q. si fundus, impertinens est ad propositū. Ibi em̄ in seruitute itineris, quæ naturaliter indiuidua est, sententia quæ uni socio datur, prodest & nocet consocijs. Item ibi socius in solidū super tota seruitute egerat: quorū neutrum hic recipitur. Recte ergo hunc nouum & uerū intellectū, contra omnes Doctores, ex ueritatis euidentia euicimus. Sed posset fortasse uideri, quod is intellectus uel fraudis uel damni præberet occasionē. Finge em̄ retento themate textus nostri, probabiliter apparere quod opus uicini, rei cōmuni sit nociturum: & dum unus ex socijs damno occurrere per nūciationē pergat, ceteros consocios uel fraude uel negligentia nūciare nolle: nonne hic fraus subicitur, uel damno res cōmunis afficitur, dum ædificantis temeritati unus ex socijs non posset occurrere? Sed nō obstat: huic enim



- huic enim uerfutia socius facile medebitur: siquidem & ad diuisionem prouocare, d. l. ij. §. i. de op. no. nun. d. l. Sabinus. com. di. & interim protestari coram aduersario uel uicinis poterit, sibi non esse nunciandi facultatem. Quae protestatio tm operabitur, ut facta diuisione, si ea portio cui aedificando iactura allata est, socio protestanti adiur dicetur, & is de nouo nunciet, aedificantem compelli ut destruat opus, quasi reperita die sit nunciatum, arg. d. l. de pupillo. §. si quis ipsi. Quem tex. ad hanc doctrinam ex paritate rationis noue extendimus, exemplo aliorum Doct. qui eum & scriptis & consilijs pro ipsorum commodo, & pro re nata, ad uaria adplicare consueuerunt.

QVAE SIT RATIO QVO OB SERVITVTEM  
rusticam non nunciatur.

**S**uper ratione differentiae cur ob seruitutem rusticam non nunciatur, in l. qui uiam, ff. de op. no. nun. & tamen in seruitute urbana nunciari potest, d. l. de pupillo. §. impositiam. eo. tit. Doct. laborant. Mihi post acrem inuestigationem Doct. ratio Ludouici Rhomani, quam Iason in l. i. in fi. eod. tit. recitat, non displicet. Putat enim ideo ob seruitutem rusticam non nunciari domino aedificanti, quod licet is aedificando uia usum occupet, alio tamen loco aequo idoneo eam seruitutem posse reponi, glo. in l. si cui, ff. de serui. & arg. l. ij. §. pe. ff. de relig. quae commoditas in seruitutibus urbanis locum non habeat. Quod credo tolerari posse, Nam qui contra seruitutes urbanas aedificat, is uicini aedes damno praesenti & incommutabili afficit: quae iactura non ita uiae imminet postquam reparari alio loco potest, Addimus tamen aliam rationem: nam damnum seruitutis urbanae lesae est continuu: damnum uiae occupatae non ita: interualla enim sus eundi habet. Quapropter in superiori casu extra ordinem subueniri oportet, in posteriore sufficit ordinaria actione ius seruitutis adseruisse. Potest & alio fine explicari ratio: nam nisi in urbanis aedificijs nunciaretur, ut celeri remedio aedificantes cohiberentur, iam quies ciuitatum turbaretur, ad arma saepe ueniretur, urbs ruinis deformaretur, dum illicite aedificans demoliri opus cogeretur: quapropter succurrendum celeri remedio fuerat, arg. l. i. §. quies. ff. de off. praef. urb. c. ubi periculum, de elect. in vi. Quae pericula, quia in seruitutibus rusticis cessant, illic ordinario iure, non extraordinario remedio consulitur.

An autem alio iure seruitus, alio praedium censeatur? Hugolinus in d. l. i. in fi. inter alias rationes sentire uisus est, quod alio iure seruitus, alio praedium censeatur. Quae tamen sententia communiter non est recepta: cum enim quaelibet seruitus a praedio dominanti nominetur, glo. l. i. §. item, ff. de seruit. urb. praed. quod & communis sensus adprobat, recte seruitus rustica dicitur, quae praedio rustico debeatur, etiam si ex origine inter urbanas censeatur: & ita ediuertit. Quapropter si ex puteis aedium urbanarum aqua haurienda ius sit uicinis: si porro seruitus itineris per atria seu uestibula domus constituta sit: id quod in inelyta urbe Constantia, unde mihi origo est, usuuenit: iam ex seruitute quae origine rustica est, propter praedium urbana enascit. Porro si praedio meo rustico, uicinus sit uel saltus uel nemus tuum, an non ex eo nemore, praedio meo debere seruitus umbrae possit: ut ita uel saltum uel nemus tibi recidere non liceat, ne plus lumini praedio meo facias, si lumen pressius illuc deuoluatur? Ea cum sit urbana ex origine, l. si arborem, §. interdum, ff. de seruit. urba. praed. tamen propter praedium rusticum, rustica censebitur. Paria dixerimus, si praedio meo rustico ea debeatur seruitus, ne altius murum, sepem, macerem tollas, & si quae sint similes. Quae cum ita sint, consequens est, ut si domui meae a uestibulo uel domo tua seruitus itineris debeatur, eam censerit urbanam, quod & Cautelarius iste Cepolla, post longam & fastidiosam distinctionem in tract. serui. tenuit. Ex quo limitari, d. l. qui uiam, noue poterit, ut

Rō Ludo. Rhō:  
cur ob rusticam  
non nunciatur.

Alia rō nostra:

Aliter explicatur  
ratio.

Seruitutē a praedio  
dominanti  
appellari.

Seruitutū naturam  
perdi propter  
praedia dominantia.

Limitatio noua  
ad l. qui uiam.



terit, ut in ea seruitute itineris quæ ex casu aduenticio urbana facta sit, non procedat. Nec obstat quod dicitur, per ea quæ aduenticia sunt, occasione originis iura nō mutari, glos. in l. uendicatio. ff. de rei uend. Quia hoc non habet locum, si aduenticiam qualitatem propria defendat ratio. At nos paulo suprarationes euidentēs docuimus, cur in urbana seruitute nunciatur.

ALTIUS TOLLENDI FACULTATEM

esse duplicem.

Subtilis resolutio circa seruitutem altius tollendi.



Vpliciter cōtingit altius tollere. Primo ex naturali libertate, qua ipsa origine quælibet domus libera præsumitur. l. altius. C. de serui. In hac libertate qui turbatur, negatoriam habet, per quam contendit ius nō esse aduersario sese molestandi. Alio modo altius tollendi seruitus est, ut cum statuto municipalī omnes ædes ciuitatis seruitute premuntur, ne ultra certam mensuram inuito aduersario tollantur altius: ut dicitur esse Florentiæ, quæ statuta etiam in ciuitatibus Sueuiæ obseruari constat. Hoc casu naturalis libertas ædium usque adeo cessat, ut etiam huiusmodi municipales ædes quasi ab origine in seruitutem quodammodo ordinariam redigantur. Hic si uicinus uicino indulget ut altius tollat, recte intelligitur suas ædes & seruitute grauasse, & uicino desisse libertatem altius tollendi, non naturalem, sed impositiciam: ut ita ea conuentio dici possit & propter seruitutem libertas, & propter libertatem seruitus. Per quæ etiam alibi tria Azonis intelligitur, dum in d. l. si unus. §. pactus. ff. de pact. in glo. mag. seruitutem libertatem nominari posse putat, quod in Doct. tuis nō inuenies. Potest & pactionibus fieri, ut altius tollere iure seruitutis competat. Nam si ædes meæ uicino seruitutem debent ne altius tollantur: at is ex causa aliqua facultatem altius tollendi iure seruitutis quam suis imponit ædibus, mihi concedit uel stipulationibus uel pactionibus: iam altius mihi tollere licet, nō iure libertatis, sed iure seruitutis dominantis: per quas conuentiones etsi liberatæ sint ædes meæ ab onere altius non tollendi, ea tamen liberatio à natura non cōpetit, sed in uim seruitutis qua est uicini domus grauata. Nec ad rem pertinet si prætendat quod seruitus altius tollendi remissa fuit, ædes iam in naturalem libertatem rediisse. ar. d. l. si unus. §. quod & in specie. de pact. & proinde superuacuum esse quod uicini ædes seruitute ulla altius ædificandi premantur: quia imo uicini interest, ut ego potius iure seruitutis altius tollam, quæ iure libertatis. Ea enim libertas amitti facile nō posset: at seruitus multis modis amittitur, & sufficit si cui uel in paucis, & c. l. tutori. C. de neg. gest. quæ sunt notanda, quia Accur. in. §. æque. insti. de act. & in l. i. ff. de ser. urb. præ. quædam impertinentia circa huiusmodi seruitutum species miscuit.

Actionem confessoriam competere pro iure altius tollendi, contra Iasonem.

Quæ aut actio pro ea facultate altius tollendi competat, Ioan. Fab. in d. §. æque. putat pro huiusmodi seruitute uendicanda competere confessoriam, si uicinus uicinum altius ædificare non patitur: quod & Aret. ibi placet, Iasonem ibidem negatoriam competere putat, iactitans illustre ingenium Io. Fab. eo loci defecisse. Mihi uero adsertio Io. Fab. uerissima uidetur. Certum enim est altius tollendi ius, secundo modo acceptum, ut supra declarauimus, esse seruitutem. d. l. i. d. §. æque. pro qua adserenda, quid aliud quæ confessoria dabitur? Caterum si hoc ius primo modo acciperet, nempe pro naturali libertate altius ædificandi: hoc casu nemo contradicit negatoriam competere: at de ea libertate nos non loquimur, sed (ut dixi) de seruitute, ut ita nominis æquiuocatio Iasonem deciperit. Nec obstat quod per eam seruitutem ædes uicini liberæ redduntur: quia ea libertas est impositicia nō naturalis, & ex correlatione potius dicitur seruitus dominans: uel si per antitheta loqui liceat, serua libertas, aut libera seruitus: quod ipsum supra attingimus.

L. Si prius.



L. SI PRIVS DE OP. NO. NVN. CONTRA  
Doct. sententiam intellecta.

**S**I communem Doct. intellectū in hac lege receperis, in offendicula & quidem grauissima, quinimo nunquā explicanda incidas necesse est. Ex cōmuni enim intellectu, primo casu agitur confessoria, altero uero casu negatoria: & statuitur in utroq; casu pœna contumaci, quod is si ius suū tueri uelit, partes petitoris sustinere cogatur, & necessitate probandi pragrauetur. At hoc si cōmuni intellectui locus sit, in neutro casu grauamen contumaci ingeritur. In primo nō: cum em̄ contumax ædes liberas esse contendat, in eo iuris præsumptione adiuuatur. In posteriori aut casu, probandi necessitas ideo nō est ei grauamen, quod cum is contendat uicini ædes nō esse liberas, probare hoc cogetur, etiā si non esset contumax. Proinde nō erit possibile, maxime in hoc posteriori casu, quod probandi necessitas in pœnam cōtumacię grauare possit: quod est contra tex. apertum. In hanc nassam, imo' iustam charybdim, cum Doct. certatim omnes, eorū intellectu impingerent, mirum est qualiter sese torqueant, & tamē nihil habent quo euadant: quā quo plus sese expedire p̄gunt, eo magis impediuntur: & cum animam soluere contendunt, ut est in prouerbio, nodum ligant. Nec quisquā in orbe est, ne Africanus quidē, ut ego puto, qui cōmunem hunc intellectū tueri possit ab offendiculis & a torturis manifestis. Nos hanc legem planā & facilem opinati, uerum intellectum putamus, quod in utroq; casu confessoria ad seruitutē adserendam actum sit: Nempe in primo casu, contra uicinum Titius agebat confessoria, ne is altius tolleret, scilicet quod seruitus altius non tollendi actori deberetur: id quod etiā cōmunes doctrinæ recipiunt. In altero uero casu, contra uicinum agebatur, ne is actorem impediret ædificare uolentem, & id ipsum pariter confessoria, per quā seruitus altius tollendi adserbatur. Eam em̄ seruitutem deberi posse, ex præcedenti capite satis patuit: quapropter in hoc secundo casu actor non egit negatoria ex ea libertate, qua omnes ædes liberæ præsumuntur: nō ullo modo, sed seruitutē sibi eo nomine deberi contenderat, ut altius liceret tollere. Quem intellectū multa suadent: Primo quod seruitutes altius tollendi uel nō tollendi, in iure iunctim enumerari soleat: ut uerisimile sit Africanum de eis etiā pari serie decidisse, fa. l. i. ff. de ser. urb. Deinde litera tex. nostri hunc intellectum firmat: sic em̄ scribitur: Idem q; e contrario: per quæ uerba intelligitur Iurisconsultus contrariā seruitutem, scilicet altius tollendi, annexisse: ea em̄ recte sunt contraria, iure seruitutis altius nō tollendi, & altius tollere. Quæ em̄ esset tam inepta ex contrario oppositio, si seruituti negatiuæ libertas affirmatiua opponeretur? Aut quis crederet Africanū Iurisconsultum acutissimū, & Rhetoricarum disciplinarum propemodū principem, uim oppositorū ignorasse? Iam & tertio, si sequentia uerba ponderes, nostra adsertio tibi p̄spectissima nec: sic em̄ subsequitur Iurisconsultus: Si cum agere uellet quis, sibi ius esse inuito aduersario altius tollere, &c. Ea em̄ uerba sine dubio seruitutē sonant, cum dicitur, sibi ius esse, scilicet quod proprie, & uelut ex naturali quadā obseruatione, seruitutes iura nominamus: & est uelut perpetuum in practica, cum in libello agitur sibi ius esse, qd per hoc ad seruitutē, uel alia iura incorporalia confessoria agatur. Porro' quod dicitur, inuito aduersario, recte omnino seruituti accommodatur. Nam nusquā relatum est, quod is qui negatoria pro adserenda naturali libertate gerit, deducat libertatē sibi, inuito aduersario, competere: hoc em̄ ridiculum & stultū esset, cum naturalē libertatem ædium nihil promoueat, quod aduersariū narrem esse inuitū. Et uulgo notum est, nō debere ulla in libello qualitate narrari, quæ impertinens sit & inutilis, ut diximus post Docto. in l. i. ff. de eden. Cum ergo tota series tex. ad cōfessoria pertineat, & de negatoria ne uerbo quidē, aut nutu aliquo mentio fiat: & uerum sit quod Iurisconsultus, si in posteriori casu negatoriam

Recitatio cōmū  
nis intellectus.Tortura Docto.  
ut euadant.Intellectus nō  
uus & facilis.

Probatio.

Aliud fundas  
mentum.



Defenditur in-  
tellectus nouus.

Quomodo con-  
tumax utrobique  
grauetur onere  
probandi.

tractaret, aut inexplicabiliter se inuolueret, aut absurda & uana decideret, ut supra declarauimus: profecto si usquam sit ueritati locus, indubitato tenendum est, utrobique tractari confessoriam: Sic enim tex. plane & facile procedet, & omnia suo ordine recta deciduntur serie, cum in utroque casu contumax plurimum grauetur, in eo quod partes petitoris sustinendo, necessitate probandi adstringitur, quod certe uno uelut digito ostendi poterit. Nam in primo casu ubi actor uicino non esse ius altius tollendi confessoria egerat: si reus se defendisset, iam tutus erat iuris praesumptione, qua quaelibet domus libera praesumitur. l. altius. C. de serui. & propterea actor etiam si in possessione fuisset, probare cogebatur, nisi praescripsisset. l. si quis diuturno. ff. si ser. uen. Certe reo existente contumace, in poenam contumaciae rota conuertitur: Is enim contumax de reo petitor efficitur, adeo ut si postea eum qui ante egerat repellere uelit, actionem contra eum instituere, & libertatem quam adserit probare teneatur, scilicet quod nulla plus iuris praesumptione adiuuetur: & eduerso, actor qui seruitutem praetenderat, etiam si non esset in quasi possessione, onere probandi non grauabitur. Et habet hoc rationem: ex contumacia enim & fugare rei praesumptio pro actore enascitur. Cum enim reus sese uno uerbo, nempe libertatem allegando, defendere potuisset: & nihilominus uel fugit, uel latitat, iuste praesumit actoris ius eo nomine adfirmare. arg. l. quod autem, in si. ff. de lib. cau. l. de aetate. §. qui tacuit. ff. de interro. act. Paria dicimus posteriore casu: cum enim actor confessoria egisset ius sibi esse altius tollendi, hoc probare tenebatur, si reus se defendisset: ut supra diximus. Caeterum quia reus contumax est, si ullo post tempore adificanti pergat repellere, petitoris partes sustinere, actionem instituere, & quod alteri ius altius tollendi non competat, probare tenebitur. Verum quod difficile sit contumaci in utroque casu ea probatio, quilibet peritus facile colliget. Hic est facilis, expeditus, certus & indubitatus intellectus huius legis, textui amicus, Iurisconsulti prudentia consonans, imo ex necessitate literae recipiendus: nihil habens absurdi, nihil impediti, nihil quod sit uel obscurum, uel inexplicabile. Decepit forsitan Doct., quod non aduerterant, altius tollendi facultatem, non solum libertatis, sed etiam seruitutis nomine competere, ut in superioribus declarauimus. Ex quibus reuocet omnium Doctorum error intolerabilis, qui unquam super ea lege scripsere, & quod coacte, quod omnino impertinenter negatoriam actionem in dictam legem intruserunt. Sed homines sumus, atque utinam ex Epicuri sententia, id ipsum quod homines sumus cognosceremus, nosque humana pati non dissimularimus: iam ueritati, a quocumque ea diceretur, crederemus, meliora sentientem sine inuidia sequeremur, & reiectis fastuosis Italorum & Gallorum titulis, etiam Germanis docendi gratiam a Domino dari faceremur. Sed sunt qui leges faciles saepe numero ideo obscurant, siue quod non omnium facilis sit & expedita interpretatio, siue quod ueritatis profundior inquisitio negligatur. Non enim uolo adserere quod ad augmentum stipendiorum aliquando nodus in scirpo quaeratur: uideri tamen Bal. poteris in l. Iuris gen. §. quinimo, in uers. ut puta post diuortium. ff. de pact. ubi nescio an aequam causam adferat, cur Accur. glo. suas non semel dedita opera obscurarit.

SERVITVTVM INNOMINATARVM QVAE NOSTRAE GERMANIAE  
consuetudine usurpantur, natura & conditio.



Seruitutes Ger-  
manie cuius  
sint naturae.

Vnt iura seruitutum innominata, quae apud Germanos sunt frequentissima: ut cum rusticis ius secandi ligna ex sylua uicina competit: item & nobiles uenandi, aucupandi iura in syluis aliorum usurpant: Sic & ciuitates, uillae, monasteria alique communitates, ius pascendi in alijs praedijs, ius piscandi, & caetera id genus compluria iura habere dignoscuntur, praeter id quod alicui fundo in specie haec seruitutes debeantur: In ciuitatibus porro, sicubi in magnis domibus sunt putei, ius aquae



Ius aquæ hauriendæ non ad ullam fundi utilitatē, sed vicinis ad eorū commodū competit: & quæ similia adduci possent: an huiusmodi iura seruitutes sint? Glossæ tenent esse pacta seu iura personalia, in l. ut pomum, ff. de serui, in l. mela, in si, ff. de ali. leg. l. pecoris, ff. de serui, rusti, præ. & ita se habet cōmunis opinio. Quæ si uera est, iam pro eis nō daretur cōfessoria uel negatoria, quæ in pactis personalibus locū non habent. Porro contra quemcūq; possessorē non darentur, quia pacta ad tertium nō extenduntur, d. l. si unus, §. ante omnia, ff. de pact. l. quo tutela, §. si, ff. de reg. iur. cum si. Nos indubitate tenemus eas esse seruitutes, ea maxime ratione, quod contra quemcūq; possessorem competunt: id quod quotidiana consuetudine experimur, imo aliquando reales seruitutes amplius centū annis durauerunt, & durant in Germania nostra. Et quod huiusmodi iura seruitutes sint, tenuit Bal. in l. si, C. de cond. inde, licet uariet in rub. C. de usufru. Idem tenet Ioan. Fab. in d. §. æque, in si, de act. Et ne utar testibus ambiguus, textum adduco expressum in d. l. mela, ad si, de ali. leg. ibi, In eadem causa erunt seruitutes gestandi uel in tuo uuas premendi, &c. Accedat quod cōsuetudo in nuncupatione seruitutū dominatur, l. si publicanus, §. si, ff. de publi. Vnde quia prædicta iura consuetudine Germaniæ seruitutes nominantur, præualebit ea consuetudo, & nō erunt pacta personalia. An autē reales sint uel personales, dubitationis est. Et certe Bal. Io. Fab. in locis supra allegatis, putant personales esse, si in utilitatem alterius prædij non cōpeterent, quæ sententiā iuribus supra allegatis manifeste fundatur; ceterū moribus Germaniæ notissimis subuerti uidetur: cum huiusmodi seruitutes sint ex utraq; parte perpetuo reales, & cum persona nunquā finiantur. Nos eam rem distinctione noua & notabili temperamus. Quod em̄ per manus traditur, seruitutes esse reales quæ a re rei debentur, duplicem intellectū recipit. Potest em̄ seruitus realis, rei singulari, id est prædio, in specie deberi: quo casu omnia ferè iura de huiusmodi seruitutibus loquentia intelligi conueniet. Potest & secundo seruitus realis intelligi, quæ rei uniuersali, id est, alicui loco & personis eo loci degentibus debetur: ut cum cōmunitati alicuius ciuitatis, uillæ, monasterij, habitatorib⁹ castri, ius pascendi, uenandi, piscandi, &c. debitum est, ea seruitus etiā realis dici iure optimo potest, quia a re rei, id est, a prædio seruiente, loco uicino, & occasione loci, personis illic habitantibus debetur, pro quo fa. in arg. glos. not. in l. ij. in uer. cloacam, ff. de serui, rusti. Et ita noue ornari poterit l. pecoris, de ser. rusti, ubi cum dicitur, pecoris pastum seruitutem realem esse, si prædij utilitas sit in pecore, nihil uetat, quin nomine prædij, nō solū unum, sed & plura uno loco simul collecta intelligas: Et in l. ergo, eo, tit. cum dicitur, cretæ eximendæ, &c. ius posse constitui in alieno si fundū uicinum quis habeat: non est absurdum sub fundo, † etiam locū uniuersalem intelligi, personis & prædijs collectum: Ab uno em̄ ad pluralitatē argumenta duci nō est insuetum, l. miles, §. de cem, ff. de re iud. l. si finita, §. cum aut. ff. de dam. infe. & fa. l. locus, l. quæstio, l. fundi, ff. de uer. sig. Prædictæ igitur seruitutes Germanorū, quamuis primo modo acceptæ, nō sint reales: posteriori tamen intellectu, optimo iure reales dici poterunt, & ita consuetudine Germaniæ manifesta seruantur, quæ, ut dixi, in huiusmodi iuribus dominatur, d. l. si publicanus. Et dato quod supra allegata iura, de prædijs seu fundis in specie loquerentur, attamen ex identitate rationis, & ex presumpta intentione Iurisconsulti si de hoc cogitasset, sine dubio ad locum pluribus fundis seu prædijs in unam cōmunem conuersationē deputatum extendisset, arg. eorū quæ habentur Insti. de legitima patro. tute. ubi est tex. ad hoc notabilis. Accedat quod locus sub toto collectiuo conclusus, appellationē rei nō abhorret, arg. d. l. rei appellatione, de uer. sig. ut adeo in supradicto seruitutum genere, rem rei seruientis iuste concludatur.

† Additio. (Et licet cōmoditas personæ quærat, prædij tamen dicitur: unde potius ius prædij q̄ personæ cōsideratur: ita in alio casu dicit glos. in l. i. uerb. cōputanda, de serui, rusti, præd. fa. in arg. glo. in l. ueluti, in si, in uerb. si habeam, eo, tit.)

An seruitutes Germaniæ sint reales. &c.

Noua distinctio.

Nouum ornamentum ad l. pecoris.

† Additio. Et ita glo. in l. si sur. §. incertam de usucap.



SVBSTITIALIA ET NATVRALIA CONTRACTVVM  
quæ sint, & quando naturalia pacto tollantur.

Substantialia  
contractus.



Substantialia contractus sunt, quæ dant esse contractui ex se ipsis & absolute, & sunt uelut forma essentialis, ex qua in esse contractus producit, productus conseruatur: qua forma destructa, iam contractus uita defunctus est, l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhib. & fa. quæ tradit Bal. l. i. uers. nunc tractemus. C. de fid. instr. & iure hast. fisc. li. x. Sic in emptioe pretium est de substantia, insti. de contra. emp. §. pretium. In societate, communio, l. i. in fi. cum l. seq. ff. pro soc. & alibi per discursum. Sic in precario, reuocandæ rei facultas, l. cū precario. ff. de preca. Sic & interrogatio & responsio actu continuo facta, formā substantialem dat stipulationi, quæ eam in esse producit, l. i. §. qui præsens. de uer. obli. iunct. l. continuus. eo. tit. Naturalia sunt, quæ ad contractum naturali quadam habitudine accedunt, & ex contractu uelut concomitanter dependent, ex eo quod subsistunt, non uero contractus ex ipsis: ut in contractu emptionis, euctionis obligatio; ista enim ad contractum perfectum ex quadam dependentia enascitur. In contractu societatis, lucri & damni participatio. In stipulatione, naturale est quod stipulatio stipulationem tollat, d. l. si unus. §. pactus. ff. de pact. & si quæ similia in contractibus inueniantur. Putabat tamen Bal. in d. l. ij. uers. nunc tractemus. simultaneum, seu continuum tempus, in stipulatione non esse substantiale, sed naturale, quod non est tutum: sola enim interrogatio & responsio, ad stipulationis esse per se non sufficerent, nisi sint temporis continuitate coniunctæ, d. §. qui præsens. Vnde uerius est quod diximus, formam substantialem stipulationis esse interrogationem et responsionem simultaneo tempore factam. Circa prædicta aduertendum est, quod substantialia pacto non tolluntur, quin a contractu uel in totum uel in partem re integra discedatur: id

Naturalia contractuum.

¶ Additio.  
Quæ pacta substantialia sint, quæ naturalia, pulchre declarat Io. Calde. cōsil. xi. post prin. in tit. de feud.

Substantialia pacto non tolluntur

Noua distinctio circa naturalia.

Subtilis resolutio l. Lucius, depositi.

quod late tractat in l. iurisgen. §. adeo. l. ab emptioe. ff. de pact. Naturalia autem pacto tolli possunt, manente nihilominus contractu, ut in l. pacta conuenta, cū glo. ff. de contra. emp. l. i. §. si conueniat. ff. de depo. cū si. Cui tamen doctrinæ ualide obstat l. cū manu fata. §. si. ff. de contra. emp. ubi naturalia contractus pacto tolli non possunt, sic in l. si non fuerit, in fi. ff. pro so. l. Lucius, cū dicitur, notissimos fines excedi, ff. de depo. & ita de similibus. Hanc difficultatem nemo usque huc, quæ certe ego uiderim, discussit. Credimus autem eam rem subtili distinctioe dissolui posse. Duplicitas enim sunt contractuum naturalia: quædam per naturam coherent, & ex uisceribus contractuum sumpta, quasi intrinseca qualitate insunt: quæ forte recte dixerimus uirtutem esse a propria contractus specie productam, logici propriam passionem rebus nominant, uelut ab essentialibus principijs enatam. Alia sunt naturalia, quæ contractibus ex consuetudine adsunt: & non alia ratione naturalia dicuntur, nisi quod frequentiori & assidua consuetudine, quæ in nomen nature transit, ad contractus accesserunt: de quibus est glof. in d. l. pacta conuenta, in prin. Priora naturalia pacto non tolluntur, imo pacta contra naturam contractus adiecta cæteris paribus cadunt. Sic in contractu emptionis, pacto fieri non potest, ut dominiū actu uel habitu non transeat: est enim intrinsecum naturæ, d. l. cū manu fata. §. si. Porro & in contractu societatis, conueniri non poterit, ut alter socius lucrum, alter damnum haberet, d. l. si non fuerit. esset enim leonina societas contra inseparatam naturam societatis. Sic & in contractu depositi, conueniri non posset, quod dominiū rei depositæ in depositarium transiret, d. l. Lucius, ubi aperte dicitur, per huiusmodi pacta notissimos fines contractus excedi. Nec ad rem pertinet, quod huiusmodi pactum ibi in pecunia numerata factum, non uiciatur quo minus ex deposito agatur ad pecuniam, d. l. Lucius, cum l. seq. quia hoc est speciale in pecunia numerata, eo casu quo non ob signata deponeretur. Cum enim seruando pecuniæ seruari non possit, & in eodem genere functionem recipiat, facile tolerari hoc pactum potuit, scilicet quod in pecunia non ob



non ob signata de posita, tacito etiã pacto transit dominiũ, l. in naute Saupheli. ij. rñl. ff. locati. ut adeo huiusmodi obseruatio ad singularia pecuniã numeratã, noue & eleganter adscribi possit: nihilominus tamẽ quia ea conuentio notissimos depositi, ut diximus, fines excedit, in alijs speciebus seu corporibus depositis non reciperetur. l. licet. d. i. ff. de po. ut ita merito inter uera naturalia hic casus cõnumeretur. Quod ergo supra diximus, naturalia pacto tolli posse, intelligendã sunt extrinsecã habitudines, quã a cõsuetudine quodammodo in naturã contractus transferunt: ut quod nõ debeat euictio in cõtractu emptionis: item quod leuis culpa, aut periculũ in deposito suscipiat. d. l. i. d. si cõueniatur. d. sape euenit. ff. de po. & si qua sunt similia, quẽ in contractibus ex dicta nostra distinctione (qua inseparata naturalia a separatis distinximus) inueniri possunt. Eget tñ ea res ingenio, & quidẽ instructo, ne substantialia cũ naturalib⁹ inseparatis, qd superioribus annis quidã ex Doctorib⁹ fecit, misceantur.

*Novum singulare pecuniã numeratã.*

SENTENTIAS TRANSACTIONES VE EX FALSIS INSTRUMENTIS DATAS, SINE IN INTEG. RESTITU. RETRACTARI.



Uicquid Glos. Bart. & alij sentiant, utrum puto, quod sententiã ex falsis instrumentis lata, sine ulla obtenta restitutione tollatur. l. qui agnitis. ff. de excep. & est expressum, nisi cauilemur in l. i. ij. &. iij. C. si ex fal. instru. Adde quod falsitas instrumentorũ inficit sententiã uicio intrinseco & formali: quia cum res iudicata pro ueritate habeatur, iam falsitate manifeste appente, ueritatis cessat præsumptio & substantia: quia nihil est uero magis cõtrarium q̃ falsum, autẽ. de instru. caute. in prin. colla. vi. sed in integ. restitutio uitia accidentalia reparat. l. i. ff. de integ. Et hoc uidetur tenere glos. in l. si fideiussor. d. in omnibus. in fi. ff. man. Quibus cõsequens esse puto, quod cum sententiã & transactio parifaciantur, l. non minorem. C. de transact. recte etiã ex falsis instrumentis, transactionis tolli efficaciam nulla intercedente restitutione: & ita intelligo. l. si ex falsis. C. de transact. Sicut em̃ falsus tutor non est tutor, & falsum testamentũ non est testamentũ, l. Paulus. ff. de uer. sig. ita falsa transactio, nõ est transactio: pro quo est tex. apertus in l. i. ad fi. ff. ad Tertull. Et quamuis in contrariũ sint cõmunes doctrinã: hæc tamen est uerior & ex textib⁹ iuris fundatior, rationi & æquitati cõformior. Nec obstat l. diuus. ff. de re iud. quia ibi testimonia falsa præsuebant ex pecuniã corruptione, sed non apparebat expresse falsitas, id quod tex. ibi in fi. satis docet. Alia aut̃ lura per Doct. allegata, uidelicet l. nam & postea. d. si minor. ff. de iure iur. l. exceptiones. in fi. ff. de excep. & similia, nihil contra assertionem meã pugnant: nam in eis nõ apparebat falsitas quã dispositionẽ inficit.

CVR ACTIO HAEREDITARIA SERUI CORRVPTI  
in duplum, & legis Aquiliã in simplum in peti.  
hære. ueniat, ratio noua.



Urisconsultis aliubi, nempe in l. hæc actio, in fi. cum l. seq. in prin. ff. de ser. corrup. decidit actionẽ serui hereditarij corrupti, in petitionem hæreditatis in duplum uenire: & regione in l. item ueniũt. d. cum prædiximus. ff. de pet. hære. deciditur actiones hæreditarias cum natura incrementi non uenire: siquidem actio legis Aquiliã in petitionem hære. ad simplum ueniat, nõ ad duplum, quod ex inficiatione increseat. Accur. pro ratione differentia naturam actionis distinxerat, in Primordiale, quã a principio inest: & Accidentale, quã ex postfacto. uolens duplũ in actione serui corrupti ex primordiali natura, sed in lege Aquilia ex accidentali, nempe ex inficiatione emergere: & proinde illic in petitionem hæreditatis uenire, hic non uenire. Ego tametsi eam distinctionem non oppugnem, subtilius tamen disquis

*Cur in actiones hereditarias dupli incrementum aliquando non ueniat.*

*Primordialis natura. Accidentalis natura.*



*Alia & noua ratio.* tamen disquirenti, alia & melior ratio occurrit. Siquidem duplum in actione seruati corrupti, cum ex damno & in poenam corruptionis ab initio competat, hereditarium est, & in hereditate inuenitur, quapropter ad heredem protenditur, d. l. haec actio, in prin. sed in l. Aquilia, duplum non immediate seu ab initio ex damno dato uenit, sed in poenam aduersarij negantis emergit, l. contra negantē. C. de lege Aquilia, unde non potest dici hereditarium: reus enim a defuncto nondum conuentus, negare nihil potuit. Quod si is ab herede conueniatur & neget, ideo non est locus poenae dupli, quia defunctus decesserat antequam eius poenae quaereretur: quapropter sicuti in hereditate dupli poena non inuenitur, ita ab herede non petetur. Quod potest latius liquere si ad practicam res ponatur. Sic enim haeres agit. Quia tu damnum defuncto fecisti, & ea actio ad me tanquam heredem deuoluta est, peto damnum, &c. Quod si reus inficietur sese intulisse damnum, & conuictus fuerit, ad duplum tamen non condemnabitur: Non enim est res hereditaria, cum inficiatio ista post mortem defuncti facta sit, & post eius mortem de nouo emerferit. Simplum igitur in hereditate inuenitur: poena autem dupli, quae ex posthuma inficiatione crescit, non est in hereditate inuenta, & sic ad heredem non pertinet. Quae enim in corpore hereditatis non includuntur, heredem non respiciunt, l. si tibi, §. si pactus, ibi glo. Paul. & Doct. ff. de pact. Et haec fuit Iurisconsulti sententia in d. §. cum praediximus, per nos non insubtiliter, ceterum noue excussa.

*Illatio noua.* Ex praedictis pari nouitate inferimus, quod si defunctus aduersarium super damno conuenisset, & reus fuisset inficiatus, conuictusque de mendacio, certe si defunctus pendente iudicio decessisset, iam coeptam litem cum sua natura etiam in poena dupli haereditate posse prosequi, quippe quod incrementum dupli iam in hereditate inueniretur.

*Casus ubi incrementum dupli in laquil. in hereditatem uenit.* & uulgo notum est, instantiam in heredem cum omnibus qualitatibus transfundi, Bal. in l. i. C. de sent. quae est noua limitatio ad d. §. cum praediximus, quam & ex eodem textu subtiliter colligi posse putamus, in eo quod de actione l. Aquiliae loquitur: quo casu satis innuitur actionem necesse inceptam, alioqui non de actione, sed de iudicio mentionem fecisset: sicut statim post de noxali iudicio uerba fecit, ne me quispiam diuinare putet.

*Damnum legis Aquiliae ad duplum dari, etiam si certi conditione agatur.* Accur, ex sua distinctione, qua naturam actionis primordiale & accidentalem distinxit, ut supra deduximus, improvide deceptus est in l. certi, in. ij. glof. in fi. & postea in uerb. ex lege Aquilia, ff. si cer. pe. dum putabat si ex certi conditione ageretur ad damnum legis Aquiliae, primordiale naturam inspicere non accidentalem, & sic ad simplum agi non ad duplum, ar. d. §. cum praediximus. Quae opinio, quamuis ab omnibus Doctoribus in multis locis teneatur, & per Bar. in d. l. certi. & per Bal. alio loco multum commendatur: tamen non est uera, ex rationibus subnexis. Primo, quia est contra tex. in d. l. certi, ubi simpliciter & sine distinctione deciditur certi conditionem competere ex lege Aquilia: nec restrinxit Iurisconsultus eam conditionem ad simplum, non omissurus si alterari uim conditionis certi uoluisset: sicuti eam alterationem non tacuit in d. §. cum praediximus. Ista ergo glossae & Doct. restrictio non est recipienda, quam sine lege faciunt, cum Iurisconsultus generaliter deciderit, l. i. §. generaliter. ff. de leg. praest. cum uulg. maxime cum hic nulla extet coercendi ratio: ut statim docebitur.

Deinde doctrina glossae & Doct. nullo iure fundatur: & sic (quod saepe dico) eadem facilitate reuellitur qua adseritur. Nam d. §. cum praediximus, cui Accur. potissimum nititur, nihil pro eo facit: ibidem enim duplum ex lege Aquilia, ideo in petitionem hereditatis non uenit, quia non erat res hereditaria, ut supra proximo capite factis euicimus: at hic nullum est impedimentum, quin certi conditio omnia ea complectatur, quae insunt in lege Aquilia. Quae una ratio sufficeret germani iuris ueritatem amanti. Quod autem Ang. in d. §. cum praediximus, glossae opinionem ideo defendit, quod natura accidentalis non sit in actu, sed in potentia, unde surrogari non possit, &c. nec obstat, Quamuis enim non sit in actu existentiae, est tamen in actu essentiae, id est, in ha-



id est, in habitudine legis Aquiliae, incrementū eū dupli in natura legis Aquiliae qua-  
dam habituali essentia latet: facta uero in sciacione, in actū erumpit, d. l. contra negan-  
tem. C. de lege Aquilia, l. inde Neratius, §. hanc actio, ff. eo. tit. Recte, sicut ius in ipsa iu-  
stitia habituali essentia latuit, erupit autē in actum, dum per legislatorē ex iustitia pro-  
ductum est, ut alibi latius differuimus. Cum ergo ex lege Aquilia certū damnum con-  
dixero, aduersarius uero damnum neget, & de mendaciō conuincat, iam dupli incre-  
mentum, quod in actione legis Aquiliae habitualiter inerat, in actū erupit. Quae ergo  
esset intoleranda absurditas, q̄ is qui ex natura legis Aquiliae condicit, duplū non cō-  
sequeretur? Tandem si glossae & Doct. opinio uera esset, aliud intolerabile absurdū  
eueniret, Nam q̄uis certi condictio cū alijs actionibus concurrat, altera tamen per al-  
teram cōsumit, eatenus ut si quid non sum ex una consecutus, ex altera deinde conse-  
qui non possum, l. duobus, §. exceptio, ff. de iure iur. Si nūc condixissem damnū ex le-  
ge Aquilia, & aduersarius negasset, iam duplū quod mihi iure & ex natura legis debe-  
tur, nunq̄ consequeretur. Ex condictoria enim actione secundū communes opi. non:  
quia in eam non ueniret. Ex lege Aquilia nō, q̄ iam consumpta esset, & sic fraudarer  
iure debito: Et consequenter certi condictio, quae a Iurisconsultis in prouisionē age-  
re uolentium inuenta est, non solū non esset prouisio, sed & pestis & perniciēs litigan-  
tium, scilicet q̄ per eam iura nobis debita non consequeremur. Quae si nō sunt absur-  
da, nihil uideo quod praeterea absurdum dici poterit. Quae cū ita sint, uidere licet q̄ su-  
pino errore Bartolus circūferatur, dū putat: Si ex contractu emptionis uel uenditiōis  
certum condicatur, nō uenire fructus ex mora, sicut in bonae fidei contractibus, &c.  
Hoc enim tam nō est uerum, q̄ est iniquum. Quae enim esset aequitas, q̄ uenditor fun-  
di ideo fructus suos faciat, q̄ moram nequit in tradendo, si forte condictione certi cū  
eo ageretur? An nō contra euidentissimum ius est, lucrū ex eo consequi in quo delin-  
quitur? l. siue haereditaria, in fi. ff. de neg. gest. at morosus delinquit: unde iniquissimū  
esset, si condictoria actioe conuentus, fructus suos faceret consumpta iam actioe ex  
empro, d. §. exceptio. Vide lector quisquis ueritatem et equitatem amas, q̄ late manus  
error porrigat, si ei in primo limine non obsistitur.

Error Bart.

INTELLECTVS L. EX DIVERSO, SOLV. MATRIMO.  
cum alijs LL. pugnantis.



Variare inter sese & dissidere uident, l. ex diuerso, cū l. pe. de iur. dot. & l. sicut  
autem, l. sed hoc ita, de re iud. Nam in l. ex diuerso, Neratius iustum esse deci-  
dit focero mariti in dotis promissione subueniri, ne in solidum exigatur: At  
in l. sicut autem, in fi. idem Iurisconsultus alio nos iure uti dicit. Item in l. sed  
hoc ita, negatur focero subueniri sol. mat. quod in d. l. pe. ei conceditur. Ioan. de Imo.  
& Alex. adfliguntur & aestuant, non habentes quicq̄ solidum quod concludant. Nos  
hunc nodum facile explicabimus. Nam Neratius in d. l. ex diuerso, & in l. sicut autem, si-  
bi ipsi nō dissidet. Quod enim in altera lege iustū esse dixit, hoc in l. sicut autem, aequū  
uideri docuit. Subiungit tamen per copulatiuam, q̄ & alio iure utamur, quasi diceret,  
licet iustum sit, & aequitas exigat, focero succurri, hoc tamen non esse perpetuum, eue-  
nire enim casum in quo & alio iure utamur. Ista enim copulatiua, sed et, uim habet ad-  
dendi, ut uel augeat uel limitet, ut not. in l. ij. supra ne quis eum. Et q̄uis Neratius eum  
casum, quo alio iure utamur, non aperiat, Pomponius tamē in l. sed hoc ita, aperit, dū  
affinitatem manentem distinguit aut solutam: quod illic beneficio locus sit, hic non sit  
locus. Quam tamē Pomponij decisionem Iurisconsultus Paulus limitat in d. l. pe. ubi  
focero mariti, quamuis is dirempto, id est sol. mat. regulariter beneficium nō habeat:  
ex causa tamen & persona a iudice hoc tribui deciditur. Et perpendendū est uerb. tri-  
bui, quo haud dubie significat, dictum beneficium focero sol. mat. nō competere, nisi  
m ei a iud

In ll. pugnanti-  
bus circa focer-  
os Doct. afflia-  
guntur.

Verb. tribui.



Qualiter uari-  
ent iur. in utris-  
que foceris.

ei a iudice ex causa tribuatur. arg. l. i. §. i. C. de pet. bono. subla. li. x. ut sic nulla sit in d. l. dissensio, sed altera per alteram determinetur. Quibus consequens est, focerū mariti differre ab uxoris focero, quippe qđ huic beneficiū manente & sol. mat. æqualiter cōpetat, etiā si nulla uel causa uel psonæ conditio suadeat; ceterū focero mariti, nō cōpetit nisi ex causa necessaria, & ex personæ conditio. quā facilem differentiā Imo- len. adsequi non potuere. Credimus tamē, quod si focer mariti in promissione dotis dolū fecisset, ut qui circumueniendi generi causa, sciens & prudens, plus dotis promississet qđ prestare posset, ei non esse parcendū, non solū sol. mat. sed ne manente quidē, quin in solidū possit conueniri. l. si rerum, in fi. & d. l. sed hoc ita, in fi. de re iud. ceterū temperandū esse, ne doli mentio fieret, sed civilibus uerbis agendū. ar. l. si super stite. C. de dol. Quinetiā si & uxoris focer, uel in donatione propter nuptias promissa, uel in dote recepta, dolo uersatus esset (id quod de facto contigisse nouimus) conueniri ob dolū, exemplo mariti, in solidū posse credere, cū diuersitatis ratio dari nequeat, & sæpenumero dotē patres recipiant, maxime maritis filijs familias existentibus. Alex. in l. rei iudicata. sol. mat. & in d. l. sed hoc ita. putabat eam contrarietate Iurisconsulto- rum nō posse recte defendi. Iason putat nō posse melius dici, qđ ex lo. de Imo. didicit; & tamen recte & ordine totus conflictus supradicta elucidatione sedatus est.

#### FVRTI ET DAMNI DIFFERENTIA.

Cur furtū pluri-  
um sit unum fa-  
cinus, non ita  
damnum.

**F**urtum a pluribus commissum, unius facinoris loco est, non ita in damno plurium. Rationem moderni post Bar. in l. si familia, de iur. om. iud. cōmiserunt: quæ nihil habet momenti. Ego puto probabiliorem eam esse rationem: Nam furtum a pluribus cōmissum, in re ablata nihil magis nocet, qđ si ab uno committatur. De damno uel iniuria non est ita. Nam damnum per plures rei meæ datum, dum pro se quisq; manus admolitur, plus mihi detrimenti affert, qđ si unus me damnificaret. Paria de iniuria a pluribus illata dixerimus, & id ipsum ad sensum patet, & satis probatur per l. si plures, ff. de iniur.

#### IVSSOS POSSIDERE EX SECUNDO DECRETO, æqualiter dominos futuros.

Cōmunis opin.

Tex. corruppi,  
dum æquale  
pro inæquali ex-  
ponitur.

Testium concor-  
dia discors.

Improbatio cō-  
munis opin.

Prima ratio.

**C**ommunis est doctrina Accursij & Doct. in l. prætoris. §. i. l. si finita. §. si ante. & §. cum autem. ff. de dam. infe. quod licet plures missi ex primo decreto æqualiter detineant, si tamē iussi sint possidere ex secundo decreto, pro rata damni unumquemq; possidere. Mouentur ex eo, quod iniquū esset si æqualiter dñi fierent, qui in æquale causam damni haberent. Item si ex stipulatione ad damnū agatur, damni restitutionē pro rata fieri. l. ex damni. §. ij. ff. eo. tit. Sed missionē ex secundo decreto esse loco cautionis. l. prætor. §. in eum. eo. tit. igitur pro rata cōpetere, quia subrogatū, & c. iuribus uulg. Nec obstare secundū eos d. §. si ante. ubi dicitur, eos qui iussi sunt possidere, æqualiter dominos fieri, & c. intelligi em æqualiter, id est, pro rata damni: uel sicuti lac. de Aret. & Bar. exponit, pro simul tempore: & per hoc se Bar. concordasse scribit testes, quorū alij dicebant filiū in maiori, filiā in minori parte institutos, alij autē esse æqualiter institutos: intellexit em Bar. esse institutos simul tempore, & c. Sed in contrariū est aperta ueritas: nempe eos qui iussi sunt ex secundo decreto possidere, nō pro rata damni, sed æqualibus partib; dominos fieri: quod quidem rationibus & iuribus constare poterit euidentiss. Primo arg. sumpto ab impossibili, quod est fortissimū. Nam qui ex secundo decreto possidere iubentur, nondū ullum damnū senserunt: pro damno enim quod futurū timetur possidere iubentur. l. ij. & l. prætor. §. hoc edictum. ff. eo. tit. Quomodo ergo pro rata damni possiderent, quibus necdū ullum damnū contigit? Simili arg. utitur Iurisconsultus in l. i. §. Iulianus. uers. itaq; ff. de itt.



itaq. ff. de iti. actu' q. pri. ibi, Nō quasi precario usum, sed quasi nec usum. Et fa. qd uulgo dicit: Non erit nullas esse qualitates, l. eius. ff. si cer. pe. Proinde quomodo possibile esset portionis ratam in eo damno respicere, quod necdum in re natura fuit, et fortasse nunq. eueniet: quia de futuris contingentibus, &c. arg. l. sed etsi restituatur, in fi. ff. de iud. cum vulg. Porro dicta ratio, proprio firmatur Accursij testimonio, qui eā rationem in diuiduo sensit in d. l. si finita. §. cum aut, in uerb. contigerit, ubi dicit, nihil prodesse immitti pro damno dato, cum nihil sit datum: nihil q. prodesse, si ea actio ad interesse detur, cū adhuc nihil inter sit. Si ergo Accur. uult ex immissione nō considerari damnum, quod adhuc nemo sensit, nec etiā interesse: cōsequens est, ut etiā rata damni nō consideretur quæ ex interesse radicitur. Deinde & tertio, Missio ex primo & secundo decreto principaliter contumaciā respicit, non damnum quod necdum datum est, id quod uel ex ipsis Accursij uerbis in d. §. cum aut, colligit, ut supra declarauimus, & fa. l. hoc amplius, post prin. ff. eo. tit. cum deciditur, integra re unumquēq. cogi caueri oportere, nō propter damnum, sed quia nō defendunt: sed contumacia aduersarij omnes & missos & iustos possidere æqualiter respicit. arg. d. l. prætor. §. si plures, in fi. eo. tit. Cū ergo æqualis omnibus est facta cōtumacia, & in ipsa missione cōtumacia præcipue attendit, consequens est ut æqualiter sint domini postq. iussi sunt possidere: is em qui non cauerat, recte dicitur erga omnes æqualiter ædes suas non defendisse.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Missio ex primo &amp; secundo decreto ex cōtumacia

Item & Quarto. Certum est q. hi qui ex secundo decreto possidere iubent, concursu partes faciunt, ut d. §. cum aut, qui tex. loquitur in secundo decreto: quod Bart. apte tenet in d. l. prætoris. §. si plures, in l. oppo. Sed natura cōcurfus est, ut partiat in partes æquales. l. cū quæstio, in fi. C. de lega. l. i. §. sin aut disiuctim, ubi est tex. C. de cad. toll. cū mul. si. Et q. dictus. §. cum aut, in secundo decreto loquatur, patet: quia missi ex primo decreto, concursu partes facere non possunt: nullas em omnino partes faciunt, cū detineant tantummodo, & causa custodiæ immittant. d. l. prætoris. §. si plures, tex. in l. iij. §. si. ff. de acquir. poss. At custodia, quæ cōmunem rem respicit, nō potest in partē fieri. l. iij. in fi. ff. de uer. obli. arg. l. i. §. si apud duos, ff. de po. Quapropter Accur. in d. §. cū autem, improuide errauit, cū eundē tex. in his intelligit, qui ex primo decreto immittuntur. Hoc em non est uerum, imo impossibile in iure esset, eo loci primū decretum intelligi, ubi hi qui mittuntur, concursu partes faciant: ut supra declarauimus, sed & Bar. loco supra allegato, prædictū tex. in §. cum aut, in secundo decreto uerius q. Accur. intellexerat. Nec obstat si diceret quis: Cum ius nostrum missos in possessionem simpliciter nominat, eos intelligi, qui ex primo decreto missi sunt: secus si iubeant possidere, &c. quia hoc nō est perpetuum. Nam & hi qui secundū decretum obtinuerūt, in possessionem simpliciter dicunt missi. d. l. si finita. §. si qua sint iura, in uer. qui in possessionem missus est, ubi intelligit glos. ex secundo decreto. Dicta ergo uerba, mitti in poss. pro materia subiecta ad utrunq. decretum referri possunt.

Quarta ratio.

Missi ex primo decreto concursu partes facere non possunt.

Obiectionis resolutio.

¶ Additio. (Hoc quoque nō est prætereundum, quod missi ex primo decreto etiā si plures sint, omnes simul in solidum causa custodiæ detinent: sed si iubeantur possidere ex secundo decreto, am quia sunt ueri possessores, non omnes in solidum possidebunt, l. iij. §. ex contrario, de acquir. poss. sed concursu partes faciunt, ut d. §. cū autem. Et sic causa detentionis mutatur in causam possessionis: ut in fine latius tractabitur.)

Porro & Quinto: Recte ab uno ad plures in hac materia argumentum sumitur, d. §. cum autem, sicut & alibi a singulis ad coniuncta arguitur. l. miles. §. i. ff. de re iudic. Sed si unus in possessionem ex primo, & post ex secundo decreto mitteretur, is in totas ædes, non pro rata damni mitteretur. d. §. cum autem, in fi. & est tex. in l. si propriarius, ad fi. principij, in fi. ff. de dam. infect. ubi pro minimo damno missus, totas ædes possidere iubetur. Ergo & in pluribus missis idem erit, ut non rara damni, sed æquali tas ex concursu considerata ueniat. Item & Sexto. Nam in d. l. ex damni. §. si ff. de

Quinta ratio.

Sexta ratio.



dam. infe. clarus est tex. ubi si plures socij cōmunis domus ideo mittant in poss. quod aduersarius nō cauerat, æqualiter mittentur non ex dominicis partibus: & est is tex. de necessitate in secundo decreto intelligendus. Sed certū est quod plures immisos ex primo, si postea ex secundo decreto mittantur, iam re ipsa socios fieri, d. l. si finita. §. sed si quis eorū. & l. iij. in fi. cum l. seq. ff. com. di. Vnde dominicæ partes in eis non ex rata damni, sed ex æqualitate attenduntur. Tandem tex. est apertus, in d. §. si ante. d. §. cum aut. ubi uerba ita sunt clara, ut non sit ferendus quisquā qui ea corrumpere pergat, ar. l. quicquid adstringendæ. ff. de uer. ob. Cum em̄ plures missi æqualiter dñi fiunt, certe fiunt ex æqualibus partibus, per arg. a coniugatis, & fa. l. interdū. ff. de her. insti. Et sic non obstat intolerabilis deprauatio, qua Accur. lac. de Are. Bar. & alij uiolare & corrumpere apertissimū tex. in d. §. si ante, pergunt. Ea em̄ deprauatio, cum sit contra ius & contra rationē, eliminanda est, & nullo modo recipienda. Nam qui æquale, exponit pro rata, perinde est ac si circulū pro triangulo exponeret. Nec obstat quod Accur. iniquum putat, si æqualiter dñi fierent, qui inæqualem causam damni præterderent: quia nulla est hic iniquitas. Nec em̄ causa damni inspicitur, quod nondū euenit, sicuti is ipse Accur. uariando in d. §. cum aut, tenuit: sed propter cōtumaciam non cauētis (ut supra tertia ratione docuimus) secundū decretū interponitur. Nec obstat quod Accur. nimis improuide putabat missionē ex secundo decreto ita pro rata damni fieri, sicut ex stipulatione pro rata agitur: quia isthęc similitudo ex separatis, ex impertinentibus, & disparatis rebus sumpta, nihil proficit. Nam ex stipulatione, ad damnū præteritū qd iam cōtigit, qd euenit, agit: missio ex secundo decreto tam nullū damnū respicit, q̄ necdū ullum datū est: & sic ista similitudo non magis consonat, q̄ si præterita futuris cōposueris. Sed & ipsemet Accur. in d. l. ex damni. §. si. per eundem tex. apparere dicit, quod alio modo se habeat missio q̄ stipulatio, ut ita contrariū teneat eius quod in d. §. cum aut, docuerat. Huic ergo uarianti & sibij ipsi pugnantī testi quis credet? Nec uerum est, quod missio ex secundo decreto sit loco cautionis, quod Accur. in d. §. cum aut, & Bar. alibi putabat: imo est error manifestus contra apertum tex. nitēs in d. l. si finita. §. postea, ubi post secundū decretū nihil efficeret aduersarius, si cautionē offerret. Et tandem nō obstat l. prætor. §. in eum. ff. de dam. infe. per quā Bar. mouebatur, quia ibi de actione in factū mentio sit: quæ competit cōtra eum, qui nec cauit, nec possideri passus est: quæ actio nō ante competit, q̄ damnū senserit tunc. d. l. si finita. §. si. cum l. seq. Quæ mirū est Bar. nō præuidisse. Sed sæpe fit, ut ex re nata, ex conspirato fauore, ex uocibus aliorū, doctrinæ, ne dicā errores Doct. procedant: ut ita eo facilius decipiantur, quō minus sæpenumero necessaria circumspiciūt. Ad pauca em̄ respiciētes, facile decipi, Philosophus, i. Elench. docuit. Quæ cū ita sint, cōsequens est Bar. eos testes, quorū alij æqualiter institutos, alij inæqualiter deposuerunt, contra ius ab aperta & ineuitata cōtrarietate defendisse, qui defendi, salua ueritate nec poterant, nec debebant. Si em̄ talis cōcordia reciperetur, cum alter album, alter nigrū deponit, iam nō posset ulla in testibus accidere contrarietas, quæ nō excusaretur: iuris q̄ civilis synceritas ad perniciem litigantiū periculose corrumpetur.

## SI INTRA DELIBERATIONEM

prætoris ædes ruant, &amp;c.

Verus intellectus ad l. si finita. §. eleganter de dam. infect. contra cōmunes



Et ita cautione damni infect. si aduersarius domū ruinosam esse neget: & de liberante magistratū, domus cum iactura uicini ruerit: ei qui damnū passus est, contra reum, altero de duobus remedijs prouidetur. Aut em̄ eius periculi est ruina, quod ex ea latius damnū timeatur, id quod frequenter usuuenit: & cogatur reus non solū cauere de præterito, sed & de futuro damno. Aut aliud damnum, præter id



• præter id quod contigerat non timetur, & prætor pro præterito damno actionem in factum utiliter decernet. Nec eo casu locus erit cautioni, ut quæ ad futuram securitatem respiciat, cum pro damno dato præsens sit actionis remedium: missio autem in possessionem neutro locum habet, quæ damno necdum facto ob contumaciam datur. l. dies. §. 1. ff. de dam. infe. at in casu superiori reus non erat contumax & iam damnum contigerat. Et is est uerus & facilis intellectus in d. l. si finita. §. eleganter. eo. tit. Quem tex. glossæ & Doct. sicuti non sane intellexerunt, ita uarijs lectionibus & impertinentibus commentis difficilem reddiderunt. An autem in casu supradicto, reus effugere, uel cautionem, uel actionem possit, cedendo domui uel solo & rudibus? Quod uidetur: quia in causa damni infecti solenne est, quod damno facto, dominus ædium quæ ruerunt sese liberet, si ædibus aut solo cesserit, ad instar animalium quæ noxiam nocuerunt. l. prætor. §. hoc edictum, supra eo. Bar. putat reum non liberari: siquidem in d. §. eleganter, reus per subterfugia, cauillosas & morosas exceptiones, cautionem sit moratus: qua mora cum deliquerit, non liberari cedendo, scilicet quæ ex facto suo teneat. l. is cum quo. ff. de aq. plu. ar. Ego responsionem Bar. qua dicit reum cedendo non liberari, ueram puto: rationem suam non puto ueram, quamuis communiter Doct. eam sequantur. Nam in tex. nostro nullibi, ne a remotis quidem, significatur, nedum dicitur, reum subterfugia quesuisse: imo contrarium ex tex. euidenter apparet, dum scribitur prætor super danda stipulatione deliberasse. Si enim deliberauit, non erat cauilliosa aut subterfugax rei defensio: alioquin non deliberasset, sed cauillationes & subterfugia rei reiecisset. arg. l. satis. C. de fal. maxime in causa damni infecti, quæ celeritatem desiderat. l. i. ff. eo. & constat quod deliberatio in rebus dubijs adhibetur. l. ij. C. de sent. ex breui. recitan. c. anteriorum. ij. q. vi. Quapropter reijciendam putamus tam impertinentem diuinationem, quam & Alex. non probat, licet eam sequatur. Veritas ergo est, reum cuius ædes intra iudicis deliberationem ruerunt, a culpa nunquam excusari, si cautionem recusauit, etiam si defensio sua non fuisset cauilliosa, sed probabilis apparuisset: multa enim sunt quæ ei imputantur: Tum quia se fortunę lubrico commisit. l. ij. §. quod diximus. ff. si quis caut. Deinde quia non prospexit quod euenire poterat, cum status rei futurum euentum, nempe ruinam minaretur, quæ paulo post euenerat. l. si. §. prætor ait. ff. de his qui deiec. cum uulg. Et tandem ex ruina domus, apparuit suas defensiones etiam quæ a principio colorẽ habuissent, fuisse iniustas: ex præsentibus enim ad præterita præsumimus. glos. l. ex persona. C. de prob. cum uulg. & uulgo dicimus, nullam esse meliorem probationem, quam quæ ex euidentiã facti reluceat. Proinde siue iustam siue iniustam causam defensionis reus prætexterat, ex casu ruinæ in culpa fuisse deprehensio: ut merito reus, si nihil futuri damni imminere, actione in factum teneatur tanquam cautione interposita: alioqui cautionem interponat si damna futura timerentur, & non liberetur uel solo cessurus uel domui. Et paria dicimus, si die cautionis finita, aliam uicinus diem peteret, quæ reus recusaret, & propterea loci natura inquireretur: ut in l. dies, in prin. ff. eo. tit. Si enim interea domus rueret, reus secundum distinctionem d. §. eleganter, teneretur, quæ est extensio ab alijs non tacta. Cæterum si reus petita cautione non contradixisset, sed ad iudicis decretum se retulisset: uel si forte iudex reo tacente, deliberationem ultro ipse ex officio accepisset, & interea domus ruendo damnum daret, non inficior eo casu reum non ultra onerari oportere, quæ ut uel rudera tollat, uel ædes pro derelicto habeat. d. l. prætor, in fi. quod & Imol. hic docuit, quamuis Ang. iudicem teneri putet, arg. l. properandum. §. sin uero utraq. C. de iud. cum si. Quod tamen non aliter uerum puto, quam si iudici imputari culpa uel negligentia poterit. ar. l. i. §. magistratibus. ff. de mag. conue. Nec dispari iure utemur, si iudex intra certam diem cauere iussisset, & domus interea rueret, ut sic noue ornatur. d. l. dies. §. i. ff. eo. Doctores nostri cum d. §. eleganter, ex ueritate non intellexerent, multa erronee, aliqua impertinenter miscuerunt. Nam primo putant electionem prætoris esse, iubeat cauere, aut actionem decernat: nec actorem aliter quam sub ea

An reus cedendo domui uel rudibus liberetur.

Ratio Bartoli reprobatur.

Reus a culpa nunquam liberatur in hoc casu, si recusauerat cauere.

Si die cautionis finita alia dies petitur, et domus interea ruat. Alij casus resoluti.



*Alternatiua ad iudicem relata.* alternatiua agere posse, cū in huiusmodi alternatiuis ad iudicē relatis eius sit electio, per Bar. & Doct. in l. quicumq. C. de ser. fug. cum si. Quod tamē non est uerū. Alternatiua em̄ quā in hoc tex. ponitur, non est electionis: ex casu em̄ utrobicq; supposito, quamlibet partē separate uerificat, nō ex alternatione. Nā eo supposito, quod ex rui- na ædium non solū præsens sit damnū, sed & futurū timeatur: eo casu iudex præcise, non ex electione cautionē decernet: quia nō esset utiliter actionē daturus ad damna futura. Sin uero nihil damni futuri immineat: tunc actionē in factum (tanquā cautio ne interposita) etiā præcise decernet: quippe quā eo fine utiliter sit daturus. Nec nouū est, quod alternatiua ab utraq; parte ex casib<sup>9</sup> suppositis uerificetur, sicuti in d. l. dies. §. prætor, in fi. ubi & Bar. alternatiuam nō electionis, sed ordinis esse dicit, & fa. dos- trina uulg. qua per manus tradit: Quando disiunctiua inter dictiones ponitur ser- uantes ordinē, tunc nō alternatiue, sed ex natura ordinis uerificari. Doct. in l. Gallus. §. quidam recte, ff. de lib. & posthu. hæ. insti. per l. cum pater. §. a te peto, ff. de leg. ij. Ex prædictis & alius error Doct. euincitur, quē tamen ex sententia Ang. pro nota- bili doctrina factitant: Quod ex obligatione præsentis ficta, implorari officii iudicis possit, ut ficta illa ad ueram reducat, uolentes hoc singulariter esse notandū. Quod tamē nec uerum est, nec ex tex. nostro ullo uel uerbo colligitur: sed nec rationē habet & contra apertissimas iuris doctrinas pugnat. Nemo em̄ dixerit quod in l. i. in prin. C. de rei ux. act. stipulatio dotis reddendæ ficta ad ueram reduci possit, ut ex ea cer- tius agatur, cum illic re ipsa stipulatio interposita intelligatur. Deniq; uulgata est iu- ris decisio, fictionē in casu ficto tantū operari, quantū ueritas in casu uero: quod certe in d. l. i. & alioqui in iure postlimij est notissimū. Ad quid em̄ ius fingeret aliquid esse factū, si fictio nō sufficeret? Sed neglectior aduertentia ad tex. huic errori fomentū præbuit, quæ & alium suggessit errorē. Putarunt em̄ Doct. in d. §. eleganter, actionē in factum (uelut extra ordinē subsidiariam) dubiā esse, & propterea intendi posse, ut ex ficta cautione agi liceat, &c. Sed nec hoc uerū est: nam l. miscō. sup. actione in factū an ad præterita damna daret, nō dubitabat: hoc autē dubitari poterat, an utiliter daret, si forte futura etiā damna timerent: eo em̄ casu actio in factū nō fuisset utilis, per l. nō potest, ff. de iud. cum uulg. Hæc declaratio facilis & expedita, in d. §. multa euoluit, perpurat, aperit, reijcit, quæ uel obscura fuere, uel impertinenter & nō uere disceptata.

SI TESTATOR LEGET TITIO ET SEMPRONIO  
fundum, an hi re & uerbis coniuncti dicantur.

Si Titio & Sem-  
pro. fundus le-  
gatur, quæ sit  
ea coniunctio.



Supradictos  
collegas re &  
uerbis iunctos.

I testator Titio & Sempronio fundum legasset, quidam ex ueteribus coniunctionē uerbalem tantū, legatarios q; re ipsa disiunctos esse pu- tarunt: nam partes ab iniuncto fieri, recte ac si eis diceretur legatū æquis partibus. Ita Cy. in l. i. §. ubi aut. C. de cad. toll. & quidā alij per l. plane. §. si coniunctim, l. legata, in fi. de leg. i. cum si. Sed ueritas habet, quod dicantur re & uerbis coniuncti, quod aperte conuincit tex. in l. triplici, de uerb. sig. Illic em̄ Iurisconsultus, eos quos rei & nominis cōplexus cōiungit, re & uerbo con- iunctos esse manifeste docet: ut cū testator Titium & Meuium in dimidia hæreditatis instituat, cum alterā dimidiā alijs dedisset hæredibus. Nam sicut ibidem Titius & Meuius, uerborū complexu propter copulam, connexitate, propter portionē hære- ditariam, & sic re & uerbis iuncti sunt: ita & in exemplo supraposito, ubi Titio & Me- uio res legatur, in eisdem legatarijs, nominis & uerbi complexus, uerbalis q; & realis coniunctio cōspicitur. Addi possent alia fundamenta, nisi sufficeret d. l. triplici. quæ dictā erroneam opinionē potenter pfernit: quā legem & nouis glōf. inferius orna- uimus. Deniq; cōtra Pet. & Cy. cōmunis est doctrina. Accur. in l. i. §. si. de usufr. ac- cres. Bar. in l. re cōiuncti, ij. q. principali, de leg. ij. & alijs locis Doct. quāuis Alex. in d. l. re con-



d. l. re coniuncti, putet opinionē Pet. & Cyni esse de iure sustentabilē. Sed errat, nec habet ullam iustam rationem qua moueatur. Quod em̄ quēdam nugatur ex. l. si mihi & Titio, de uerb. oblig. ea non esse uera, sequens docebit inuestigatio.

Data ergo ueritate eorū quæ supra scripsimus, consequenter inuestigabimus, An coniuncti re & uerbis ( ut cum fundus Titio & Mevio legat ) an illi legatarij mox ab initio partes accipiant: an uero cuiuslibet in solidū sit res legata, ut ita cōcursu partes faciant, ne alter alterū impediat? *Glof. in d. l. i. §. si. de usufru. accresc. in d. l. triplici, in fi. tenet in huiusmodi cōiunctione, quæ re & uerbis fit, rem cuiuslibet in solidū datā intelligi, & sic inter legatarios partes cōcursu fieri. Quod secus est Bar. in d. l. re cōiuncti. iij. q. principali. ubi allegat d. l. triplici, & glof. in uerb. cōiuncti. Insti. de lega. §. si eadē res. Idem in d. l. re cōiuncti, in materia iuris accrescendi: quā opinionem cōmuniter Doctores sequunt. Ego aut̄ eandem opini. nō puto uerā, nec ullo pacto posse subsistere: moueor rationē & autoritate. Ratione sic. Certū est eā cōiunctionē quæ re & uerbis fit, esse mixtā. Quo casu, aut ea cōiunctio proprii iuris est, aut naturā simplicium sequet. Proprii iuris nō est, cum hoc nullo iure sit relatū: relinquitur ergo ut sequatur naturā simplicium: atq; ita necesse est ut eam partē simplicium assumat, cū quo magis cōmunicat, & cuius adplicatio sit orationi magis consona, l. cū quæritur. ff. de stat. ho. l. iij. §. & generaliter. ubi est tex. not. ff. de eo qd cer. loc. Dispicendū igitur in præsentia est, cui ex simplicibus cōiunctio realis & uerbalis magis adplicetur. quod facile cognosces si naturam simplicium consideres. Nam cōiunctio uerbalis ita coniungit, ut etiā a re non prorsus separet. d. l. re cōiuncti. ij. rñf. quod etiā ex iure accrescendi patet. Sed cōiunctio realis in re ita coniungit, ut orationē & uerbis omnino separet: in huiusmodi em̄ cōiunctione necesse est orationes esse separatas. d. l. re cōiuncti, in prin. id quod etiā expressa euidencia cognoscitur. Cum aut̄ cōiunctio re & uerbis, quā mixtam nominauim⁹, sit cōplexus nominis & rei, d. l. triplici. apparet quod plus cōmunicat cum uerbali cōiunctione, quæ rem a se nō prorsus separet: q̄ cum reali, quæ uerborū nexum prorsus abhorret & separet. Ea ergo cōiunctio, quæ est mixta re & uerbis, sequetur naturā cōiunctōrū uerbis, non cōiunctōrū rei: imo impossibile per naturā positūā est, quod uerbalis & realis colligatio ullo pacto pure reali accedat: quando illa cōplexum habet nominis & uerbi, hæc uero a complexu uerborū est alienissima. Et hæc est ratio ex radice, natura & medulla cōiunctionū sumpta.*

Quod si quis obijciat, cōiunctionē uerbalem eatenus a nexu rei separari, quatenus realis a nexu uerborū. ar. d. l. re cōiuncti, in prin. ubi sicut cōiuncti re non etiā uerbis: ita ediuerso cōiuncti uerbis, non etiā re a iurisconsulto nominantur, &c. Sed hoc nihil est: ponderanda em̄ sunt iurisconsulti uerba. Nam in primo responso re cōiunctos nominat, cum duob⁹ separatim ( nempe quo ad uerba ) eadē res legatur: at in ij. rñf. de cōiunctione uerbali loquens, nō repetit uerb. separatim. Ea em̄ cōiunctio licet ab initio partes faciat, tamē non separet cōiunctos in re legata: qd certe ex iure accrescendi est manifestissimū. Et ad hanc responsionē q̄ maxime facit doctrina Bar. in d. l. re cōiuncti. in. ij. parte principali, ubi de effectu cōiunctionū differens, in. ij. q. duplicē ponit cōiunctionē uerbalem. Esse em̄ aliquam in qua sit omnino rei disijunctio, ut cum Titio & Mevio singulis singulos seruos legaret, & in ea non esse ius accrescendi. Aliam uero in qua nō sit omnino rei disijunctio, ut eum duobus fundus legatur æquis partibus pro indiuiso, & in ea locū fieri iuri accrescendi. Vides frater, q̄ aperte Bar. doceat eam cōiunctionē uerbalem de qua iura frequenter loquunt, nō esse omnino a re separatam. Sed quid me fatigo cum Bar. in d. l. re cōiuncti, post prin. in. iij. oppo. clarissime testetur, cōiunctionē quæ re & uerbis fit, plus habere affinitatis cum cōiunctione uerbali q̄ cum reali: Ista em̄ sunt uerba Bartoli: In tota illa constitutione. C. de cadu. tollen. accipiunt pro cōiunctis, illi qui sunt cōiuncti re & uerbis uel uerbis tantum; illi qui nō sunt cōiuncti uerbis, uocantur disijuncti, ut not. glof.

An re & uerbis  
coniuncti cona  
cursu partes  
faciant.

Communis  
opinio

Improbatio.

Cōiunctio re  
& uerbis mix  
ta est.

Cui cōiunctio  
re & uerbis  
applicetur.

Uerbalis.  
Realis.

Subtilis ratio.  
Obiectio.

Resolutio l. re  
coniuncti.

Bartoli ratio  
pro nobis.

Alia ratio.



ut not. glos. l. i. §. ne aut. C. eo. Ecce q̄ clare, q̄ omnino manifeste Bar. coniunctionē  
 quæ re & uerbis mixta est, ad coniunctionem uerbalem ita adnectit, ut uno nomine  
 coniuñtorū utræq; ueniant: a reali aut ita disseparet, ut solent cōiuncta a disiunctis  
 separari. Quæ ergo malefana intemperies, qui lethargus obuertere Barto, tantū ut  
 rum potuit, ut is ipse in d. l. re coniuñcti, in materia iuris accrescendi, iij. q. cōiunctos  
 re & uerbis eodem iure censeret, quo coniuñcti re ueniunt? Hæc absurda, ne dicam  
 dissidentia manifestam, quis excusabit, ut coniuñctos re & uerbis, quos paulo supra  
 ad uerbale connexuit sub unum nomen coniuñtorū: hic ad realem ne ceteret, affinitas  
 te uocabuli nō adludente, scilicet quod re coniuñcti pro disiunctis, ut supra dixi, ha  
 beantur? Sed age urgeamus latius. Constat em̄ quod Bart. in d. l. re coniuñcti, ij. q.  
 principali, legatū sub collectiua factum, coniuñctiōni uerbali adscripsit: ut cum filiis  
 Titij uel libertis fundus legatur: alibi uero in d. l. re cōiuncti, in, iij. q. principali, idem  
 legatū sub collectiua factum, ei coniuñctiōni subiecit, quæ re & uerbis mixta est, ut  
 pote quā nominis & rei complexus iungat, d. l. triplici. Aut ergo Bar. has duas con  
 iunctiōnes uerbale & mixtam, eiusdē affinitatis esse censet: quod uerum est, & meā  
 doctrinā corroborat: Aut is inexcusabiliter sibi ipsi contradixit, ut sic Bar. aut fidem  
 nō faciat, tanquā sibi ipsi dissidens: aut si nō dissidet, meæ adsertioni subscribat. Hanc  
 meam rationē eo prolixius, firmitus q̄ stabilis, quod uidebam futurū esse, ut eatenus  
 plurimorū esset subitura iudiciū, quatenus contra cōmunem doctrinam niteretur.  
 Veritati tamē tam fortiter euictæ, arbitror non contradicent quibus sanior mens est:  
 cauillatores nō moror, &c. Dictam meam assertionē autoritas quoq; confirmat.  
 Nam in l. plane, §. si coniuñctim, de leg. i. deciditur, si coniuñctim res legetur, partes  
 ab initio fieri: ubi cum de coniuñctiōne reali loqui non possit, ut quæ partes ab initio  
 non faciat, l. coniuñctim, de leg. iij. sed nec de uerbali, scilicet quod æquæ partes hic  
 non sint expressæ (id quod ad eam coniuñctiōnem pertinet, d. l. re coniuñcti, ij. rñs.)  
 consequens est ut de coniuñctiōne mixta, nempe reali & uerbali loquatur. Et quod  
 d. §. de necessitate ita intelligatur, facit exemplum quod ibidem subiicitur, uidelicet si  
 Titio & seruo legetur: huiusmodi em̄ exemplo coniuñctos re & uerbis intelligi, in su  
 periori capite ex cōmuni doctrina contra Pet. & Cy. euicimus. Quæ cum sit uerissi  
 ma, & fundetur ex d. l. triplici, de necessitate noster tex. de coniuñctiōne mixta intel  
 ligetur. Absurdum em̄ & alienum a professione iurisconsulti esset, si exemplū quod  
 ex decisione responsi fuit cum decisione nō concordaret: ad quod p̄tinet id quod in  
 iure nostro per manus traditur: Decisionē generalem & indeterminatā, ab exemplis  
 determinari subsequentibus. l. si, §. i. de ui. trit. & oleo leg. Bal. in l. petens, post prin.  
 C. de pact. cum si. Iam uero hi quibus sub collectiua legatur, re & uerbis coniuñcti  
 sunt: quod Bar. in d. l. re coniuñcti, in posteriori quæstio, uerius docuit, q̄ in priori,  
 cuius dicta supra late recitauimus. Et est uerissimū eos esse re & uerbis coniuñctos, cū  
 nominis & rei complexus eos uniat, d. l. triplici. & alioqui natura collectiuarū est in  
 partes scindere: ut cum dicimus, omnes trabē sustulere: uel cum dicimus, liberti fun  
 dum emerunt. Nemo em̄ ita est a mente alienus, qui intelligat trabem a quolibet in  
 solidū sustollī: aut quemlibet ex libertis fundū in solidum em̄ esse. l. Lucius, §. Lucius,  
 de leg. ij. l. cum pater, §. uolo, & §. libertis, ff. eo. tit. l. ita uulneratus, in fi. ff. ad l. Aquil.  
 cum si. Sed constat quod plures per copulam uniti habent uim collectiue orationis.  
 arg. l. si chorus, in prin. ff. de leg. iij. l. si hæredi plures, de cond. insti. Adde quod ex iu  
 ribus uulgatis, cognoscitur in partes ea scindi, que per copulatiuam ne cōtinentur, l. i. C.  
 si plures una sen. l. reos, §. cū in tabulis, ff. de duo. reis. Ex quibus satis colligitur, con  
 iunctos re & uerbis partes ab initio facere, non ex concursu, d. §. si coniuñctim. Nec  
 obstat quod Paul. Raph. & quidam alij, d. §. si coniuñctim, intelligunt de coniuñctis  
 uerbali: quia hoc nullo iure & falso dicit, id qd ex supra allegatis patuit. Quod aut  
 ad textum clarū suppleat clausulam, equis partibus: hoc nec iure fundatur, nec habet  
 ullam ratio.

Bart. sibi ipsi  
 inconstans.

Alia ratio  
 urgens.

Authority  
 roboratur mea  
 assertio.

§. si coniuñctim  
 de uerbali &  
 reali coniuñctio  
 ne loqui.

Quomodo col  
 lectiua re et uer  
 bis iungantur.

Pauli & Raph.  
 error.



ullam rationem, & est impertinens corruptela, qua & uerba textus nugaciã redderetur. Nam si æquas partes suppleri necesse foret, iam superuacaneum esset q̄ Iurisconsultus tanta opera dictum legatum in partes scindi decidisset. Concludimus ergo, coniuñctos re & uerbis partes ab initio facere, non ex concursu. Ad quod optime facit, d. l. triplici, sicut id ipsum in glossis nostris quæ subseruntur, clarè apparebit. Ex prædictis patet error Bart. in d. l. plane, §. si duobus, ff. de leg. i. ubi inter alia nulla iusta ratione docet, in d. §. testatorem, eandem rem heredi & legatario coniuñctim re, uel re & uerbis reliquisse, ita quod inter eos sit locus iuri non decrescendi; secus si coniuñcti uerbali ter essent, &c. Qui intellectus textum in d. §. apertissime destruit. Tantum enim abest, ut ibi ullo vel modicissimo uerbo coniuñctio realis significetur (quæ concursu partes faciat) ut etiam clarissima uerba textus contrarium doceant, quod etiam tantum non cæco liquere possit. Et supra ex eodemmet Bartolo docuimus coniuñctionem quæ re fit, & coniuñctionem quæ re & uerbis explicatur, nihil prorsus habere commune. Iura autem quæ Bar. in d. §. si duobus, allegat, ne uerbo quidem pro eo faciunt; ceterum intellectum d. §. si duobus, cum suis responsis in lectura mea inuenies. Quod si obijcias, nihil ergo interesse inter coniuñctos uerbis, & coniuñctos re & uerbis. Possẽ unõ uerbo diluere argumento relationis. Nam si Bartolo non erat inconueniens, coniuñctos re & uerbis non distinguere a coniuñctis re, nec mihi foret inconueniens, si pro doctrina mea, hi ab illis nõ differant: ut ita eodem telo, quo impetor, retorqueam. Sed dico tamen inter utraque interesse, quo ad naturam dispositionis. Nam si testator duos uerbis coniuñgat, iam expressa apparet uoluntas æquas partes dare uolentis, d. l. re coniuñcti, ij. respõs. Sin uero coniuñgit re & uerbis, iam partes ab initio fiunt, non ex dispositione expressa, sed ex potestate iuris præsumptis testatorem hoc uoluisse. Quæ distinctio (ne eam tibi adfinxisse uideat) per tex. not. probatur in l. si duobus, ad fi. de leg. i. ubi hæc uerba ponuntur: Si testator Titio & posthumõ uiriles partes dari uoluisse, uel etiam id expressisset, &c. Vbi Accur. ualde not. in priori casu coniuñctionem re & uerbis, quæ tacite det uiriles in posteriori coniuñctionem uerbalem intelligit, ubi partes exprimentur. Quæ sola glossæ post tex. omnem ambiguitatem tollunt, & fortissimis armis pro mea stant opinione, ut profecto uix satis mirari possim, quomodo Doct. ad tam nobiles glossas non aduerterint: quæ clarissime uolunt, quod coniuñctio re & uerbis, tacite det uiriles partes; ut sic non sit locus concursui. Et erit effectus dictæ differentię non reijciendus: Nam in coniuñctione uerbali, partes ob expressam testatoris uoluntatem hætenus datur, ut probatio in contrarium non admittatur, l. non aliter, ff. de leg. iij. Sed coniuñctio re & uerbis, cum præsumptam testatoris uoluntatem prodat, probationem in contrarium admitteret, per iura uulg. Est & alius effectus: Quia si coniuñcti re & uerbis, concursu partes facerent, iam deficiente portione alterius, onus ei iniuñctum non deuolueretur ad sociũ, l. si separatim, l. hæc scriptura, in fi. ff. de cond. & demon. Si uero ab initio partes faciunt, sicuti in ueritate faciunt, tunc onus deficientis ad collegam deuoluitur, d. l. i. §. si aut. C. de cad. toll. Qui textus meam doctrinam clarissime firmat, licet Bart. in d. l. re coniuñcti, in. iij. q. principiã, anxie conflictetur, ut suum errorem ab eo textu defendat. Vides nunc lector, quanti sit periculi errores semel receptos, in alios uelut per manus diffundere. Sic enim in eis confutandis & laborandum est exquisitius, & temporis interim faciendã facturã, in quõ bonæ horæ melioribus doctrinis destinata disperdantur: Si tacuero, quod expedita iuris ciuiliis ueritas, huiusmodi erroribus uelut densissimis nebulis ita obducitur, ut iam pluribus in locis uix agnoscatũ. Sed nõs quantum cum diuina ope, etiam in hac senectã possumus, tenebra errorum discutiemus. Cæterum quia d. l. triplici, de uer. sig. sæpe a nobis nominata, & tamen glossis Accursianis male explicata est, nouas nos glossas addimus, facturi hoc compluribus legibus, in quibus Accursij lucerna defecille dignoscitur.

Alius error  
Bart.

Differentia inter  
coniuñctos uerbis  
& re & uerbis.

Effectus dictæ  
differentię.

Alius effectus.

No. onus deuolu-  
ti cum iure acc-  
rescendi.



GLOSS. AD L. TRIPLICI, FF. DE  
uerbo, & rerum significa.

PAVLVS.

**T**riplici modo intelligi cōiunctio potest. Aut em̄ re per se cōiunctio cōtingit, aut re & uerbis, aut uerbis tantū. Nec dubiū est quin coniuncti sint, quos & nominū & rei cōplexus iungit.

**a** (Triplici.) Quatuor hæc lex facit. Primo coniunctorum diuisionem proponit: esse enim aliquos uerbis coniunctos, alios re, quosdam re & uerbis. Deinde exempla ponit de his, qui re & uerbis copulatiue iuncti sunt. Tertio loco de eisdem, solute iunctis: & tandem de coniunctis re: uerbalem autē coniunctionem hic non tractat, sed in l. re coniuncti, ij. respons. supra de leg. iij.

**b** (Coniunctio.) quæ a testatore fit, dum testator plures uel instituit hæredes, uel legato honorat: eam coniunctionem triplicem esse docet.

**c** (Reper se.) Præcisa est loquendi figura, ac si diceretur, re ipsa: ueteres dixerunt re apse. Vult autē Iuriconsultus coniunctionem esse quæ tantummodo re constaret: ut si institueretur Titius hæres in solidum, & deinde Gaius in eadem hæreditate in solidum, ar. l. coniuncti, supra de leg. iij.

**d** (Aut re & uerbis.) Istam coniunctionem mixtam nomino: quia & re quæ legatur, nempe fundo iunguntur. Uerbis autē eatenus connectuntur, quod per copulam eodem orationis structu sunt colligati: ut lego Titio & sempronio fundum.

**e** (Aut uerbis tantū.) quod idē est, ac si dixisset, uerbis per se, sicut supra loquebat. Sunt autē iuncti uerbis tantū, qui sub expressa partitione copulati sunt: & in quibus copula uerbo quidē unit, cæterū re ipsa diuidit: ut si legeſ fundus Ciceroni & Sallustio æquis partibus, Paria de hæredis institutione dixeris, l. Meuius, in prin. supra de leg. ij.

**f** (Dubium.) Prosequitur de his qui re & uerbis iuncti sunt: ut cum testator fundū Titio & Sempronio legat. Nec ideo dicit non esse dubium, quasi de eo dubitaretur, sed arg. a fortiori, probat eos ueros esse cōiunctos, quasi diceret: Si eos qui re tantū, aut qui uerbis tantum colligati sunt, coniunctos nominamus, qui tamē in altero casu disiuncti sunt: quanto fortius hi coniuncti probabuntur, quos & nominū & rei complexus iungit? Eos em̄ qui re cōiungunt, uerba distinguunt: e contrario qui uerbis iunguntur, re separati sunt. Hanc esse ueram tex. nostri rationem cum dicit, nec dubium est, &c. nemo controuertet, cui sanitas cordi sit.

**g** (Et nominum.) Hæc uerba notanda sunt, ut quæ cōmunes errores potenter prosternant. Nam ex eis apparet cōiunctos re & uerbis, re ipsa tantisper connecti, ut etiā nominis complexu uniantur: quod certe a re coniunctis prorsus abhorret.

**h** Veluti, Titius & Meuius ex parte dimidia hæredes sunt.

**h** (Veluti.) Secunda pars, in qua exemplum ponitur de his qui re & uerbis iuncti sunt. Nam testator Gaium instituerat in dimidia: & ex altera parte dimidia, Titium & Meuium: hi duo, nempe Titius & Meuius, iunguntur re, scilicet dimidia hæreditatis: & uerbis, scilicet complexu nominis: Vnde Gaius primus hæres ab alijs duobus disiungitur re & uerbis: nam in dimidia hæreditatis separatim institutus, & orationis structu ab alijs est seiunctus. Verus ergo intellectus est, qd Titius & Meuius utriq; in eadem dimidia hæreditatis, & sic re & uerbis coniuncti sint instituti: non autē in tota hæreditate ex æquis partibus, ut quidam glossatores (quos Accurs. recitat) insantiliter, & impertinentissime errando uoluerunt: qui ut eorū errorem defenderent, textum apertum corruerunt. Accurs. ad nostrum intellectum accedit.

Vel ita, Titius Meuiusq; hæredes sunt.

Hæredes



**i** ¶ **Hæredes sunt.**) Repete ex dicta parte dimidia, de qua superius exemplum posuimus. Non enim sunt hæc uerba simpliciter accipienda, cum & ante & post mentio sit partis dimidiæ, ar. l. talis scriptura, in fi. supra de leg. i.

**k** Vel ita, Titius cum Meuius ex parte dimidia hæredes sunt.

**k** ¶ **Vel ita.**) Repete etiam hic casum, quem supra posuimus: nam tria hæc exempla eundem casum prosequuntur: ubi tertio quodam separatim in dimidia instituto, deinde in altera dimidia Titius & Meuius, uel Titius cum Meuius instituuntur: nam dictio Cum, copulat. l. Titiaæ textores. §. nihil. ff. de leg. i.

**a** Videamus autem, ne etiam si hos **b** articulos detrahas, & quæ, cum, **c** interdum tamen coniunctos **d** accipi oporteat: **e** ueluti Lucius Titius, Publius Meuius hæredes sunt **f** ex parte dimidia.

**a** ¶ **Videamus.**) Tertia pars legis nostræ, in qua coniunctos re & uerbis, per orationem solutam explicat.

**b** ¶ **Articulos.**) dictiones copulatiuas, & quæ, cum, quas hic more Græco articulos nominat. Quamuis enim Titium & Meuium institutos in dimidia sine huiusmodi articulis solute enuncies, coniuncti tamen re & uerbis dicentur.

**c** ¶ **Interdum.**) philosophico temperamento dicit, ut in l. metum. §. sed quod pretor, supra quod met. cau. Vel expone pro interim, ut ibidem. Nam hæc institutio in casu proposito semper facit coniunctionem realem & uerbalem, cum soluta oratio pro coniuncta accipiatur etiam apud Rhetoricos, sa. l. sape. §. cum supra eo. tit.

**d** ¶ **Accipi oporteat.**) Sub dubitationis figura, quid iuris sit significat: nam ipsa querendi phrasis uim habet decisionis, quasi diceret, utique etiam hoc casu pro coniunctis haberi. Is loquendi modus Iuriconsultis peculiaris est, ut sub dubitationis prætextu decusum uelint, sicuti fufus probauimus in l. iij. §. cato, supra de uer. obli. in gloss. nostra, in uerb. sed uideamus. Vnde Accur. hic labitur dum putat hanc questionem non solui: sed dubitationis enim schemate significanter dissoluitur.

**e** ¶ **Ueluti L. Titius, P. Meuius.**) Eosdem hic prænomine sub soluta oratione intelligit, quos supra, nempe Titium & Meuium sine prænomine nominauerat, retento semper casu a principio posito, ut de coniunctis re & uerbis loquatur.

**f** ¶ **Ex parte dimidia.**) subaudi, tertio aliquo in altera dimidia separatim instituto, ut in exemplis seq. clarius patebit.

Vel ita: P. Meuius, L. Titius & hæredes sunt, Sempronius ex parte dimidia hæres esto: ut & Titius & Meuius ueniant **b** in partem dimidiæ am & re & uerbis coniuncti **i** uideantur.

**g** ¶ **Hæredes sunt.**) Intelligas ex parte dimidia, ut sic præsens exemplum ea declarat, quæ supra generaliter sunt posita. Sic ergo Sempronius adiectus separatim suam feret dimidiæ, & e regione Titius & Meuius alteram dimidiæ, in qua re & uerbis iuncti sunt, licet tota ista institutio sine coniunctione & solute sit posita. Quid autem si intelligas Titium & Meuium simpliciter institutos, non adiecta ulla parte, & mox Sempronium in parte dimidiæ, an Titius & Meuius in altera dimidia tacite instituti intelligantur, ac si esset ea pars expressa, ut sic nihilominus dicantur re & uerbis iuncti: Cum enim in Sempronio pars dimidia nominata est, recte alteram partem in Titio & Meuius tanquam expressam haberi: ut talia sint subiecta, qualia permittantur ab eorum prædicatis, & sa. ad hoc l. qui non militabat. §. filius. §. nihil. supra de hære. insti.

**h** ¶ **In partem dimidiæ.**) in qua erant expresse instituti, ut præsumi potest. Vel secundum alium intellectum non erat expressa, sed tacite intelligebatur propter expressionem alterius dimidiæ Sempronio datæ: ut supra declarauimus.



i ¶ **Videantur.** Veritatē denotat nō fictionem: nam uere sunt iuncti re & uerbis, fa. l. quid tamē. §. si arbiter. supra de arbi. Cæterū hoc uerbū, uidetur, saepe sine operatione ne adiungitur: sed ut ex Ciceronis phrasi claudatur periodus, ut Politianus docuit.

a ¶ **Lucius Titius ex parte dimidia hæres esto, Seius ex parte b qua Lucium Titium hæredem institui esto, Sempronius ex parte dimidia hæres esto.** Iulianus dubitari posse ait c an tres semisses facti sint, an Titius in eundem semissem cum Gaio Seio institutus est. d Sed eo quod Sempronius quoq; ex parte dimidia scriptus est, uerisimilius esse in eundem semissem e duos coactos & f coniunctim hæredes scriptos.

a ¶ **Lucius Titius.** Quarta pars, in qua nō solū exempla solutæ institutionis, ut Accur. putat, sed etiā separatus casus tractatur ab eo, quem supra per aliqua exempla habuimus. Nam supra de cōiunctis re & uerbis, hic autē de eis fit mentio, qui sunt cōiuncti re, nō uerbis: quod euidenter liquet cū in si. dicit, duos in eundē semissem coactos.

b ¶ **Qua Lucium.** id est ex dimidia qua Lucius, &c. quo loco si relatiua dictio, simplici relatione dimidiam in genere referat, nō habito respectu ad semissem Lucij, tres adscripti forent semisses. Sed relatio hic personalis est, & specifica, quæ in indiuiduo semissem Lucij respicit, unde recte duo tantum semisses erunt, & sic tota dubitandi ratio in relatiua dictione, qua, consistit. Ne hic attenditur an institutio sit solutis, uel copulatiuis uerbis facta: ut ex ipso textu apparet.

c ¶ **An tres semisses.** Sed cum totus as duos tantū semisses contineat, quoz; uterq; facit dimidiam hæreditatis, id est, sex uncias: quomodo dubitabatur de tertio semisse, qui in assem hæreditatis uenire nō poterat? Sed credo in ea institutione in qua tres semisses darent, probabiliter dici posse intra modū assis partes hæreditarias pputatas: ut resectis in quolibet duab; uncijs Sempronio soluendis, reliquū hæredib; alijs cōpeteret. ar. l. interdum. §. i. ij. rñf. supra de hæ. insti. uel si testator assem excedere, & in xvij. uncias distribuere uoluisset, iam qlibet sex uncias habere poterat. d. l. interdū. §. & si duos. l. si ita scriptū. §. i. de hæ. instit. nisi eo casu diceret tertium hæredē æstimationem semissis laturū fuisse. arg. l. plane. §. i. supra de leg. i. Sed hæc difficultas hic cessat, quia in specie supradictæ institutionis, nō nisi duo semisses intelligunt, ut mox subiicit.

d ¶ **Sed eo quod.** Recte sane Iurisconsultus uerborū uim ponderat. Cum em̄ Sempronius in dimidia esset institutus, satis apparet quod testator assem excedere noluit, ut d. l. interdū. §. i. cum seq. quapropter & in alijs duobus hæredibus nō nisi altera dimidia uenire potuit. Per naturā em̄ fuisset impossibile tres dari dimidias, licet multiplicato asse, possibile fuisset tres dari semisses, ut supra declarauim;: unde hic scienter & perite pōderat uerb. dimidia. Et est in hoc tex. egregius loc; ubi a uerborū quæ cū natura cōsonat, certissima sumunt argumenta, imo ueritatis euidentia colligitur.

e ¶ **Duos coactos.** Titium & Seium. Coacti em̄, id est, in eandē dimidiam contrusifuiere, per quod apparet eos re tantū coniunctos. Nec potera Iurisconsult. elegantiori uerbo coniunctos re exprimere, q̄ quod coactos diceret; qui em̄ concursu partes faciunt, recte in eandem rem quasi per obstantiam cogi intelliguntur. Cæterum eos qui uerbis coniuncti sunt, in unam & eandem rem coactos esse non dices: quando sua cuiq; pars distribuit a principio. Sed an in hoc casu Sempronius, tertius ille, supradictis duobus aliqua specie iunctus sit? Accur. bene docuit non esse iunctum, per l. Iulianus quoq; supra de hæ. insti. cum si.

f ¶ **Coniunctim.** Hæc autē dictio uarie accipitur: aliquando pro his qui re cōiuncti sunt, ut hic & d. l. cōiunctim, supra de leg. iij. Aliquādo pro his qui re & uerbis iuncti sunt, ut d. l. plane. §. si coniunctim, supra de leg. i. Quo ultimo sensu Imperator cōiunctos significauit in tot. tit. C. de cad. toll. Deniq; & in hac nostra lege, exempla oia quæ  
supra de

Tres semisses  
multiplicato  
asse dari.

Tres semisses  
dari posse, non  
tres dimidias.

A uerborum ui  
certiss. sumi in-  
tellectus.  
Re coniunctos  
in rem legatam  
coactos dici.



supra deducta sunt, de eisdē quire & uerbis connexi sunt intelligunt, & non de alijs: excepto duntaxa exemplo nouissimo, quicqd glossæ uariando inuoluant, & tex. facile & clarū obscurēt. Quod aut Accur. hic re & uerbis iunctos, partes cōkursu facere putauit, supra improbauit, et inuicentes nō posse eā opinionē ulla ueritate subsistere.

QVI CONIUNCTI IVRE DIGESTO. VEL FACIANT PARTES,  
uel non faciant, leges ambiguae explicantur.

**I**Nconiunctis si unus ex collegis ad partem suam nō admittitur, & tamen ea pars ad alterum collegam nō deuoluitur: is qui a parte sua exclusus est, dicitur alteri coniuncto partē facere, quia impedit eum ne totū legatū accipiat, sed parte sua contentus esse cogatur, nec ei quicquā proficiat quod exclusus partem alterā accipere non potuit. Is igitur exclusus partē socio facit, id est, efficit ut partiaris us remaneat nec totū accipiat: recte, sicuti si duobus pulstem seu ferculū aliud apposueris, alter partē ferculi nō comedit, & tamē impedit sociū ne totā pulstem exedat: iam is qui nō uescitur, partem socio facit, quia impedimēto est, ne is toto uescatur ferculo: ut faciunt canes ossibus inhiantes: etsi em̄ nō omnia erodant, arcent tamē ab eis canes altos. Ediuerso collega tunc alteri coniuncto partem nō facit, quando eo a parte sua excluso, collega totū legatū ex utrisq; partibus recipit. Et dicitur ideo ei partē non facere, quia eum nō impedit quin totū accipiat, & ita nō efficit ut collega relinquat partiaris, quod ipsum exemplo ferculorū cognosci poterit. Et hoc est qd uulgo ex regula affirmatiua dicitur: qui ad partē non admittitur, partē coniuncto facit, id est, id efficit ut coniunctus nō plus parte sua recipiat. Sic ex regula negatiua: qui ad partē non admittitur, partē alteri non facit, id est, nō impedit eum, quin totū accipiat: & sic nō facit eum partiaris. fa. glos. in l. utrum, in prin. infra de reb. dub. cum si. Quando aut coniuncti partē collegę faciant, quando nō faciant, iura sunt mirifice uariantia. Glos. in l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de leg. i. in utrumq; casum iura adducit: sed nihil dissoluit, sed in l. si Titio, de leg. ij. modica quaedā attigit. Bar. in d. §. si Titio, quamuis certos casus distinguat, nihil tamen expeditū docet. Vnde pro fundata resolutione huius spinosa materiae duo capita distinguimus. Primo de coniunctis re loquemur, deinde de coniunctis re & uerbis; nam de his qui uerbis iuncti sunt, Iurisconsulti non uariant.

Quando socius  
dicatur socio  
partem facere.

Quando dicatur  
partem nō  
facere.  
Regula affirmatiua.  
Regula negatiua.

Duo capita distinguuntur  
in coniunctis.

Primum caput  
de coniunctis re.

In primo capite istam doctrinā ponimus. In re coniunctis, semp̄ pars deficiens ad collegā deuoluitur, ut eo loci regula negatiua perpetuo locū habeat, & sit ea deuolutio iure nō decrescendi potius q̄ accrescendi, per tex. apertum in d. l. i. §. si uero non omnes, cum. §. seq. C. de cad. toll. ideo q̄ onus socio deficiente iniunctum ad aliū collegam nō deuoluitur. d. l. i. §. si aut ad deficiētis. fa. d. l. cōiunctim, de leg. ij. Et quamuis ius in huiusmodi coniunctione reali, accrescendi uerbo utatur, attamē sub schemate antithesis intelligi conueniet ius nō decrescendi: ut illud accrescere intelligatur quod comperiat nō decreuisse, sicut dicit desinere quod nunq̄ coepit. l. omnes. §. i. ff. usufr. quemad. caue. Per hanc doctrinā, dicimus in d. l. plane. §. si cōiunctim, uers. sed si in pupillari. cū testator fundū, Titio legauit, quem fundū post in pupillaribus tabulis etiā Gaiō leget, totum fundū deberi Titio quandiu pupillus intra tutelā degat: qui si intra ea tempora moriatur, iam Gaiū pupillare legatarium cum Titio cōcurrere, ei q̄ partem auferre fundi legati. Sin tutelares annos impubes excesserit, fundū solidū remanere Titio, nō iure acrescendi, sed iure non decrescendi: quod & cōmuni intellectu receptum est, licet Bar. d. §. si cōiunctim, diuersum male tenuerit.

Secundū caput  
quando cōiunctis re & uerbis  
partes faciant.

In secundo capite, quando coniuncti re & uerbis partes faciant aut nō faciant, pene substitimus. Iura enim circa coniunctorū materiā a Tribonianis adeo concise, diuerse, truncate, præfracte, mutilanter sunt cōposita: ut quō uertas, quid cui concises, quid places, quo foedere, qua cōcordia pacem dissidentibus iuribus adferas, utix inuenies; adeo q̄ ad Budæi uiri docti adsertionē pene defecerim, qui ciuiliū legū



antinomias aliubi conqueritur. Porro compilatores isti in C. de cad. toll. ius antiquū denarrant, quod in Pandectis non ita comperimus; audendum tamen est si ulla ingenij uel uel labore, peruinci obscuritas possit.

Qua in re aduertendū est, legata quæ cōiunctis dantur in multiplici esse differētia.

Legata quæ cōiunctis dantur, in multiplici esse differētia.

- 1 Aut enim Titio & mihi res mea legatur.
- 2 Aut Titio & ei qui tempore testamenti non est in rerum natura.
- 3 Aut est captus ab hostibus.
- 4 Aut Titio & Meuo qui uiuo testatore uel moriatur uel sit incapax.
- 5 Aut testator seruo suo & Titio legat, uel hæredis seruo.
- 6 Aut hæredi instituto & Titio.

> Aut duorum dominorum seruis, uel duobus seruis unius domini: Quæ omnia sequentibus casibus quibus possim breuissime explicabo.

Prima differētia.

In primo casu, ubi Titio & mihi res mea legatur, partem accipit socius, ex regula affirmatiua: partem enim aliam ego uetustiori iure, nempe dominij mihi retineo. l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de leg. i. quod & Bart. ibidem recte docuit.

Secunda differētia.

In secundo casu, cum Titio & ei legatur, qui tempore testamenti non est in rerum natura, legatum pro non scripto est in persona deficientis: unde totum accipiet socius ex regula negatiua. l. i. §. in primo. C. de cad. toll.

Tertia differētia.

In tertio casu, cum Titio & capto ab hostibus legatū est, licet is sit ciuilitè mortuus, tamen naturaliter uiuit, & potest pendente testamento postliminio reuerti, unde socius partem capiet, ex regula affirmatiua: quāuis si is apud hostes decederet, pars sua pro non scripta haberetur, spes tamen postliminij socium facit partiarium. l. si eo tempore. in fi. ff. quæ pro non scrip. l. si seruo. §. si. de leg. i.

Quarta differētia.

In quarto casu, cū Titio & Meuo, qui in uita testatoris uel moritur, uel sit incapax, socio pars debetur, ex regula affirmatiua. Non enim caducum est hoc legatū, quod a principio constitit, licet in causam caduci recidat. l. si duobus, in prin. ex cōmuni intellectu Ioan. ff. de leg. i. & fa. l. si Titio, de leg. ij. Quod fallit, si Titio & posthumo qui est in utero, legetur: nam nō nato posthumo, totum socius capiet, d. l. si duobus, in fi. & uiuit tamen in utero posthumus tempore testamēti. l. qui in utero, ff. de stat. ho. Sed hoc ea ratione placuisse Iurisconsultis opinor, quod testator hūc euentum præuidisse præsumitur, cum sæpe matres abortiant. l. utrum. ff. de reb. du.

Limitatio.

Nota ratio.

In quinto casu, cū testator seruo suo & Titio legat, partem sumet Titius, ex regula affirmatiua, d. l. plane. §. si coniunctim, in fi. §. ff. de leg. i. Quamuis enim legatū ab initio non constitit, seruus tamē uiuit naturaliter: quamobrè testator qui eum seruum suū, & incapacem esse sciebat uoluisse, præsumitur, ut saltem in aliquo ei hæres gratificetur: Quæ æquitas ab Imperatoribus postea iuris necessitate constricta est. l. si. C. de nec. ser. insti. Idem putamus si Titio & seruo hæredis testator leget, ex eadē & præsumptione & æquitate, ut ita. §. an seruo. Insti. de leg. noue ornatur.

Cur emerferit l. si. C. de neces. ser.

Sexta differētia.

In sexto casu, cum testator hæredi instituto & Titio legat, totum feret Titius, ex regula negatiua, d. l. plane. §. si duobus, cum concor. per glos. Hoc enim legatum ab initio prorsus non consistit. Si quidem cum legatarius ab adita hereditate dominium adquiret. l. a Titio, infra, de sur. hæres ad eundo hereditatē nō potest simul & vno momento dñs fieri hereditatis & legati, l. iij. §. ex pluribus, de acquir. possi. Is em̄ concursus utraq; iura collideret, quapropter hereditatis aditio præpoderabit legati portioni, quæ hæredē concernit, ut adeo ea portio mox ab initio deficiat. Fallit, si hæredi suo & Titio testator usufructū leget: tunc em̄ Titius nō admittet ad totū usufr. sed partē habebit. l. si qs Titio, de usufr. acci. Qui est uerus intellectus, licet glos. ibi, & Doct. in alijs locis eandem legē miserè uiolent, dum sese explicare ex eo nodo nō possunt. Sed ratio onem habet ea lex, & quidē expeditam, licet a nomine tacta: Vsfusus em̄ legati, quasi dominium, nō adquiretur mox ab adita, sed tunc demum, cum per hæredem constituitur

Intellectus uerus ad l. si qs Titio.



- cōstituitur. l. iij. in prin. ff. de usufru. l. ij. ff. quando dies leg. ced. Bar. l. i. in prin. de serui. leg. cum concor. Quapropter hæres adeundo hæreditatem, iam factus dominus rerum hereditariarum, partē usufructus iure uetustiori tanquā suam, titulo successionis retinebit. Quō nomine cum legati portio, quæ hæredē respicit, ab initio mox ab adita, sua hæredis esse comperiatur, merito is partem socio faciet, per regulam traditam in d. l. huiusmodi. §. si Titio, quæ ratio (etiam si noua sit) uera est & necessaria, licet Doct. in explicanda d. l. si quis Titio, miserè conflictentur.

In septimo casu, ubi duorū dominorū seruo, uel duobus seruis unius dñi legatum fuerit, res tractatu non est maximopere utilis, undē obmitti poterat: credo tñ si seruo legetur, qui duos habeat dominos, uno repudiante, alterū dñm totū accipere; recte, sicuti si duobus seruis unius dñi legatū sit. Qui est uerus intellectus l. si duobus. ff. de leg. ij. licet Accur. in si. ibidem aliter intelligat, & nō bene. Quod tamen nō procedit, si testator cōmuni seruo legasset, & ita ius cōmunionis expressisset: quia tunc dñs partem sumet, etiā si alter repudiet, l. & proculo. eo. tit. Rationem esse putamus, quia cū seruo simpliciter legatur, testator eius personā in solidum considerat: quo casu nō potest alter dñs repudiando alteri partem facere: uoluit em̄ testator totum legatū seruo tribui, recte, sicuti in casu quo duobus seruis unius dñi legatur. Dominus em̄ ex unius serui parte repudians, ex alterius totum querit. Cæterū si testator cōmuni seruo legauerit, & hoc expresserit: hoc casu testator ad dominica iura nō ad serui personam respexisse intelligitur: ut merito altero ex dominis repudiante, alter nō nisi partem ex iure cōmunionis recipiat. Quæ est ipsa ueritas noue contra Accurs. & Doct. subtiliter excussa. Quod aut̄ Accurs. in d. l. si duobus, in si. textum ibi de duobus seruis diuersorū dominorū loqui putat, error est: uerba em̄ clara sunt cū dicit, Meo & alterius seruo. nō dicit, seruis pluraliter, ut ratione dicendi exigente, cōiunctio, & copulatiue intelligat, non copulatiue. Et posset fortasse ea res adplicari ad casum, ubi plures nobiles, partes inæquales in castro aut arce aliqua haberent: quibus si donaretur aut legaretur, uel alia fieret p̄uisio simpliciter, uiriles partes obuenerent. l. legata, in si. de leg. i. Sin uero eis legaretur aut donaretur tanquā socijs cōmunibus, iam dominicas intelligi partes probabile putamus. Scio cōpluria in hac materia adhuc dici posse, sed cū consiliū sit intellectus cudere singulares, cōmentaria repetitionū cōsuere noluimus.

Septima differentia.

Noua & subtilis ratio in seruo cōmunis legato.

Adplicantur prædicta ad casum ubi plures nobiles habeant cōmunē arcem.

ORDINARIORVM ET EXTRAORDINARIORVM NATVRA,  
concurfus, & effectus distinctius & noue expliciti.

**B** Art. in d. l. iij. §. i. de op. no. nun. sumpta impertinenti occasione, materiam concursus inter ordinaria & extraordinaria, prolixius q̄ ordinariis tractauit: aliqua parum ex ueritate, omnia obscure & inuolute. Nos ingenijs mediocribus consulere uolentes, totum hunc tractatum ad ordinem, clariore q̄ doctrinas (id quod ubiq̄ facere consueuimus) reduximus. Sed ne per ignota principia procedamus, & terminorum ignorantia nobis imponat, præmittimus cognitionem eorū, quæ ordinaria, quæ ue extraordinaria nominant. Ordinaria em̄ sunt, quæ lege, plebiscito, senatusconsultis, prætorū adictis, principū generalibus constitutionibus: & omnino quicquid iure scripto eatenus iustum est, ut sit certa, generalis, uniformis lex, actus humanos generaliter sine speciali personarū respectu ordinans, & quodā ordinato procurru dirigens. fa. l. nullo modo. ff. ad l. Cor. de fal. Horum numero sunt contractus, obligationes, actiones ordinariæ, appellationes, successiones, testamentata, seruitutes ordinariæ, interdicia (quæ uel contra Bar. ordinarijs cōnumeramus) usucapiones, præscriptiones, pignora, etsi qua sunt similia, quæ non ineleganter per Cicerō. lib. i. de Oratore deducunt. Extraordinaria, ad certa personarū, rerum, negotiorum ue genera, extra ordinē respiciunt: quib⁹ pro conditione, euentu, necessitate, cōmoditate

Contra Bart. & alios.

Quæ sint ordinaria.

† ¶ Additio. Tex. est apertus in l. i. §. necessario, si mulier uent. no. in poss.



*Genera extra-ordinariorum.* commoditate ue aliqua, presentia aliquo remedio subuenitur. Quorū tria genera inuenio. Quædam em̄ sunt facti, ut cum proprio sese facto ab iniuria lex adserere per-  
*Primum genus.* mittit, l. quemadmodum, ff. ad l. aquil. cum uulg. in quo genere non parum multa in d. l. i. §. nunciatio, docuimus. Quædam ex priuilegio principis nascuntur, quæ ple-  
*Secundū genus.* runq; sunt contra ius cōmune, de quibus Insti. de iur. nat. gen. & ciui. §. plane ex his l. i. §. si. ff. de consti. prin. cum si. Et tertium genus eorū est, quæ licet extra ordinem, ta-  
*Tertiū genus.* men iure recepta sunt, ut non sine ratione iuris cōmunis nominari possint, licet non sint iuris ordinarij; ueluti cum remedio aliquo his subuenitur, quibus iure ordinario uel non est consultū, uel non ita facile, ita cōmode consultum, Et isthæc extraordina-  
*Extraordina-tertij generis effectus.* ria tertij generis, quadruplicis sunt effectus. Primo enim damnosas rescindunt obli-  
 gationes, iura amissa restaurant; quorū numero sunt ea, quæ cōtractus dolo, metu ue-  
 initos irritant, & si quando minor ætas in integrum restituitur; uel etiā aliorum iura  
 quæ in periculum inciderunt, ex iusta aliqua causa reponuntur: qui effectus iure cō-  
 muni receptus est, quamuis glos. in l. i. §. per hanc, ff. de rei uendi. Ioan. And. in c. nō  
*In integ. restit. non esse contra ius commune. Error Doct.* solum, de appel. lib. vi. Abb. in c. ex parte, de rescrip. & Doct. communiter, maxime  
 moderni in d. l. iij. §. i. de op. no. nun. putent quod in integrum restitutionis remediū  
 contra ius cōmune competat. Quod certe (salua uenia) non est uerum. Cum em̄ ius  
 cōmune sit ars æqui & boni, & in integrum restitutionis remedia ex æquitate dentur  
 l. diuus, ff. de in integ. rest. l. i. ff. de mino. imo sint iustissima, l. i. ff. ex qui. cau. ma. quæ  
 esset intolerabilis absurditas, dicere ea esse cōtra ius commune, quæ sunt naturaliter  
 æqua, quæ sunt iustissima, quæ a prætorib; sunt inuenta, quæ iuri scripto sunt incor-  
 porata: Prædicta ergo remedia, iuris cōmunis sunt, licet non ordinarij; ad quod Do-  
 ctiores nō respexerunt, non aduertentes quid inter ius cōmune & ordinariū interese-  
*Secundus effectus.* set. Secundus effectus est: Nam extraordinaria, ius ordinarium saepe numero ple-  
 niori remedio adiuuant, expeditioribus medijs suffragantur: quorum numero est  
 edictū noui operis nunciationis, item rei uendicatio, quæ patri ppter filios iure Qui-  
 ritum, uel causa adiecta datur. d. §. per hanc. Item cum in nauas, cauponas, stabula-  
*Actiones in factum.* rios iudicium plenius extra ordinē competit. l. iij. §. ex hoc edicto, ff. nau. caup. stab.  
 Et huiusmodi remedijs nō semper actori, sed aliquando reo consultitur, ut l. i. §. dixe-  
 rit, ff. de publica. Hac specie & actiones in factum adnumerari non est impertinens,  
 si quæ sint quæ extra ordinē cum alijs actionibus cōcurrant. Tertius effectus: Ex-  
*Tertius effectus. Suppleri extra ordinem, quod deficit in iure.* traordinaria remedia aliquando suppleunt, si forte iura ordinaria deficient: ut cum pa-  
 ter emancipare filium cogitur, l. si cui legatum, ff. de cond. & demon. Et olim in fidei-  
 commissis, l. pecuniæ. ij. §. actionis, ff. de uer. sig. Sic & separatio bonorum creditoris  
 bus datur, & quoties in defectum actionis actio in factum conceditur, glos. insti. de  
 interdict. in fi. in l. sancimus. i. in fi. C. de sacrosan. eccle. l. si super stite, in fi. C. de dol. l.  
 si longius, §. i. ff. de iud. l. cum filius, ff. si cer. pe. & quæ similia per discursum iuris col-  
 ligas. Horum numerosi quis accenseat tit. de uar. & extraor. cog. forte nō errauerit,  
 eo certe nomine, quod personis illic nominatis, præsidis cognitione salaria certa con-  
*Quartus effectus. Vetusta solenni- tas sublata fas- cit extraord.* stituuntur: nisi quis huiusmodi remedia secundo effectui aduumeret. Quartus  
 effectus: Nam iura aliquando extraordinaria, non alio casu dicuntur, q̄ quod uetu-  
 stæ solennitates per ea relectæ sunt: eo nomine actiones in factum ex interdictis, ex-  
 tra ordinem dari intelliguntur, quod reiectis solennitatibus, usu produntur, ut in d.  
 tit. Insti. de interdict. in fi. Et parum abest quin omnia iudicia, etiam quæ ordinarij  
 iuris sunt, in quibus uetustæ solennitates amputantur, hoc casu extraordinaria no-  
 minaueris, quod formulis sublatis, ex æquo & bono sine uerborū pertinaci obserua-  
 tione competant. d. §. si. & fa. l. i. C. de for. sub. & est tex. not. cum glos. in l. ordo, ff. de  
 pub. iud. In huiusmodi uetustos solennium ritus, eleganter cauillatur Cicero in ora-  
 tione pro Cecinna contra Ebutium, & alibi. Præmissis igitur ordinarijs & extra-  
 ordinarijs, eorumq; generibus & effectibus, superest ut eorum concursum pari dili-  
 gena exe-



gentia exequamur. Quo loco uelim te commoneri de concursu nos loqui bifaria, electiue & cumulatiue. In illo enim concurritur sub alternatione, at uero in hoc sub copula. Tota igitur hæc res conclusionibus & temperamentis comodissime aperietur.

Prima Conclusio: Duo remedia ordinaria electiue concurrunt, non cumulatiue. Nam oblati pluribus actionibus, unam ex eis eligi necesse erit, l. quod in heredem. §. elige. ff. de trib. l. i. C. de furt. Fallit in actionibus quæ se compatiunt, quia cumulari possunt, ut in possessorio & petito, de qua cumulatione Bald. latius in l. edita. C. de eden. Doct. in l. naturaliter. §. nihil commune. & ibi aliquando plura dixi. ff. de acquit. poss. In criminalibus aduertendum est ad l. senatus, & ibi glos. Bar. Doct. ff. de accusa. Secunda conclusio: Duo remedia extraordinaria, simul concurrunt, forte electiue. Nam in l. Aquil. concurrat actio in factum cum utili actione legis Aquiliæ ad duplum, d. l. quemadmodum. §. magistratus, ibi glo. ff. ad l. Aquil. iuncta l. de pecoribus. C. eo. Et ex hac doctrina fundatur dictum glossæ in c. significauit, de test. additis quæ per Panor. ibi pe. col. traduntur. Si quidem clericus contra fundatores, qui ecclesiam liberam fundarunt extra ordinem agere potest, ut ei faciant instrumentum foundationis: aut si malit, testes qui presentes fuere, ad perpetuam rei memoriam examinari faciet. Amplia conclusionem, si duo remedia ad diuersa intentent: tunc enim concurrunt multo maxime, ut l. qui bona. §. si quis opus. ff. de dam. infect. Hæc conclusio fallit. Primo si alterum ex remedijs sit famosum, quia tunc cum alio non concurrit, nec electiue nec cumulatiue. Hoc est quod per manus traditur, doli actione cessare ubi alijs actionibus locus sit. l. i. §. ait prætor, cum. §. seq. ff. de dol. Secundo fallit, si alterum ex remedijs ad impietatem prodendam tendat, ut est querela inofficiosi, quæ non competit sicubi alijs remedijs filio consuli possit, l. si filius. C. de inoff. testa. Insti. eo. tit. §. tum autem, licet Bal. in d. l. si filius, putet ideo uetari cõcursum, quod querela sit minus subsidiariũ. Sed nihil est, & leges allegatæ se in eam ratione non fundant. Tertia conclusio. Extraordinarium si plenius, breuius, expeditius provideat, & sit magis utile, concurrat cum ordinario electiue, non cumulatiue. d. l. ij. §. ex hoc edicto. ff. nauit. cau. stab. glo. in l. si. C. si aduer. remiud. Et ea est uera ratio, & nulla alia quod edictum nunciationis concurrat cum confessoria, l. inter. ff. de serui. l. & si forte. §. sciendum. ff. si serui. uend. Quamuis Doct. in d. l. ij. §. i. ff. de op. no. nun. timore eiusdem. §. i. misere conflitentur, iura huc & illuc torquendo, & mera conuigendo somnia, cum. d. §. i. huius conclusioni prorsus non obstat. Ibidem enim edictum nunciationis, ideo non concurrat cum communi diuidendo iudicio, quia ex natura communitatis socius socio nunciare non potest, ut supra in quodam alio capite huius operis clarissime est probatum: & sic multa inutilia cessant, quæ Bar. in l. i. §. hoc autem edictum, de op. no. nun. ex Old. & alijs recitauit. Ad hanc conclusionem adde, quæ dixi in extraordinarijs tertij generis in secundo effectu, & Abb. d. c. ex literis, de resc. p. cum simil. Hæc conclusio extenditur: Primo ad remedia extraordinaria primi generis, utpote ad ea quæ sunt meri facti, quia cum ordinarijs concurrunt electiue. Potest enim dominus in re sua se proprio facto tueri, d. l. quemadmodum, in prin. ij. respons. ad l. Aquil. Bar. etiam tangit, sed alio fine in d. l. ij. §. i. de op. no. nun. Secundo extendit, ad remedia extraordinaria secundij generis electiue, eo casu quo priuilegiatus iure communi uti potest sine priuilegio, factura. ar. l. uoluntarie, C. de excus. tut. l. ij. C. de his qui sponte mu. sube. li. x. fa. c. accedentibus, in fi. de priuile. Fallit supradicta conclusio, Primo si extraordinarium sit famosum, quia cum ordinario non concurrat, d. l. i. §. ait prætor. ff. de dol. & supra attigimus. Nec ignoro quod glos. in l. si legatarius. ff. eo. tit. Bar. & Doct. d. l. ij. §. i. putant actionem doli cum remedio ordinario generali competere, nempe cum conditione indebiti, de quo tamen diximus in l. ij. & ij. ff. de cond. indeb. Fallit secundo, si natura & status rei concursum extraordinarij non patitur, sicuti est iudicium com. diuid. quod cum edicto nunciationis non concurrat: ut proxime supra attigimus. Fallit

Qualiter cõcurrant ord. cum extraord.

Prima cõclusio. Duo ordinaria electiue concurrere.

Secunda cõclusio. Duo extraordinaria electiue concurrere.

Clericus super ecclesiæ iure.

Limitatio secundæ conclusio.

Secunda limit.

Tertia cõclusio. Extraord. g. plenius provideat, cõcurrat cum ord.

Contra Doct. opiniones. Quare edictum nunciationis non concurrat cum communi diui.

Extenditur hæc conclusio.

Limitationes.

tertio, in



- Tertio limitatur.** Tertio, in seruitutibus rusticis in quibus ordinario duntaxat remedio, si eis aedificando noceatur, experiendum est, cessante extraordinario, nempe edicto nunciationis, etiam si esset utilius: cessat enim eo loci prætoriae subuentionis æquitas, d. l. qui uiam, de op. no. nunc. & dixi supra in quodam capite huius operis, ubi latius declarauit.
- Quarto limitatur.** Fallit Quarto, in primo effectu eorum quæ sunt extraordinaria tertij generis, in his præsertim casibus ubi iuris ordinarij remedia amissa forent, ar. l. minor, xxv, annis omissam, ff. de minor. Nam quæ amissa sunt, cum alijs quomodo cõcurrent? Fallit Quinto, in tertio & quarto effectu tertij generis. Nam extraordinaria quæ iuris defectum suppleunt, quæ porro solennia formularũ resecant, concursum ordinarij, quæ ab aula recesserunt recipere nõ possunt: ut proxime supra diximus, nisi fortasse quispiam in his quæ extraordinariam cognitionem habent, ut sunt salaria aduocatorum, medicorum, &c. ex conuentione uel ex consuetudine concursum ordinariæ actionis admitteret. Fallit Sexto, in casu publicanorum, Nam sola extraordinaria actio ex eo edicto contra eos ad duplum competit, etiam si actionibus ordinarijs, furti manifesti, & uis bonorum rapt. ad quadruplum rei esse uideantur. Sed concursus ordinarij huiusmodi remediorum ideo prohibetur, ut cum id genus hominibus mitius agatur, d. l. i. d. dixerit, ff. de publica. quæ lex etsi sit ex uulgatis doctrinis, est tamen in hac materia noua limitatio, quam nec Bar. nec Doct. eo tenore sunt adsecuti, licet eundem textum sæpe, sed impertinenter reuoluerint.
- Quarta conclusio.** Quarta conclusio: Extraordinaria concurrunt cum ordinarijs, si contra diuersas agatur personas, & cõcurrunt electiue nõ cumulatiue, nisi forte in subsidiũ. Nam pupillus qui ex contractu læsus est, & contra partẽ principalem, & contra tutorẽ experiri poterit, l. etiam, l. si, C. si tut. uel curat. inter. Bar. l. si minoris, ff. de admi. tut. glof. c. i. uer. restituiamus, de in integ. rest. Abb. d. c. ex parte. Caterum si utraq; remedia ad diuersos fines respicerent, tam impune concurrerent, etiã cumulatiue, d. l. qui bona, d. si quis opus, de dam. infect. Fallit primo hæc cõclusio, si propter rem modici præiudicij peteretur subueniri extra ordinẽ, utpote quod perijisset instantia pupillo seu minori: quia tunc uia tantũ ordinaria pro expensis tutores, uel curatores cõuenirentur. l. properandum, in fi. C. de iud. quod uoluit Bar. d. l. iij. d. i. Vide tamen quid dicat Panor. in c. ex literis, de in integ. rest. Secundo fallit, si in necessitatẽ sese aliquis ulro coniecisset: tunc em̄ extra ordinem ei nõ subueniretur, arg. l. cum mandato, ff. de minor. & bonus tex, in l. damni, d. emptor, ibi: Et quod alia actione, ff. de dam. infect. Tertio fallit, in extraordinario famoso, ut iam sæpe dixi, quod cum ordinario nõ concurrat, etiã si contra diuersas personas agatur, d. l. i. d. ait prætor, cum, d. seq. ff. de dol.
- Ultima cõclusio.** Ultima conclusio: Extraordinarium non concurrat cum ordinario, si utraq; sint æque utilia, uel fortasse uia ordinaria facilior: esset enim superfluum extra ordinem ei subueniri, qui ita commode iure ordinario uteretur. l. in causa, ij. ff. de minor. l. quædam, ff. de æden. l. i. C. de thesau. cum concor. per glo. faciant quæ supra dixi quodam capite de filijs fratrum, eorumq; successione. Fallit primo, in casu quartæ conclusionis, nempe si contra diuersas personas, uel ad diuersos fines ageretur, per iura ibidem allegata, & fa. d. d. si quis opus. Secundo fallit: si alterum sit generale, in quo te remitto ad Bar. & Doct. d. l. i. d. ij. & quæ ibi dixi, de op. no. nun. Tertio fallit, in priuilegijs quæ extra ordinem alicui dantur, quibus uti possum, etiam si uia iuris ordinarij æque sit commoda, quod ad sensum patet. Quarto fallit, quoties ambiguum an extraordinario an ne ordinario locus sit, tunc sub alternatione intentant, & in actis causæ res declarabitur, per not. tex. in c. constitutus, de in integ. resti. fa. in. ar. l. i. d. quia autem, ff. quo. lega. Non ignoro multa adhuc in tractatu huiusmodi cõcursum dici posse, sed suffecerat edocuisse ea quæ præcipua putauimus. Nec em̄ omnia conquirere, & ex breuibus doctrinis grande repetitionis (ita em̄ nominant) uolumen contexere, consilium fuit.



## PROCVRATOR AD MUTVANDVM CONSTITVTVS,

potest de recepta pecunia confiteri.



Communis est sententia Bar. & Doct. quod procurator cōstitutus, ut mutuatam pecuniam accipiat, de recepta confiteri non possit, per quādam fragilia fundamenta, in l. ij. §. creditum. ff. si cer. pe. & alibi. Sed in contrarium est aperta ueritas: Quod imo procurator ad mutuandum constitutus, possit confiteri se mutuū recepisse: nam sequela mandati est, cum procurator fidem facit de eo quod receperit: scriptura enim datur ut de contractu constet. l. cōtrahitur. ff. de sig. l. Publia. ff. de po. l. pecuniā. C. de sol. fa. l. ad rem. l. ad legatum. ff. de procur. l. ij. ff. de iur. om. iud. & fa. in arg. quę per Bar. in l. filia. ff. de sol. cum multis simi. Deniq; quę esset absurditas, quod is qui ad cōtrahendum constitutus sit, fidem de suo contractu facere non possit. iam & magna aperiretur uia malicijs, si domini constituentes iudificari creditores possent, quasi confessio procuratorum eos non obligaret: qui tantummodo habuissent mandatū contrahendi: ut propterea mirum nō sit si propter eam cauillationē lac. de Are. ueneno perisse referatur. Tandem tex. est apertus contra Bartolum & cōmunem in l. Lucius. §. tutelā. ff. de admi. tut. ubi tutor apochas debitoribus de solutione facta dederat, dicitur debitores liberari, si eo tempore, quo tutelam tutor gerebat, soluissent. qui tex. fortiter stat contra cōmunem, licet Bar. & Doct. eum contra omnem peritiam corrumpere pergant. Est ergo uera adsertio nostra, quod procurator ad mutuandum, uel solutionē recipiendum, confiteri possit se recepisse, in necessariā sequelam mandati, necessitate saltem morali: quā opi. alijs locis in lectionibus meis latius fundauit. Ista tamen confessio procuratoris, domino non plus nocebit q̄ si ipsemet confessus esset. Vnde sicut dominus exceptionem pecunię non numeratę haberet, si ipse fuisset confessus. l. si ex cautione. l. in contractibus. C. de pec. non nu. ita & eam habebit si procurator confessus fuerit, arg. l. ita. §. quod si quis. ff. de admi. tut. Quo temperamento omne fundamentum Doctorū (quo fraudem timent) subuertitur. Et hęc nostra doctrina, consuetudine probatur nostrę Germanię, in qua fides & integritas prę alijs nationibus est in precio. Et non obstat l. i. §. sed si mutuā. ff. si quid in frau. patro, quia ibi libertus nulla mandati necessitate, sed sua sponte, in fraudem patroni confessus est se pecuniam mutuam recepisse, quam non receperat: de qua fraude ibidem constabat, alias de ea mentio non fieret: quia fraus nisi doceatur, non pręsumitur. l. dolum. C. de dolo. Quibus consequens est, si euidentibus coniecturis de fraude procuratoris doceri posset, ut quia coram notario de confessione tantum constaret, cum tamen pari facilitate etiam de numeratione constare potuisset: his uel similibus casibus, cōmunem opinionem procedere posse, non est improbable, licet domino etiam eo casu, exceptione non numeratę pecunię sit consultum, ut supra retulimus.

Quod procurator possit confiteri, contra Doct. opiniones.

Tex. apertus contra cōmunem.

Procurator si confiteatur se recepisse, auctō salua est exceptio pecunię nō numeratę.

Si aliqua intercurrerent fraudis indicia.

## QVI IURE INIQUO IMPETRATO non utitur.



Et e prouisum est a Iurisconsulto, qui iniquum ius impetrasset, in pœnam edicti cōmississe, etiam si eo nō utatur, l. iij. in prin. ff. quod quisq; iur. Quod tamen cum mica salis recipiendum est, nempe si nō utatur, sit tamen incertum an uti uelit: uel si ideo non utatur, quia nō potuit licet fuerit conatus: his casibus textus procedit. Ceterum si non uteretur quia pœnituit, & iuri iniquo re integra ultro renunciauit: hic nō puto eum in edicti pœnam incidere, ar. l. quamuis. ff. de in ius uoc. & faciunt doctrinę de conatu: quod pœnitere liceat, si ante factū sponte a proposito desistatur, arg. l. i. in fi. in ratione sui. ff. eo. tit. quod quisq; &c.

Si non utatur iure impetrato quia pœnituit.

An potior



AN POTIOR DEFENSIO CREDITORIS, AN DEBITORIS  
 fit in re pignorata: explicatus nodus in l.  
 sæpe. ff. de re iud.

**D**Octores in l. sæpe. ff. de re iud. uers. sed scientibus. in re quæ difficultatem modicam habet, anxie laborant. Cum em̄ deciditur, si debitor creditorem super proprietate pignoris experiri patiatur, sententiam cōtra creditorem latam, eidem debitori litem scienti præiudicare: Siquidem prima, id est, potior actio uel defensio ad debitorem super dominio rei suæ pertineat; eo q̄ nomine debitor sequentem, id est, creditorem hoc casu prohibere possit, &c. Hic Doct. obijciūt, quod imo creditor hypothecaria acturus, dominium rei pignoratæ in iudicium deducere possit, l. si superatus. ff. de pig. l. ante omnia. ff. de proba. cum si. potioem ergo defensionem ad eum pertinere, ea q̄ in re prohiberi a debitore nō posse. Pileus (quem fortasse hic scrupus torfit) literam uariavit, substituendo uocabulum debitoris, in eum locum ubi cōmunis litera creditorem, habet. Paul. de Cast. cōmunem literam secutus, textum audacter uiolat, prohibere exponens, pro assistere liti. Alex. cum conflictaretur per duas & amplius columnas, & sese satis fatigasset, tandem nescius ubi cōsistat, ad literam Pilei defecit, quam Pisanam nominat.

*Opinio Doctorum.*  
*Pilei error.*

*Distingui circa rem pig.*

*Si creditor probat rem in bonis debitoris fuisse*

Sed nos rem eam facillime explicamus: distinguendo circa rem pignoratam, Creditor em̄ super pignore dupliciter experitur: Aut em̄ ius & causam dominij in iudicium deducit; aut docere pergit rem fuisse in bonis debitoris. Prius illud nō potest, etiā si totus orbis contrarium diceret: tum quia hoc nullo iure est præditū, tum quod textus noster apertissime hoc prohibet. Et deniq̄ ratio naturalis ferre non posset, quod tertius se de controuertendo dominio rei meæ, me inuito ingereret. Sin uero posterius hoc contendat, nempe ut doceat rem in bonis debitoris fuisse: & hoc iure suo potest. d. l. si superatus. l. & quæ nondū. q̄. quod dicitur. ff. de pig. At per hoc causa dominij non attingitur. Cum ea em̄ res in mero consistat facto, & probari facile possit: si quidem quotidie eueniat ut & res alienæ in bonis debitoris inuentæ, ad eum pertinere credantur. arg. in sti. de usucap. q̄. sed tamē id, cum glos. ibi. Vides ergo nullam prorsus subesse difficultatem. Creditor enim si de proprietate pignoris disputare pergat, prohiberi per authorem potest: quapropter eidem scienti & patienti præiudicaretur. Caterum si rem pignoratam in bonis debitoris fuisse, probare uelit, hoc recte potest, nec a debitore prohibebitur, scilicet quod eo casu ius dominij sui in iudicio nō discutatur. Nihil ergo necesse est, sub diuerticulo assertæ literæ Pisanæ, textum clarum & facilem, in sensum demutare impertinentem. Quid em̄ Pilei litera in textu nostro faciat, qui de authoribus differit, quorū potior est defensio, & qui alios prohibere possunt, quod in creditore non inuenias?

INTELLECTVS VERVS AD L. A DIVO. q̄. SI SVPER  
 rebus, de re iud. contra communes opiniones.

*Si in executione pignoris iudicialis se tertius opponat.*

**A**cilem & apertum tex. corrumpunt glos. & Doct. in d. q̄. si super rebus. Quærebatur si inter exequendum pignora iudicialia debitoris, tertius alius quis cōtrouersiam super pignore, quasi ea res sua esset, mouisset, quis esset ordo exequendi, Iurisconsultus in ea cōtrouersia, summam per executores cognoscere debere docet, an pignus debitoris sit an contradictoris. Nam si pronunciauerint rem esse debitoris, executionis ordo suo Marte decurret: sin uero eam rem debitoris non esse, sed ad tertium illū qui cōtrouersiam mouerat pertinere pronunciauerint, ea cognitio quia summaria fuit, debitori non præiudicabit. Proinde si ea res uigore eius sententiæ, tertio illi cōtradictori restituta fuerit: isthac sententia cum contra debitorum



bitorem non tuebitur, rem suā iure ordinario uendicare uolentem: sic em̄ omnia par-  
 tibus integra manebunt: nec proficiet contradictori ea sententia, nisi ad usucapionē,  
 si forte debitor rem suam nō uendicaret. Vide lector quisquis ueritatem amas, q̄ pla-  
 nus sit is intellectus, qui & ex textu inuitabiliter, imo ex ipsis uerbis fundatur, & est  
 ratione & moribus æquissimus. Accur. autē & Doct. uerba tex. quibus dicitur, nec  
 eum cui restituta res sit, &c. ad creditorem referunt, quasi creditori sit pignus per sen-  
 tentiam restitutum, ei q̄ per huiusmodi sententiam ius sit usucapiendū: quamuis aliq̄  
 aliter exponant, nempe interrumpi usucapionem ex ea sententia, &c. & non est finis  
 corruptelæ: dum em̄ alia & alia cōtraria subterfugere pergunt, in maiores lapsus in-  
 cidunt, ut recte in prouerbiū ierit: Vnum mendaciū egere septem alijs ut conte-  
 gatur. Sed nihil eorum uerum est: Cum em̄ tex. dicit, eum cui restituta res sit habere  
 per sententiam nō debere, &c. non potest intelligi creditor: nam dictio, eum, secun-  
 dum latinis authores, tantum expressa reddit, unde ad creditorem referri nō potest,  
 scilicet quod de eo in toto tex. d. q̄. ne minima quidem facta sit mentio: Et certum est  
 in tota ea serie, Iurisconsultum nō nisi duas personas complecti, nempe debitore, &  
 eum qui uendendo pignori contradicit. quid ergo hic faciet creditor: quomodo in  
 alienam controuersiam intrudetur? Quid creditoris intererit super pignore distra-  
 hendo per tertium controuerti, cum ei ius sit alia capere pignora non controuersa, ut  
 d. l. a' duo. q̄. sed & illud? Taceo impertinentissimā diuinationem, quæ contra natu-  
 ram uerborū attentatur. Mirum itaq̄ est, ne dicam miserabile, textus clarissimos tan-  
 tis deprauationum nebulis obscurare, ubi nulla urgeat necessitas. Quod autē Accur.  
 de interruptione usucapionis quædam miscet, tam sunt frigida, ut nulla cōfutatione  
 egeant. Cum em̄ tex. rem iudicatam ad usucapionem proficere dicat, quo colore in-  
 interruptio usucapionis intrudet? Verba substantiua positiue deducta, quomodo per  
 adiectiua priuationis determinari poterunt? Si em̄ dixerō eloquentiæ proficere ex-  
 ercitiū, quis te ferat exponētē eloquentiæ, scilicet tollendæ? Pari corruptela Ac-  
 cur. apertum tex. in l. eius. q̄. qui hominem. ff. ad l. cor. de sicca. contaminauit. ubi cum  
 decideretur eum puniri, qui libidinis causa hominē castraret: exposuit libidinis, scilicet  
 cet refrenandæ: quod certe contra omnē rationem esse quis non uideat? Quomodo  
 em̄ ultimi supplicij poena puniretur is, qui castitatē fouere pergeret? quod tamē nos  
 supra in latæ culpæ materia plenius attigimus. Redeundō igitur ad propositū, si res  
 pignori accepta, contradictoris esse summaria cognitione pronunciatū sit, ea senten-  
 tia debitori ius ordinariæ uendicationis nō adimit: sed eo non uendicante, ad usuca-  
 pionem cōtradiatori proficiet: ut legitimo tempore possidendo dominus efficiatur:  
 Hoc em̄ temperamento utriusq̄ partibus omnia manebunt integra. Quod si obiecer-  
 retur, iudicem sua cognitione dominium in contradictorem transferre nō uoluisse,  
 ergo nec usucapiendū conditionem dedisse, per uulg. l. clauibus. de contra. emp. &c.  
 nō obstat, quia sufficit hoc casu iudicis sententia, quæ possidenti bonam fidem parit,  
 per not. tex. in l. Pomponius. q̄. si iussu. ibi gloss. ff. de acquiren. possess. Plura miscet  
 Bar. cum Accur. errata pergit defendere, quæ nō sunt huius loci, ut omnia reprehend-  
 dantur. Certe quod inter alia allegat l. postquā. q̄. imperator. ff. ut leg. no. caue. per  
 quam probare conatur, pignus captum in causa iudicati possideri per creditorem, ac  
 si esset conuentionale, impertinens est, nec ex eo tex. probatur. Caterum intellectus  
 d. q̄. imperator, ex his pendet quæ eleganter docet Asconius Pedianus in Verrinis.  
 Sed finē aliquando facimus. Et si em̄ compluria adhuc colligerim⁹ noua & pulchra,  
 & præterea singularia cæteris nō tacta congeisserimus: futuri tamen anni prouentus  
 hæc & alia deo uolente proferet: tu interea auditor, boni cōsulito quæ laborauimus.



## VDALRICVS ZASIVS BONIFACIO

Amerbachio LL. Doctori, S. D.



Quæ superioribus annis Scholia in l. ij. ff. de orig. iuris adidimus, præsentis operi subnexuimus, ita enim suasisi: non quod tanto opere mihi placeant, quæ illic collecta sunt, ut quæ in medium ulro doctis sunt uiris exposita: sed quia resolutiones antinomiarum, ea quæ glossata, quæ in d. Cato, & l. frater a fratre, fecimus, rursus adere consilium erat, leuicula ista in iuris originem adiecimus, si tamen præfationum pompa, utpote quod intellectus nostri in iura ciuilia anteriorem locum occupassent. Totam hanc rem ad te refero, cuius consilium, ut in cæteris, ita in his quoque denuo adendis haud grauate sum secutus. Vale.

Lector noueris interea me beneficio Bilibaldi magni uiri, textus Iuris Ciuilis, ueros, ut uir doctiss. Aleander testatur, obtinuisse: ex quibus pleraque in hac l. ij. de orig. iur. recognitione postea facta, castigauimus. Itaque sicubi me textus Noricos allegantem compereris, uerum (ut nominant) archetypum intelligito.

## IN IURIS CIVILIS ORI

GINEM SCHOLIA, QUIBUS LEX SECUNDA FF. DE orig. iur. elucidatur, Vdalrici Zasi Jurisconsulti.

VERBA POMPONII.



manu regis.  
ipse Romulus.

appellarit.

Necessarium<sup>a</sup> itaque uidetur nobis in primis ipsius iuris originem atque processum demonstrare. Et quidem<sup>b</sup> in initio<sup>c</sup> ciuitatis nostræ, populus<sup>d</sup> sine certa lege, sine certo iure primum agere<sup>e</sup> instituit: omniaque<sup>f</sup> manu<sup>†</sup> ab regibus gubernabantur. Postea aucta ad aliquem modum ciuitate, ipsum<sup>†</sup> Romulum traditur populū in triginta partes diuisisse: quas partes,<sup>b</sup> curias<sup>†</sup> appellauit: propterea quod tunc reipublicæ curam per sententias partium earum expediebat.

<sup>a</sup> (Necessarium.) Ex hoc sine dubio colligitur, iuris originem ignorari ab eo non oportere, qui iuris peritiam sibi adserat.

<sup>b</sup> (In initio.) Hic statim a fronte scrupulus ingerit. Videtur enim fieri non potuisse quod populo Ro. a regibus gubernato, postea Romulus superuenerit, trigintaque curias diuiserit: cum is ipse Romulus, & conditor urbis, & primus rex Romanorum fuisse scribatur. Sed responderi potest, Iurisconsultū pro eorum forte opinione sensisse, qui urbem Romam non a Romulo, sed ab anterioribus conditam fuisse scribunt. Multa enim

<sup>c</sup> (Variæ sententiæ de constitutione urbis Romæ.) nīm (ut ait Dionysius Halicarn. libro. Romanarum antiquitatum) dubitatio de constitutionis urbis tempore, eiusque conditoribus fuit: quibusdā uolentibus, socios Aenegeam ædificasse: alijs mulierem Troianam incensis nauibus, autorem fuisse. Nonnullis putantibus a filio Aeneæ Romo, Romam conditam, & quindecim ætatibus, post a Romulo esse



mulo esse instauratam. Itaq; si Pomponius Iurifcon. alteram † ex his sententiam fecutus fuisset, res esset plana: quod Romulus instaurasse, non condidisse urbem diceretur. Sed uereor, ut ista responsio non sit tuta. Nam idem Pompos. in l. si, infra de re. diui. cōmunem historiam secutus, originē urbis Romulo adscribere uidetur. Quippe narrat Romuli fratrem Remum occisum, quod muros recens ædificatos transcederat. Vnde aliter respondendo, credimus quod hæc uerba, Postea aucta, &c. nō ad proxima, sed ad superiora referri debeant: ut sit sensus: Cum populus ab initio incertalege uiueret, Romulum postea triginta curias descripsisse, &c. Nec em̄ in iure nostro nouum est, ut sequens oratio, nō ad proxima, sed ad superiora referatur. Accur. in l. si idem, in fi, infra, de iur. om. iud. gloss. in l. i. §. item adquiritur, uer. igitur, infra de acquir. poss. gloss. not. in l. nunquam. §. si seruus. uer. uel etiā; infra de usucap. Insti. de hære. ab intest. §. sui autem. cum. §. seq. cum si.

c. ¶ Ciuitatis. Romanae. Est autē ciuitas cōmunio seu multitudo ciuium, gratia uitæ, ut quāmaxime fieri possit, optimē; Philosophus. iij. & vij. Polit. quæ certe, nō ex quorumcunq; inhabitantium, sed ex eorū multitudi- ne coalescit, qui uelut propriā ciuitatis partē referant, qui sunt ciues: ut idem Philosophus. vij. Polit. Itaq; serui, inquilini, hospites, item & opifices, tabernarij, & alij qui munerum ciuiliū nō sint capaces: & quos Cicero in oratione pro L. Flaccō, fecem ciuitatis nominat: licet multi in ciuitate sint, populosam quidē, non autē magnā ciuitatē faciunt: ut idem Philoso. Sancisse traditur Socrates, lege prouideri a gubernantib⁹, ut nec parua sit ciuitas, nec magna, sed una & sufficiens: Hecatonomiaꝝ lib. i. Magni olim momēti erat, si quis ciuitatē Rhomana donaretur: Et qui ciuis erat, mutare ciuitatē non potuit, nisi in alia ciuis assumptus esset: in utraq; ciuem esse nō licebat: Cicero in oratione pro Corn. Balbo. Caius Caligula negabat ciuitatē Rhomanā usurpare eos debere, quorū maiores sibi posteris q̄ eam impetrassent, quod posterorū noīe nō nisi filios uenire, per nequitia interpretaretur. Claudius peregrinos, qui ciuitatē Rhomanā usurparant, securi percussit, author Suetō. Quod securibus hoc tempore opus esset, quibus imperiti qui ciuitatē Rhomanā usurpāt, percuterent: Regiam ciuitatē Aegyptij, popularē Attici inuenērunt: testis Pli. lib. vij. Cæterū parum cōmodi habet, qd̄ differentia a nonnullis Canonistis, inter urbem & ciuitatē tam anxie inuestigatur: cum alterū uideas accipi pro altero. Distingui tamē ab oppido ciuitatem quidā putant, quod illud solennib⁹ legibus proprio iure institutis uti nō possit, hæc uero possit, quod nō est improbabile.

d. ¶ Sine certa. Sed quomodo populus sine certa lege agebat, cum Romulus mox ab initio leges curiatas tulerit: ut infra. iij. ff. uerfi. & ita leges. Respondemus Iurifconsultum ad id respexisse, quod ab initio urbis frequentius usuuenerat. Licet em̄ leges Curiatæ, de quibus mox dicetur, a regibus ferrentur: illæ tamē modicæ erant, & maxime ad res sacras, ad publica pertinebāt. Nulla erant iudicioꝝ certa, legitima ue, nec in priuatis ciuium actis, certa lege res gerebatur: hoc est quod dicit, sine lege. Sed & Dionysius, Rhomanis ante legem. xij. tab. nullas certas leges, sed consuetudines fuisse scribit. Quod ipsum non simpliciter, sed pro cōmuni frequentia accipiendum est. Sæpe enim in iure nostro non præcise, sed ex frequentia usus deciditur. gloss. in l. moribus. §. sed & si extrane. m. uer. filio. infra de uulg. & pup. cum simi.

e. ¶ Instituit. elegit. Teren. optime uitam instituit. Sed uidetur hic tex. sibi ipsi dissidere. Si em̄ populus Rho. ab initio sub manu regia gubernabatur, quo casu non erat sui arbitrij, quomodo hoc uel illud uiuendi genus instituere poterat? Qui em̄ sub manu alterius est, is potius parendi necessitate premitur, q̄ ei instituendæ uitæ facultas pateat. Verū hunc nodū ex historijs facile dissoluas. Romulus em̄ (ut author est Dionysius lib. ij.) condita iam urbe, populo Rho. tres proposuisse scribitur rerumpub. formas, Regiam scilicet, item paucorū, & porro populorē dominationē: eis q̄ optio- nem reliquisse, quam ex eis eligerent: paratum em̄ uel imperare uel esse sub imperio. Qui guber-

† ¶ Additio.  
Hæc expositio-  
ne ideo nō ege-  
mus, quærior  
tex. habet manu  
regis, subaudi  
Romuli. Et q̄  
ita intelligi ne-  
cesse sit, faciunt  
uerba sequentia  
scilicet, ipse Ro-  
mulus.

Ciuitas non ex  
omnibus incoa-  
lis constat.

Cicero.

Socrates.

Calumnia Cæ-  
ligule.

Suetonius.



Qui gubernationem regiam elegerunt, ut quā dicerent sibi uideri optimam, qua eis libertas, & in alios pararetur imperium. Iurisconsultus itaq; non ociose, imo signate uerbo instituendi usus est. Quod autē dixit: eos iure incerto uiuere instituisse: accurate refertur ad id quod statim infert, omnia scilicet manu ab regibus gubernata. Satis enim incerta sunt, quæ gubernantis arbitrio explicantur.

Seruius Tull.  
Sextus rex Ro.

f (Manu.) arbitrio: secundum Accur. quod placet, Bar. tamen in l. frater a fratre, infra de condi. indeb. intelligit sub manu regia, potestatem: quod nec ipsum displicet, nam & Hiero. in Esaia dum dicitur, Cognoscetur manus domini: manum pro potentia exponit. Verum ubi Bart. significare uidetur, sine iudicio auferri manu regia potuisse si quid deberetur: non recipimus. Nam ab initio ciuitatis (ut docet Dionysius lib. ij.) ius litigantibus dictum fuit, licet nō ea solemnitate, non ex iure scripto, uti post legem, xij. tab. seruabatur. Romulus enim quos patres elegerat, iussit ut sacra curarent, & ius dicerent. Hoc tamen nō negamus, controuersias a principio sapenumero regijs iussibus fuisse diremptas, sed citra uolentiam. Regi enim æqua iubenti facile parēbatur. Attamen Seruius Tullius rex, sancit publicam tantummodo, regis arbitrio: priuata uero iudicia, sententijs expediri: ut tradit Dionysius lib. iij. Manus itaq; regia, pro ea potestate regis accipitur, quā celsitudo principis conspicitur: quæ etiam hodie in Romanis principibus pollet. Nam & princeps sola negocij ueritate inspecta, sine alio ordine iudiciario, parte tamen citata, ut post prosequemur, cognoscit. Itaque manus regia nihil plus potuit ab initio, q̄ hodie imperatoris possit: finem em̄ controuersijs manu regia fieri, uel nunc ab Opti. Maxi. Casare postulatur: id quod experientia didicimus.

g (In triginta partes.) Titus Liuius lib. i. populum in triginta curias a Romulo diuisum esse scribit, & curias a matronis Sabinis raptis nomina accepisse, quod ipsis auctoribus bellum Sabinum sedatum erat. Dionysius Halic. lib. ij. populum in tres partes, quas tribus uocat, & rursus quamlibet tribum in decem diuisam, eas q; partes, decurias, & duces earū decuriones nominatos esse scribit. Trapezontius lib. iij. Rhetor. testatur, a multis relatum esse Romæ non ante fuisse rempub. q̄ Sabina raperentur, quod nisi sint familiarum, respub. dici non possit.

Curia quid.

h (Curias.) A cura dictam esse, satis constat per tex. nostrū: quod reipub. cura per ipsarum sententias expediretur. Curia apud Romanos, non solum is locus erat, in quem Senatores pro reipub. utilitate conuenerāt, sed & ubi sacrorum cura tractaretur. Deniq; & sacerdotes, in sua quisq; curia, sacra fecere, ferias q; obseruauerunt: testes Varro & alij uulgati. Curiarum sacerdotes, flamines curiales, item & curiones nominati sunt. Illi enim in curijs familiarum, ut Varro inquit, ita res diuinas curant, sicuti Senatus Ro. res humanas in curia Hostilia. Nos nostra ætate, curiā pontificis, porro & Casaris curiam dicimus. Quondā sua cuiq; ciuitati uel municipio curia fuit, a prædictis forsitan Romanorū decurijs usurpata, quæ hodie magna ex parte abierunt. In pagis tamen & uillis Curie dominicales sunt, quæ uetustate uelut umbram referunt. De quibus altius ordiendum uisum est. Romulus, ut est apud Dionysium Halic. lib. ij. urbe condita, prouisurus ne iniuria locupletum in humiles, uel uicissim egenorum inuidia in potentes, discordiam pareret, plebei permisit, quem sibi ex patricijs patronum eligerent. Hi clientes dicebantur: erat q; ciuili illa cōiunctio, nihil aliud q̄ susceptum pro pauperibus humilibus q; patrocinium. Habuisse eos legitimam quædam instituta, quibus ultro & citro præstabant, hi officia, illi beneficia. Nam patroni pro clientibus ea fecere, quæ patres pro filijs: pecuniarū, contractuum ueraciones explicabant: causas pro iniuste oppressis sumpsere, omnem q; eis quietem publice & priuatim exhibuere: quod hodie Cardinales pro cōmendatis, uel monasterijs uel ecclesijs facere tenentur. E contrario clientes, patronis egentibus ad dotem filiarum contribuere, captos uel ipsos uel liberos eorum ab hostibus redimere, pesos a creditoribus,

Clientum origo.



- **Creditoribus**, uel aere multatos propria pecunia liberare, deducere eos, eis adesse debent: Nec phas grat, uel accusare inuicem, testimonium ue aut suffragiū aduersus ferre: nec porro cum inimicis adnumerari: erant q̄ h̄m̄oi coniunctiones haud absimiles sanguinis necessitudini: usq̄ adeo, ut clientes in officior̄ ordine affinibus preferrent.
- **Magna eos laudis ornabat accessio**, ut Gell. lib. v. docet, qui clientes haberent q̄ pluri mos. Qui mos & ipsam Italiam peruagabatur. Nam Appius Clausus, a quo Appior̄ familia processet, a Sabinis Romā cum quinq̄ milibus clientū, migrasse traditur: ut est testis Valerius. Ab his patronor̄, clientum q̄ institutis, operas, obsequia, & officia libertor̄, quorum in iure nostro crebra fit mentio, radicem sumpsisse non est dubiū. Et nisi nos coniectura fallit, Iurisconsultus ad hanc veterem patronor̄ in clientes humanitatem, respexisse uidet in l. si uero plures. ij. r̄. infra, de his qui deiece. uel effud. ubi clientes libertis & hospitiibus connumerant: licet gloss. & Doct. ibi ad honestam illam clientum conditionē non aduerterint. Nec porro ociose Imperator, in l. rem nō nouam. §. patroni. C. de iud. clientes eos nominauit, quor̄ patrociniū aduocati infererent: hoc honesto uocabulo significare uolens, quā humanitate, quā fide, quā obsequantia, clientibus aduocati obligarentur: utpote q̄ eor̄ negocia ex uetustis moribus, affiniū causis, ut prædiximus, sunt prælata. Sed in contrariū omnia agi uideas: aduocatoz̄ enim perfida nequitia (iniquos intelligo) hoc maxime quaestu pascitur, si clientum frugem depascitur, de quo suo ordine plura. Ad propositū igitur reuersi, credimus curiarū dominicalium iura, & feudor̄ (si ita loqui liceat) hinc uelut impressis uestigijs, quædam duxisse simulachra. Quo em̄ tempore Romani uicticia ubiq̄ terrar̄ signa circumtulissent, multi eor̄ remansisse in prouincijs creduntur, pars præsidio relicti, pars agrī ubertate capti: deniq̄ dū coloniæ deducerentur, bona Romanor̄ pars eo loci comigrarunt: quibus cum multum agrī, multum fundor̄ esset, ne pro Romano more, carerent clientibus, uerisimile est incolas terræ in suū inuitasse patrociniū, suos q̄ eis fundos (prouincijsq̄ erat conditio) in beneficiū distribuisse. Tractu tamē temporis, quod omnia uariat, clientelar̄ nomine comutato, feuda a foedere forsitan, curias q̄ dominicales nominari cœpras: ut qui clarioribus essent natalibus, feuda: alij ex uulgo, curias haberent dominicales: constitutis certis iuribus, quæ dominos, quæ clientes (quos uasallos uocant) respicerent: Quor̄ aliqua consuetudine, ut in feudis: aliqua pactis, ut in curijs, constare dinoscuntur. Hanc nostram coniecturā, haud paræ adiuuat magna utrinq̄ ad priscoz̄ clientum iura similitudo. Nam ut olim patroni clientibus, & uicissim isti illis mutua obligatiōe necebantur: sic in feudis & curijs, paria recepta sunt: siquidem & uasallus domino, & a diuerso dominus illi debet. Porro & clientuli uel hodie nominantur, qui domino beneficij debent, ueluti in uulgatis feudorum usibus perspicuū est: licet Aluarotus, homo a bonis literis alienus, in quodam feudaliū capite, clientulū, imperite pro seruitore exponat. His consequens est, uerā esse sententiā Doct. qui in usi. feud. in tit. de alie. feu. uasallos de iure Romano emisisse tenuerunt: licet ea assertio, comuni opinione, ex uetustas ignorantia nō probeatur: Veritas tamen pro ea est, errant q̄ diuersa sentientes: sicuti ex prædictis euidenter colligitur. Cæterum fœor, cōsuetudine & moribus multa esse in uasallis nouata. Curiarum iura, licet bona ex parte in ciuitatibus nostræ Germaniæ antiquata sint, nōnulla tamen a prisca moribus ad præsentia, similitudo relucere uidetur. Nā sicut olim curiales curijs fuere adscripti, ita hodie ciuitati cum solennibus & iuramento speciali adscribunt, qui ciues esse uelint. Nec temere omnes incolæ ciuitatis in ciues recipiuntur, nisi qui se legitimis ortos natalibus doceant: id q̄ in ciuitatibus bene institutis pro lege seruatur. Deniq̄ sicut olim prædia curialium sine decreto alienari non licebat. C. de præd. cur. lib. x. ita hodie in quibusdam ciuitatibus alienari immobilia nō consueuere nisi prætoris interposito decreto. Porro quondam quarta pars bonor̄ Curialis uita functi, curiæ pendeat, C. quan. & quib. quar. eo. lib. cuius etiam hodie imago quedā

Aulus Gellius.  
App. Clausus.

Feudorū et curiarum dominicalium origo.

Pacta curialia.

In tit. de alien. feu. c. si clientulus.



relicta est. Nam si qui ex municipibus demigrent, certam bonorum partem ciuitati relinquere coguntur: quod ius migrationis, uulgo Abzug uocant: & multa id genus per ocium congerere possis, si eius rei cura ceperit. Curiales præpo. Alexandrinus, c. i. & ij. distin. li. a' cruore, fordidis usus authoribus, tam inepte quàm ridicule nominatos autumat: sed ad tex. reuertor.

Et ita leges quasdam & ipse <sup>a</sup> curiatus ad populum tulit. Tulerunt & <sup>b</sup> sequentes, <sup>†</sup> leges: quæ omnes cōscriptæ, extant in lib. Sex. Papirij, <sup>c</sup> qui fuit illis tēporibus, quibus superbus <sup>d</sup> Demarathi Corinthij filius, ex principalibus uiris: isque liber, ut diximus, appellatur ius ciuile Papirianum: <sup>e</sup> Non quia Papirius de suo quicquam ibi adiecerit, sed quod leges sine ordine <sup>f</sup> latas, in unum composuit.

<sup>a</sup> Curiatas leges.) a' curijs dici ex historijs liquet. Conuocato em̄ per triginta curias populo, singulis quæ curijs (ut Merula ait) in separata septa constitutis, & sententiam rogatis, leges olim ferebantur. Quæ populi congregatio, comitia curiata dicebantur, a' coeundo, quod populus coiret, & uiritim leges ferret, hoc est quod Iuriscōsultus supra dixerat, Reipu. curam, per sententias partium earum, scilicet curiarum, esse expeditam: & licet in creandis magistratibus, Seruius Tullius rex, hunc morem immutasset (ut postea forte dicitur) tamen populo ea potestas relicta est, ut plebiscita & leges comitijs curiatis ferrentur. Huiusmodi itaque leges Iuriscōsultus pro maiorum more Curiatas nominat, Suetonius in Augusto, ait Liberium a' Cesare, in foro, lege curiata esse adoptatum, hoc est, suffragijs populi per curias collectis. Cicero in epistolis ad Lentulum, narrat Appium lege curiata prouincias sortiturum, si licuisset. Eisdem curiarum leges Cice. in orationibus, populares nominat.

<sup>b</sup> Sequentes.) scilicet reges. Quæ autem leges regie sint, mox dicemus.

<sup>c</sup> Qui.) liber Sexti Papirij. Is enim fuit de principalibus libris iuris eo tempore. Is Sextus Papirius tempore Tarquinij Prisci, fuisse traditur.

<sup>d</sup> Demarathi.) Tradunt Liuius & Dionysius Demarathum natione Corinthiū fuisse, mercatura nobilem: is cum opibus polleret, Italiā demigrans, duos filios Aruntem & Lacumonem (qui postea Lucius) sustulit. Quorū alter Lucius, patri superstes & fratri, Romam se transfulit: ibi successu temporis rex factus, Lucius Tarquinius nominatus est, & duos reliquit filios, Lucium & Aruntē. Lucius occiso Seruio Tullio rege, cum regnū inuasisset, & tyrannum gereret, Superbus nominari coeptus est: de quo tex. meminit. Fuit autē Demarathi nepos, nō filius: ut ex historijs pater de cum Iuriscōsultus eum filium nominet, nō modicum præstat arg. filij cū appellatione nepotes intelligi, etiā si nulla extrinsecus ratio suadeat: quod tamen in casu dubio semper placuit, dum materiæ subiectæ ratio nihil diuersum exigit.

Filiorum appellatione, nepotes

<sup>e</sup> Non quia.) Accur. hic pro rusticis arg. colligit, qui agrum, quem colunt, suum esse dicunt: allegat l. cum aliquis. C. de iur. de lib. porro hunc tex. facere pro compilatoribus rationum & glossarum, ut eius dicantur qui compilat: quod non improbamus, si uerbum compilandi, eius quæ elegantiam intellexit.

Leges regie Romuli.

<sup>f</sup> Latas.) Quæ fuerint leges regie, a' scribentibus nō tangitur. At hoc ex historijs colligi potest. Nam Dionysius Halicar. lib. ij. instituta & leges Romuli, aliorum quæ regū satis diligenter enarrat, quarū aliquas hic inserere placuit. Atque omnia Romulus diuisis cuiusque officijs, templorū ipse, sacrorum quæ & legum custodiā, & principatū, item & iniuriarū quæ maximè essent, cognitionē retinuit. Senatui potestas erat decernendi, quæ ex regno ad eum referrentur. At uero leges sciscere, magistratus creare, bella decernere, suum plebis erat. Sacra facere, magistratus gerere, ius dicere, solis Patricijs permittebat. Plebs Rom. duobus potissime, agricultura & militia exercebat, nec fas

Nemo Romæ ppiifex.



nec fas erat Romæ oriundo, sedentarias, sordidasq; exercere artes. Erat & lex Romuli, ne proles necaretur, nisi esset monstrosa. Ne porro' capte bello urbes euertentur prohibuit. De dijs immortalibus nō nisi optima & sentire & loqui iussit; nec eis stupra, homicidia, aliaq; ex Græca leuitate uitia, opprobrari. Sacerdotes qui publica sacra dijs facerent (præter curiarū priuatos curiones) sexaginta instituit, supra annum quinquagesimū natos, genere excellentes, simul uirtute præstantes; nec tamē inopes, aut corpore ulla ex parte trunco; perpetuos eos esse honores, militaribus ciuilibusq; solutos molestijs. Sacerdotia (quæ nos beneficia parū latine nominamus) uetuit esse uenalia; quod utinam nostræ Christianæ fidei capita, seruari facerent. Sed iam olim quaestuarius iste sacerdotiorū abusus increuit; Nam & Grego. Nazianzenus scribit pigere sese, quod sacerdotia seu ministeria, ambitione potius & gratia, q̄ meritorum iudicio deferrentur. Est & mulieribus, lege Romuli, propterea quod Sabinum bellū ipsis authoribus sopitum fuerat, honos datus. Nam statutū ut mulieri de ambulantia, prior a uiro locus concederetur, & ne quid turpe muliere adstante, uel impudicum loqui liceat, ne uē uiri nudi ab ulla conspicerentur; & cætera similia. Præterea & matrimoniorū rationem haberi censuit. Siquidē uxorem reū omnium sociam esse cum marito, alterū quoq; alteri ab intestato morienti, nō extantibus liberis, in totū succedere; eis autē extantibus, una cum liberis æqualem partē accipere cōstituit. Quæ leges consuetudine Germaniæ nostræ magna ex parte obseruantur; licet ius nostrū diuersum tradiderit. Porro' fanciuit, ne qua mulier a marito diuerteret, neq; propelli posset, nisi deliquisset; ut si aut ueneficio in filios, aut clauū aduiteratione, aut stupro caperetur, uel uinū bibisse deprehensa esset. Hæc em̄ delicta maritus una cum cognatione coëcebat, & uel ab ea diuertit, retentis bonis delinquentis, uel morte mulctabat. Qua lege factū est, ut intra quingentos uiginti annos Romæ diuortū nullū fuerit. Item & patribus in filios, uitæ & necis potestas erat; poterant & filij a patrib' uenditi; qui si postea ab emptoribus manumitterent, in potestatem patris redibant, nisi tertia secuta esset uenditio; tunc em̄ manumissos pater in potestatem reducere non potuit; & hæc quidē lex a regibus, Romulo & alijs seruata est. Cæterū in lib. i. Institutionū Caij Iuriscon. tit. qui. mod. filij exeunt de potest. pat. qui nouissime in monasterio Morbacen. a clarissimo uiro Hieronymo Baldugno utriusq; iuris doctore celeberrimo, Cæsareæ maiestatis consiliario, in humanioribus literis primario adfertore, inuentus, & (quæ sua est singularis humanitas) mihi cōmonstratus est: in eo inquā libro, modus, forma, solennia, qualiter uenditione imaginaria olim filij ex patris potestate exirent, graphice & eleganter cōtinentur; quæ librum nisi quis legat, constitutionē imperatoris, institu. qui. mo. ius. pat. pot. sol. q. præterea, nō intelliget. Porro' filij familias, quantumuis amplos magistratus gererēt, a potestate patris nō eximebantur. Quod uero ad crimina attinet, causas iniuriarū non diuurnis, sed subitaneis iudicijs, uel ipse expediebat, maxime in militibus, uel alijs cōmittebat. Locus damnatorū in spectatissima fori parte erat, lecti q; trecenti terribiles aspectu milites, qui regē sequerent, ex quibus duodecim erant, qui uirgas & secures, quos fasces posteritas nominauit, ferrent; ut qui uerberibus digna fecissent, mox uirgis caderent; in obnoxios maioribus delictis, secures animaduertent. Fuere & Numæ Pompilij secundi regis nonnulla instituta, sed ad rem maxime diuinā pertinentia. Nam deos sine simulacris colere docuit. Primū em̄ principium mentē inuisibilē & increatā esse censuit. Proinde in centū & sexaginta annis, in templis Romæ simulacrū corporeum nullū extitisse traditur; qd Eusebius in libris de Euāgelica preparatione ex sententia Clementis testatur, opinatus eam legē ex Mosis præceptis emeruisse. Porro' sacrificia nō sanguine animalium, sed farina & libo fieri iussit. Sacrorū ordinem in octo partes diuisit, quas Dionysius Iarius profequit. Deæ Vestæ sacra cōmunia, uirginesq; Vestales instituit, cum ante hæc ea sacra priuatim in curijs, per curiones fierent. Pontifices primus introduxit, qd

Sacerdotes.

Sacerdotia.

Nazianzenus.

Mulieri cedendum de uia.

Satellites.

Fasces.

Numæ instituta

Simulacra.



Fœcialium  
officium.

Repressalia-  
rum usus.

Numæ institu-  
tio de fundorū  
limitibus, &c.

in magnis reb<sup>9</sup> perficiendis potentes essent, teste Plutarcho. Erant em̄ (ut Dio. dicit) magnarū rerum dñi, & moderatores. Porro & collegiū Fœcialium constituit, quorū officium erat custodire ne alicui confœderatæ urbi bellū a Romanis iniustum inferretur: quod si forte ab alijs fœdera uiolarentur, repetere res: & si nō redderentur, bellum decernere. Ibat em̄ ad fœdis fragam ciuitatem Fœcialis, & admonitis ut iusta facerent, nisi paruissent (Dij̄s fœderū inspectorib<sup>9</sup> inuocatis) bellum cōminabatur. Modum, ordinē, uerba, gestus, & cōpluria pulchra, apud Dionysiu, Lium, Fenestellā, Plutarchum, latius uide. Hinc emerfisse usum Repressaliarū uerisimile puto, ut non consuetudine nouitia (quod Bartolus uoluit) sed a uetustissimis Romanis legibus, radicē sumpfisse appareat: eo saluo, quo Repressaliarū fœdum & barbarū uocabulū ciuitate Ro. non sit donatū, licet apud Iuristas (ita em̄ uulgus nominat) peculiariter usurpetur. Deniq; & Numa definitiones possessionū instituit, ut fundos quiscq; suos circumscriberet, lapides q; finibus (quos sacros, id est inuiolabiles esse uoluit) apponeret: quos si quis mouisset, occidi impune poterat: licet hodie alia sit terminos mouenti pœna prodita, ut infra de ter. mo. l. si. Fidem in contractibus, qui sine testibus fierent, tam uoluit esse sanctam, ut Fidei templū primus erigeret: & quoties de contractu disceptaretur, iureiurando ex fide lites diiudicarentur: adeo apud Romanos testimoniū ualidissimū sua cuiuscq; fides erat, quæ in dubijs sola lites dirimebat. Hinc originē sumpfisse nō est dubiū, qd uel hodie ex bona fide, quædā cōventiones nomē induerunt. Item & fidem alicuius sequi dicimur, rem uel fide nostra esse iubemus.

¶ Additio. (Sic & fideicommissa suborta esse credo, quæ tamē cum posteritas fefellerit, in obligationem sunt innexa. Ex prædictis puto dissolui responsa Iuriconsulti, quæ uidentur pugnantia in l. fideicommissaria. ij. ff. de fideicom. liber. ubi cum in principio dicitur libertatem ita dari posse, hæres si uolueris fidei tuæ cōmitto, &c. post aut in uers. quod si ita, contrarium decidi uidetur, uidelicet libertatem quæ adscribitur si hæres uoluerit, non ualere. Sed ex tex. appar. resolutio, nam prior responsio, uoluntas hæredis ad fidem adstricta est: dicitur em̄ hæres si uolueris fidei tuæ committo: & sic non erat libera uoluntas: Sed posteriore responsio, data fuit hæredi libera & omnimoda uoluntas, ut tex. ibidem aperit.)

Præterea agrum Romanū in pagos diuisit, custodes q; seu inspectores, qui agrorum culturam, ne quid per negligentiam admitteretur curarent, adhibuit. Superfessent aliorū regum scita elucidanda: Nam & Ancus Martius classium ordinem instituit, ut pro censu, id est, patrimonio cuiuscq; munera, uel pace uel bello scriberentur, & alia nonnulla: sed procedendum est.

<sup>a</sup> Exactis deinde regibus, <sup>b</sup> lege Tribunicia omnes leges <sup>c</sup> exoleuerunt: <sup>d</sup> iterumq; coepit populus Ro. incerto magis iure & cōsuetudine aliqua uti, q; per <sup>e</sup> latam legem: idq; prope uiginti annis <sup>e</sup> passus est.

Tarquinius su-  
perbus.  
Lucretia.

Exacti reges  
plurale pro sin-  
gulari, quomo-  
do intelligendū.

<sup>a</sup> (Exactis.) Vulgo cognita est historia. Nam cum impotenter se gerendo Tarquinius superbus, omnes in odium sui duxisset, & tandem Sextus filius eius ornatissimæ matronæ Lucretiæ nocturna ui struprum attulisset: proinde q; mulier, uocatis patre & marito, dedecus ferro expiasset, imperium Bruto auctore, regib<sup>9</sup> ademptum: atq; ita Tarquinius cum filijs expulsus est, propterea dicit tex. exactos esse reges, ut intelligas patrem & filios. Vel secundum Accurs. ideo in plurali scribuntur reges exacti, quia decretum sit, ne deinceps reges Romæ essent: quod recipi potest. Nam Lio auctore, Brutus primus consul, populum iuramento adstrinxisse traditur, neminem regnare Romæ passurum: ut sic proprie intelligas exactos reges. Sed nec improbamus si hic plurale pro singulari, ornata figura loquendi usurpetur. Nam & uicissim singulare pro plurali accipi inideas, ut docuit Augustinus super illud Exodi, Venit musca



musca grauissima, & in historijs hoc peculiare est, cum dicitur, expedito milite rem geri. Quapropter cum in statutis cauetur, occidentem occidilicere, nisi pacem cum hærede habeat; hæredes intelliguntur, ut uoluit alibi sanior opinio, contra Old, ad materiam eam subiectam tota hæc res redigitur, cum numeri libertas, teste Fabio, tanta sit, ut neget sub grammaticis constringi præceptis.

Numeri libertas.

<sup>b</sup> ¶ (Lege tribunicia.) Accursus, tribunos plebis intelligit. At quia illi non statim, sed decimo septimo anno post exactos reges creati sunt, uerius puto tribunum Celerum intelligi, qui tunc Brutus erat, regum expulsor: ut eam legem accipias, quam Tribunus Brutus per curias de regibus exigendis, eorumque institutis abolendis tulit: quod & Dionysius Halicarnassensis significasse uidetur.

Tribunus celerum.

<sup>c</sup> ¶ (Exoleuerunt.) Eas potissime leges abijisse credimus, quæ ad mores, ad ritus regios pertinerent. Cæterum si quæ leges diuina respicerent aut humana, durasse uerisimile est: atque ita uniuersalem propositionem hic cum temperamento accipimus. Quod certe in iure nostro ita usuuenit, ut ea temperatio uelut pro doctrina recepta sit: de quo est glos. in l. omnes. C. sine cen. uel reli. Arg. tamem contra in l. si is qui ducenta. §. utrum. infra, de reb. du. quod nos alibi diffusius tractauimus.

<sup>d</sup> ¶ (Iterum.) Sicuti enim ab initio ciuitatis, ita & post exactos reges, populus eatenus dicitur incerto iure usus fuisse, quod frequentius consuetudine uteretur: & si quando, ut etiam prædiximus, lex aliqua ferretur, ea publici potius quam priuati iuris erat. Nam fidem historiarum sequuti, Romanos eo tunc sub nulla prorsus lege uixisse non credimus, cum & imperator Romuleas leges fuisse fateatur. l. i. §. i. C. de uet. iur. enu. Porro & Romanis nec pura fuit popularis gubernatio, cuius tamem plures enumerentur species per Philosophum, lib. iij. Polit. Mixtam potius receperim: cum & pauci gubernarint, & tamen populo eligendorum magistratuum facultas remanserit.

Quo pacto populi in incerto iure usus dicatur.

<sup>e</sup> ¶ (Passus est.) id est consensit, admisit, adprobauit: ut cum dico remunerari sese passus est.

Postea ne diutius hoc fieret, placuit publica auctoritate, decem constitui uiros, per quos peterentur leges a Græcis ciuitatibus, ut ciuitas fundaretur legibus, quas in tabulis eburneis præscriptas, pro Rostris composuerunt, ut possent leges apertius percipi.

T. N. eborcis.

<sup>a</sup> Decem.) Accursus hic fabulam narrat, tam ridiculam quam falsam, quasi stulto interueniente, qui prætenta manu, trinitatem significauerit, leges legati Romani obtinuerint. Sed iocos miscuisse existimandum est, nam nec Græci, nec Romani, uel unitatem dei, uel trinitatem, eo tempore cognouere, falsorum deorum ueneratione præstricti. Dedit tamem bonus ille uir, ansam ceteris Doctoribus, & maxime Odofredo, errandi: ut mirum sit uiros in tam elegantibus ciuilium rerum literis uersatos, inermes meliorum doctrinarum, ad eminentia ciuilia studia accessisse. Quod autem textus noster dicit, decem uiros constitutos, qui leges peterent, non est simpliciter accipiendum. Nam ueritas historiae habet, tres tantummodo legatos ad Græciam pro legibus ferendis missos. Si quidem Fenestella auctore (ex quo Pomponius noster bonam partem præsentis legis sumpsisse, imo uerba transcripsisse uidetur) Cum plebs Romana quotidianis seditibus æstuarer, & nunc magistratus ex suo etiam corpore creati, iam connubia cum nobilibus concedi debitoribus a creditoribus nexos solui, agros diuidi, & tandem communes etiam leges ferre cõtenderet, tres legati, instructis ex publico triremibus, Athenas mittuntur, qui in clytas Solonis leges scriptas referrent, iuraque & mores aliarum ciuitatum noscerent. Hic fuere Sp. Posthumius, P. Sulpitius, Aulus Manlius, Allatis uero legibus, decem uiros constitutos esse satis constat, qui ex eisdem Græcis legibus, partibusque consuetudinibus, Romanas leges & cõderent & scriberent, ut diffuse apud Dionysium, lib. x. succinctius a T. Lilio lib. iij. eleganter a Fenestella tradit: & ea moderatioe textus

Quomodo accipiendum, decem uiros constitutos, ad petendas a Græcis leges.



nostrum accipiendum. Quorum decem uirorum nomina ideo hic non ponimus, quod in decretis, c. ij. & .iij. dist. vij. facile cognosci poterunt.

**b** ¶ (Peterentur.) Id est, petita & allata scriberentur: supra enim docuimus, tres tantum fuisse, qui a Græcis ciuitatibus leges mutuarentur: decem autem postea constitutos, qui allatas ad iura, consuetudinesque Romanas accommodarent, conderent, scriberent, publicarent: quod & expresse docet, d. c. .iij. dist. vij. ubi textus ex sententia Istorii planius loquitur. Vt ergo Iurisconsultus cum historiis concordet, uerba per supplementationem accipienda sunt. Sic & Accursus, in l. eum qui. ij. §. si a te. infra de verb. oblig. ubi textus dicit, recte fundi usufructum petam: exponit glossa, petendo fundum, consequar usufructum. Et ea suppletio in iure nostro, non est noua. Nam & idem Pomponius in l. Labeo, infra de statu lib. verb. uidebitur, exponit, id est, uideri poterit, dicens in l. xij. tab. uer. nocet sic accipi. Et alibi glossa, in l. si rem æstimatam, infra de iur. dot. exponit uer. dederit, id est, dare conuenerit. Et in glossa, l. ij. C. de fid. instru. uerb. retractas, id est, retractare intendis: multaque id genus similia inuenias. Est porro hic argumentum protestibus, ut non facile eorum testificata calumnientur, si supplementationem aliqua, que tamen ueritatem non oppugnet, adiuuari possint.

**c** ¶ (Fundaretur.) Et merito ciuitates legibus fundari dicuntur. Nec enim uel ciuitates, uel alij hominum conuentus, sed ne regna quidem consistere, nisi lege fulcirentur. Proinde Cicero in Officijs lib. ij. certam uiuendi disciplinam, qua bene & beate uiueret, legibus adscripsisse uidetur. Et Dionysius legum præceptis beati uitam hominum censuit. Quapropter Philosophus in Politicis lib. .iij. & alibi, sicuti rempublicam commendabat, cui lex dominaretur, ita deterrimam esse, in qua leges non pollerent. Hieronymus contra Rufinum illud Pythagoræ exponens, coronam non carpendam: coronam, ciuitatis legem uocat: Quo nomine ciuitas Friburgum commendari iure poterit, quæ antiquata principum imperfectione, Rempublicam eorum nouis legibus municipalibus, iuri communi magna ex parte conformibus, ope nostra, superiori anno ita intruxit, ut nomine & incremento, quod bonum, faustum, & felix sit, auctius eam propagari speremus.

Friburgum.

**d** ¶ (In tabulis eburneis.) Dionysius lib. x. & Lilius lib. .ij. ad si. tradunt in æs incisam fuisse. Sed & fœdera Latinorum, in columnam æneam incisa esse post Rostra, Cicero in oratione pro Cor. Balbo meminit.

**e** ¶ (Pro Rostris.) ante Rostra. Et est signata loquendi figura, secundum Caprum. Sic profœnium, locus ante scenam. Et Sallustius: Pro curia signum socijs dare, id est, ante curiam. Sunt autem Rostra, forum ante curiam Hostiliam, quæ Senatorum erat, ubi pulpetum porrigebatur ornatum rostris nauium ex Antiatibus captarum, ut Lilius tradit, naues autem rostratas esse nemo ignorat. Itaque decem tabulæ in foro ad curiam senatoriam affigebantur. Accursus hic in prima expositione, ueritatem uelut in tenebris affricuit. Ea tamen rostra in alium locum translata fuisse tradit, cum corpore Clodij in prædicta curia cremato, etiam ipsa curia conflagrasset, auctor Asconius. Hoc est quod postea in §. post hos, dicitur: statuam Sulpitij extare pro rostris Augusti, quæ ea rostra, quæ commutata fuerant, cepta fortasse sunt nominari rostra Aug. Siquidem Augustus cum uita esset defunctus, pro rostris huiusmodi a Druso Tiberij filio laudatus fuerat, ut Suetonius scribit.

Statuta publicanda.

**f** ¶ (Apertius.) Nota statuta esse publicanda, ut a ciuibus sciuntur: id quod in pulcherrima nostræ urbis Constantiensis politia, quotannis solemniter obseruatur. Lilius lib. .ij. ubi de ista legum publicatione differit: Ingenti aie, hominum expectatione populo ad concionem aduocato, decem tabulas propositas esse: & quod bonum, faustum, felixque Reipublicæ & ipsis foret, iussisse ut publicatas legerent: se enim, quantum decem hominum ingenijs prouideri potuerit, omnibus, summis, infimisque iura æqualiter se, &c. Porro apud Ciceronem in lib. de Oratore, Crassus bibliothecas omnium philosophorum unum sibi libellum. xij. tab. uideri dicit: ita legum fontes & capita, a ueritatis pondere, & utilitatis ubertate præstare,

Datumque



• Datumq; est eis<sup>b</sup> ius<sup>c</sup> eo anno in ciuitate summum, uti & leges corri-  
gerent, si opus esset, & interpretarentur, neq;<sup>d</sup> prouocatio ab eis sicut a  
reliquis magistratibus fieret. Qui & ipsi animaduenterunt aliquid dees-  
se istis primis legibus: ideoq; sequenti anno<sup>e</sup> alias duas † eisdem tabulis  
adiecerunt, & ita ex accidenti appellatae sunt leges, xij. tabularum: Quae  
rum ferendarū authorem fuisse decemuiris f. Hermodorum quendam  
Ephesium exulantem in Italia, quidam retulerunt.

Tex. N. ad eas-  
dem tabulas.

• **(Datum q;.)** Liuius, Dionysius, Fenestella, & caeteri tradunt decemuiros caeteris  
dissolutis magistratibus, summa in urbe potestate polluisse, ut nec ab eis esset prouo-  
catio: eis q; ius fuisse, ex patrijs cōsuetudinibus & Graecis nuper allatis legib<sup>9</sup>, optima  
eligere, & quas scripsissent leges perpetuas fore, si & Senatus probasset, & populus  
firmasset. Non tamē diu eam mutationē durasse Liuius docet, quod his legū authori-  
bus nimis luxuriantibus, res eorū citius lapsa, & cōsulare imperiū repetitum fuerit.

Decemuiros  
rum ius.

• **(Ius.)** potestatem uel facultatē accipe: sic apud Lucanum: Ius q; datum sceleri.

• **(Eo anno.)** Anniculam eis fuisse hanc potestatem, ex historijs satis constat: ipsos  
tamen sub uelamento legum perficiendarum etiam altero anno electos: tertij porro  
annū magistratum proprio ingenio usurpasse omnes tradunt.

• **(Prouocatio.)** Prouocationem ad populum, etiā tempore regum fuisse constat.

Nam Tullo Hostilio regnante, superstitem ex Horatijs, cum Curiatios, Albanos sin-  
gulari certamine uicisset, & Romam ingressus, fororē fata alterius ex Curiatijs spon-  
si sibi destinati lugentem, indignatione motus interfecisset, & propterea perduellio-  
nis reus iudicaretur, prouocatione usum fuisse inuenio: quod Titus Liuius lib. i. tra-  
didit. Exactis post regibus, Valerius Publicola primus lege stabiliiuit, ut aduersus ma-

Valerius Pub-  
licola.

gistratus prouocare liceret: hoc prouocationis remedium, in quo uno salus populi  
residebat, lege sublato esse, decemuiris constitutis, textus noster docet. At uero ea  
decemtrali potestate euersa, legem prouocationis populus nō restituit modo, ut ait  
Liuius, sed etiā in posterum muniuit, nouam sanciendo legem, ne quis ullum magi-

stratum sine prouocatione crearet; qui creasset, eum ius phas q; esset occidi, Dictato-  
rem tamē, si quando necessitas exigeret, hac solutū lege fuisse satis compertum est, ut  
ab eo prouocare nō licuisset, de quo post dicam. Philosophus, iij. Polit. significare uis-

detur omnes dissolui magistratus, ubi prouocatio ad populum sit recepta.

• **(Alias duas.)** Quas decemuirī, cum iam potestas eorū in tyrannidem uerti coepta  
esset, adiunxerunt, ne nihil fecisse uiderent. Accur, hic colligit accidens origini praes-  
ualere, l. si eadem, infra, de assessor. l. i. §. bestias, infra de postul. adducit tamen arg.  
contra l. si. C. de his qui ue. aeta. impe. Instit. de rer. diuis. §. pauonum, Eius perplexi,  
quod barbari brocardum uocant, dissolutio uulgo est cognita.

• **(Hermodorum.)** Cicero lib. v. Tus. quaest. hunc Hermodorū principem Ephe-  
siorum fuisse scribit. Cuius integrā uitam, quia Ephesij uitijs corruptissimi, ferre non  
poterant, in exiliū egisse tradunt: dicentes neminē apud se uirum frugi uiuere passu-

ros. Quapropter Heraclitus (ut est apud Ciceronē loco predicto) uniuersos ait Ephe-  
sios esse morte mulctandos, quod cū ciuitate expellerent Hermodorū uirum bonū,  
ita locuti sunt: Nemo de nobis unius excellat, sed si quis extiterit, alio in loco & apud  
alios sit: quā rem & Aristidi obiectam, Probus Aemilius scribit. Cum em̄ decennali  
exilio mulctatus, causam inquireret, respōsum dicitur: displicuisse quod elaboraret,

ut praeter caeteros iustus appellaretur. Tiberius Caesar, licet uitia odisset, eminentēs  
tamen uirtutes nō sectabatur: testis Cornelius Tacitus lib. i. ad fi. Heliogabalus tur-  
pissimus Romanorum Imperator, ideo infensus fuisse Alexandro adoptato legitur,  
quod impudicus nō esset: qui tyrannus & Vlpianum officio suo remouit, quod esset

uir bonus,

Additio.  
Graecum ius  
lium uirū egrē-  
gium Xerxes  
occidit ob hoc  
unum, q. melior  
uir erat, quā es-  
se quenq; tyran-  
no expediret,  
auctor Seneca  
lib. ij. de bene-  
ficijs.



uir bonus, auctor Lampridius. Cicero ad Lentulum scribens: Romani, inquit, in principibus te esse facile passi sunt, euolare altius noluerunt. Et in oratione pro Cornelio Balbo, Seculi sui labem esse inquit & maculam, uirtuti inuidere, ipsumque florem dignitatis infringere: adeo omnis excellentia multitudini est infensa. Huius Hermodori Strabo lib. xiiij. meminit, qui dicit eum leges quasdam Romanis uideri scriptis se. Plinius quoque lib. xxxiiij. statuam Hermodori Ephesij, legum decemuiralium interpretis, in comitio publice dicatam docet. Liuius lib. iij. Dionysius lib. x. de hoc Hermodoro nihil meminerunt: duas tamen legum tabulas, parte sequentis anni transacta, adiectas fuisse scribunt, in quibus una de maritandis ordinibus scripta erat, quae Patricios cum plebeis matrimonio coniungere uetuit. Bal. hic cum ignoraret historias male colligitar. ab Hermodoro ad Bannitos, cum in iuste excludantur, ille iniuste exulauerit. Idem pari errore labitur in l. cum quaedam, infra de iur. om. iud. ubi putabat eum qui in ciuitate sua facinus patrasset, si in alium locum peruenisset, accusari de crimine non posse, exemplo Hermodori: sed errasse eum hoc exemplo superiora probant. Dicebat Apollonius ad Ionas lib. iij. Philostrati: Bonos uiros quocumque terrarum peragrarent, praecarios uideri, esseque Ioui similes. Et Socrates in Apologia Platonis: Viro bono nihil mali accidere posse, neque uiuenti neque defuncto, neque res illius a dijs negligi.

<sup>a</sup> His legibus latis, coepit, ut <sup>b</sup> naturaliter euenire solet, ut interpretatio desideraret <sup>c</sup> prudentum auctoritatem, necessariamque <sup>d</sup> disputationem fori.

Tertulianus.  
Comentariorum  
uasta immensitas.

Medicorum multitudo prohibetur.

Forum.

<sup>a</sup> (His legibus,) quae modicae erant, eas enim duodecim tabularum libello contineri, Crassus & Caecilius docuere. Sed certe sicuti flumina magna uides paruis de fontibus orta, ita ex modicissimi origine, tam uasta succreuit immensitas, ut Tertulianus squalem legum syluam principalibus rescriptis, tanquam securibus truncatam tradiderit. Et erat tamen magna eo tunc in legibus scribendis & interpretandis peritia: siquidem omnem prope Philosophiam Iurisconsulti complexi uidentur. Quae per loquem nunc esset utilitas, imo necessitas, effusos istos commentarios coercere, qui peritiae ne, an tenebrarum plus habeant, emunctus homo facile iudicabit, qui eos euoluit: Disputationum enim contrariarum sarcina onerati, saepenumero plus ostentationis praeseferunt, quam doctrinae. Strabo lib. vi. dicebat eos quibus plurimae leges adessent, uiuendi ritu deprauatos esse: recte, sicut quibus plures adsunt medici, eis per multas adesse aegritudines. paria & Socrates (ut Plato scribit) iussisse dicitur: uetuit enim ne iudices & medici in ciuitate multiplicarentur. Et sane argumentum eius sententiae nobis res Romana praestabit, quae initio modicis legibus steterat, post uero legum gliscente copia defecit. Nutriuntur aduocatorum nequitiae commentariorum pelago, ut dum quisque scribentium nouare ex ingenio pergat, ansam saepenumero iuris premeandi aduocatis praestat: qui fora uenenant, iudices ludificantur, quiete turbant, rerum publicae collegia, statum, ordinem, instituta euertere contendunt, dijs exosi & hominibus.

<sup>b</sup> (Naturaliter.) Suo quocumque sensu abundare, Apostolus dicebat. Et Persius, Velle suum cuique esse: & tot mores pectoribus, quot in orbe figuras, Ouid. cecinit. Quod licet in omnibus naturaliter eueniat, tamen in legibus. xij. tab. sua etiam conditio exigebat. Necdum enim manus eis extrema imposita erat, cum decemuiri magistratu abire iuberentur, ut interpretatio in re parum absoluta, merito desideraretur.

<sup>c</sup> (Prudentum.) Non ociose dicitur prudentum auctoritatem exigi: ista enim interpretatio non tam desiderabat prudentes (licet id maxime) quam eorum auctoritatem. Ex quo nimirum significatur, legum interpretandarum ius non esse etiam prudentibus, si desit auctoritas.

<sup>d</sup> (Disputationem fori.) Non forum iudiciale sua loci natura disceptationibus exponi, pascua me Hereule uberrima aduocatorum, quibus, cum clientum iactura, pinguescant.



guescant. Porro argu. habes, forense illud dicendi genus, quod apud Rhetores tractatur, in primis, legum stare peritia. Forum aut neutro genere, apud Latinos auctores inuenias, ne Isidoro subscribas, qui sub masculino usurpat, quod & Papa male sequitur in uulg. c. forus, de uerb. sig.

Hæc disputatio & hoc ius quod sine scripto uenit, compositum a prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, ut cæteræ partes iuris suis nominibus designantur († c. datis proprijs nominibus cæteris partibus) sed communi nomine ius ciuile appellatur.

† ¶ Additio.  
Expungenda  
sunt hæc uerba  
ut quæ in arche  
typo non inueniuntur.

¶ Sine Scripto.) Ergo consuetudo erat, quod series textus non patitur. Sed dic sine scripto uenisse ab initio, postea uero memoriæ causa, compositam fuisse eam fori disputatione. Simile est in testamento nuncupatio, quod licet in scripturam redigatur, nihilominus tamen sine scripto uenisse dicitur. fa. l. qui testamento. §. si. ubi glos. infra de testa.

¶ Propria parte.) intelligas sicut ius Papirianum, Flavianum, lex curiata, lex xij. tab. & postea ius prætorium, plebiscita, proprijs appellantur nominibus: ita hæc fori disputatione speciale nomen non induerat, sed sub simplici uocabulo iuris ciuile relinquebat. Vbi colligis aliud esse ius ciuile, quod iuris partes continet: aliud quod sola fori disputationem respicit, fa. que uulgo de adoptione, in genere & specie dicuntur. l. i. infra de adop.

¶ Datis proprijs.) Hæc oratio per parenthesis positam satis superfluit, elegantiaque Iurisconsulti consonare non uidetur: quapropter a primis forte glossatoribus ad spacium textus adiecta, per librariorum temere inserta est: ad Pandectas tamen me refero, quod si de textu esset, colligi argumentum potest non dari uitio, repetere quæ semel posita sunt, ut plenior accedat lux declarationis.

Recte hæc glossa  
diuinauit, ea enim  
uerba subditicia  
sunt.

¶ Sed communi.) Habes hic euidentem arg. quædam sub incerto & indeterminato nomine relinqui. Hoc enim ius ciuile, de quo hic textus loquitur, nec lex est, nec editum, nec constitutio, nec plebiscitum, nec etiã responsis prudentum (ut quidam putauerunt) adnumeratur: de quibus postea dicam: nec alicui omnino parti iuris applicari poterit, sed simpliciter, & uelut sine specifico nomine ius ciuile dicitur: Subest tamen et iuri ciuili, quod genus est ad iuris partes: de quo fit mentio Instit. de iur. nat. gen. & ei. §. scriptum, ut supra in alia glos. diximus. Sic alias aliqua ultima uoluntas sine certo nomine inuenitur, quæ nec testamentum sit, nec codicilli, &c. de quo est notabilis glos. in l. licet, in fi. C. de pact. licet Alex. in l. iij. §. si. infra de acquir. poss. aliter intelligat: quod tamen suo loco reprobauimus. Sic & cum seruitutes sunt aut reales, aut personales, tamen & innominata seruitus recipitur, l. ut pomum, infra de seruit. sic & anomalus hæres est, ut docet Accurs. Instit. de eo cui lib. cau. cum similibus. Ex prædictis nuper diximus, Doctorem qui scholaribus iudex datur, per autem, habita, esse innominatum, id est, relinqui sub communi uocabulo iudicis. Nam nec arbititer est, quia non electus: nec delegatus, quia propriam habet iurisdictionem: nec ordinarius, quia iure magistratus, quem nullum habet, hæc iudicandi potestas non uenit: sed specialiter a lege datur: nisi dicas delegatum a lege esse, ut in simili colligunt glo. & Doctores, in l. iij. §. duas, infra de dam. infect. & c. ad abolendam, de hære. Sali. in uulga. autem, habita, putat ordinarium esse: sed non uideo quomodo, cum certis tantum personis detur, & non iure magistratus: sed nec delegare potest: igitur si innominatum putes, forte non errabis.

Ius ignomine.

Ultima uoluntas  
anonyma.

Seruitus anonyma.

Intellectus ad  
autem, habita.  
C. ne fil. propa.

Deinde ex his legibus eodem fere tempore, actiones compositæ sunt, quibus homines inter se disceptarent: quas actiones ne populus prout uellet institueret, & certas, & solennes esse uoluerunt. Et appellatur hæc pars iuris, legis actiones († id est, legitime actiones) & ita eodem pene tempore

† ¶ Additio.  
Subditicia sunt.

q tempore



hæc uerba, ab  
improvido in  
contextum, ex  
spacio forte in-  
serta.

tempore tria hæc iura nata sunt, leges duodecim tab. ex his coepit fluere  
ius ciuile: ex hisdem legibus actiones compositæ sunt.

**a** ¶ *Fere.* Non intelligas actiones feras, id est, crudeles fuisse, ut Accurs. opinatur: hoc enim contextus nec elegantia recipit, licet non negem actionum formulas stric-  
ctas fuisse, ut statim dicitur. Sub aduerbio igitur lege fere, id est, quasi eodem tem-  
pore, quo fori disputatio emerit, actiones sua solennia induisse. Quod certe necesse  
erat: peritorum enim disputatio peperit, ut actionum, seu intentionum morbi (quod  
uitium rudis ante populus non perpenderat) iustificarentur.

**b** ¶ *Actiones compositæ sunt.* Non dicit inuentas esse de iure ciuili. Et sic est arg.  
contra Bart. in l. frater a' patre, infra de cōdict. indeb. in l. ita stipulatus, infra de uerb. ob-  
lig. & alibi, qui per hunc textum actiones de iure ciuili esse inuentas opinat. Sicuti enim  
de iure gentium iudicia uiguerunt, quod supra ostendimus, & innumeris posset exemplis  
cōprobari, ita & actiones esse oportuit. Sed quia ante leges, xij. tab. legitima agendi  
series non fuerat, utpote quod pro cuiusque arbitrio ruditer ageret, iniectum est frenum, actio-  
nesque ante informes, compositæ, ordineque positæ sunt, ne populus, prout uellet, institueret.

**c** ¶ *Certas.* Satis constat, quasdam actionum formulas traditas, quarum ductu in iur-  
dicijs experiundum fuerat: ut qui extra causam petisset, lege, xij. tab. causa caderet: qui  
sero formulas non seruaret præscriptas, formula excidisse diceretur. Quint. lib. vij.  
ex Antonio docuit, periculosum esse, si cum uno forte sit uerbo erratum, causa cades-  
retur. Proinde in oratione pro Cecinna, cum Ebutius controuerteret se non deiecisse  
Cecinnam fundo, sed obstitisse intranti: Cicero ea tota oratione elegantissima, a uerbis  
recedendum, & æquitate iuris utendum docet, ne non in æquitate defensionis, sed in  
una litera ius latuisse uideatur: nec enim sermonem quotidianum coherere, si uerba inter-  
nos aucupemur. Claudius imperator apud Sueton. ijs qui plus petendo formula exci-  
dissent, actiones restituit: huiusmodi tamē uerborum aucupii constitutione Constan-  
tiniana abierunt, ut l. i. C. de formu. subla. Quamuis ex aduocatis nonnulli calumniari  
adhuc iura partium pergant super formulis, quas uel ex glossis, uel cōmentis depre-  
henderunt: ita disceptantes, ut si etiam de facti ueritate constet, formularia tamē uer-  
bula non esse adseruata, toto foro uociferentur. Denique & statutorum municipalium uer-  
ba, uis, tenor, iam ab ætate Bartoli & amplius, sub incude estuant, uelut in Cyclopium  
officina: quo significato, qua forma, quo tandem effectu fabricentur. Controuertunt  
ociosi homines, qui tonfor uenas in palatio incidat, sanguinemue ex delicto contra  
statuta fudisse dicatur: & qui super proprietate experitur, probauerit autem de utili do-  
minio, an succumbere debeat: & multa id genus ex uerborum aucupijs procedentia, in  
quibus non solum bonas horas male collocari, sed & oleum & lucernam perdi uideas.

**d** ¶ *Et solennes.* quasi præscripto & instituto quodam receptas, ut solæ seruarentur.  
A solo enim, ut dicit Sex. Pomp. solenne uenit, uel a solito: unde quæ certa sunt obser-  
uatione constituta, solennia nominamus. Apud Iurifcon. solennia munera sunt, quæ  
certo tempore ex moribus mittebantur, l. cum plures. §. cum tutor. infra de admin-  
tutor. Et Tito Liuius, Idus Maiæ ineundis magistratibus solennes fuere.

Omniū tamē **a** harum, & interpretandi scientia, & **b** actiones, apud colle-  
gium **c** Pontificum erant, **d** ex quibus constituebatur, quis quoquo anno præ-  
esset **e** priuatis, & fere populus, ppe annis centum hac consuetudine usus est.

T. N. priuatus.

**a** ¶ *Harum.* intelligas duodecim tabularum, & disputationis fori. Et dic scientiam  
interpretandi prædictas, xij. tabulas & disputationes, denique & actiones, earumque for-  
mandarum auctoritatē apud ipsos fuisse pontifices. Cicero in oratione ad pontifices  
pro domo sua, diuinitus institutum esse testificatur, quod eosdem religionibus deorum  
immortalium, & summa Reip. præesse uoluerit. Sic olim Panchei populi, sacerdotes  
eorum



eorum constituere omniū duces, quibus & controuersiarum iudicia, & publicarum rerum arbitria permilla sunt. Sed & apud Aegyptios, sacerdotes secundū post reges, honoris dignitatis q̄ locum tenent, author Diodorus Siculus lib. ij. & libro. vij. Galli *Sacerdotes Gallorum.* quoq; Dryidas (sic eorū sacerdotes nominant) iustissimos existimarunt: quorū fides priuata & publica cōmiserat: author Strabō lib. iij. Apud ueteres Germanos, cum in aciem prodissent, nemini nec animaduertere, neq; uincere, nec uerberare, nisi sacerdotibus permillum erat; uelut deo imperante, quē adesse bellantib⁹ credebant: fuit q̄ sacerdotibus iuxta ac regibus & principibus honor habitus, testis Cor. Tacitus in lib. de moribus Germanorū. Dicebat Indus ad Socratem, uix quenquā nouisse res humanas, qui diuinas cognitās nō habuerit: uel scribit Eusebius Pamphili lib. xi. Laurus *Eusebius.* triumphalis arbor, Pontificum & Caesarum domos ornatat, Plinius lib. xv.

**¶** *Actiones.*) Pontificum enim erat officium declarare, quæ cuiq; negotio actio competeret: fuerat q̄ moribus receptum, ut non ante agere licuisset, q̄ agendi formula impetraretur: quod tamen constitutione Constantini tam est salubriter abolitum, q̄ fuit cum iactura litigantium inuentum, l. ij. C. de form. subla. Cicero in quadam epistola ad Sulpitium, subpungere uidetur, quod eandem rem diuersis formulis Iurisconsulti tractarent. Fuere & Doctoribus nostris aliqui qui putabant prætorum suo decreto tribuere actiones, moti ex l. si finita, q. eleganter, infra de dam. infecta. Sed illi textum iuris non intellexerunt.

**¶** *Pontificum.*) Apud Titum Liuium lib. i. & Dionysium lib. ij. traditur pontifices *Pontificum a Numa Pompilio secundo Romanorū rege institutos, eis q̄ sacra omnia exscripta, munus.* exsignata & attributa quibus hostijs, quib⁹ diebus, ad quæ templa, sacra fierent: fuisse apud eos omniū publicorum & priuatorū sacrorum curam, adstrictam q̄ plebem ab eis cōsilia petere, ne quid diuini iuris (negligendo patrios ritus, peregrinos q̄ constituendo) turbaretur. Enarratores em̄ & prophetas, imo & iudices fuisse eorū, quæ ad sacra pertinerent. Porro & qui dies fasti, qui nefasti, quando solis & lunæ defectus, quæ anni temporum uel rationes essent, ab eis declarabat. Hinc certe euidentis argumentū sumi uidetur, quod qui sacrarū rerum enarratores sunt, ut Theologi, humanarum etiā eruditione ornatos esse oportere. Quod & Beda uidetur recepisse, in. c. turbat. xxxvij. dist. Argumento sunt Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Basiliius, Gregorius Nazianzenus, Chrysostomus, & alij uiri insignes non pauci.

**¶** *Ex quibus.*) pontificibus, ut Accursius exponit, uel dic ex quibus, legibus. xij. tab. alijs q̄ supra scriptis. Tam enim fecundæ sanctionis, prædictæ. xij. tabulæ fuerit, ut Phauorinus apud Gellium se non minus cupide eas, q̄ decem Platonis de legibus libros legere afferuit.

**¶** *Priuatis.*) subaudi & publicis. Omnia em̄ ista, quæ uel diuina uel humana concernebant, maxime quæ uel ex dictis. xij. tab. uel ex temporū, aut dierum ratione constarent, pontificum iussis expediebantur. Vel uerius expone. priuatis, scilicet negotijs, quæ controuersis fortasse subiecta fuere. Satis em̄ credibile est, pontifices succedaneum aliquem præfecisse, qui quoquo anno actionibus moderandis præesset: ne ipsi, quos maior sacrorū cura maneret, prophanis istis impedirentur. Ex quo textu, delegationis iam antiquitus factæ uestigia colligi posse uidentur.

**¶** *Additio.* Impertinens est prior pars huius gloss. cum uerius textus nō priuatis, sed priuatis habeat ut sit sensus, quis priuatis præesset, &c. proinde finis huius gloss. huc fortasse accommodari posset.)

Postea cum Appius Claudius proposuisset, & ad formam redegisset has actiones, Cn. Flauius scriba eius, libertini filius, subreptū librum populo tradidit: & adeo gratū fuit id munus populo, ut s. tribunus plebis fieret, & s. senator, & ædilis curulis; hinc liber qui actiones conti-



net, appellatur ius ciuile Flauianum, sicut & illud Ius ciuile Papirianū. Nam nec Cn. Flauius de suo quicquam<sup>k</sup> adiecit libro.

<sup>a</sup> ¶ Appius.) Non ille qui decemuir fuerat, cuius supra meminimus: sed ex descendibus suis hic posterior Appius fuit, centum & amplius annis post priorem Appium: de quo & postea suo loco latius dicemus.

<sup>b</sup> ¶ Actiones.) Non eas solum, sed legem. xij. tab. & dierum, temporum ueraciones & fastos: quæ omnia iure ciuili continebantur: ut in sequenti glossa patebit.

<sup>c</sup> ¶ Cn. Flauius.) Hanc historiam uulgo notam esse credo: de qua sic loquitur Valerius libro secundo: Ius ciuile per multa secula inter sacra, caeremoniasq; deorum immortalium abditum, solisq; pontificibus notum, Cn. Flauius, libertino patre genitus, & scriba, cum ingenti nobilitatis indignatione, factus ædilis curulis uulgauit, & fastos penè toto foro exposuit. Quo loco Oliuerius neminem præter pontifices, iuris ciuilis scientiam habuisse dicit. Cicero in oratione pro L. Murena, mysteria iuris paucos sciuisse tradit, eosq; qui consulerentur, posset ne lege agi, an non posset, in magna fuisse potentia, à quibus etiã dies tanquam à Chaldeis peterentur: inuentum tamen scribam quendam Cn. Flauium, qui cornicum oculos configens, singulis diebus addiscendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis Iurisconsultis sapientiam eorum compilarit. Confixisse cornicum oculos, prouerbio dixit, quod & idem Cicero in oratione pro L. Flacco ad fi. usurpabat: quasi nouo hoc inuento, ueterum eruditionem, quæ admirationi habebatur, ignobiliorem redditam esse significaret: ut doctissimus nostræ ætatis uir Erasmus Roterodamus in Adagijs suis interpretatur. Item & Titus Liuius libro. ix. ad finem, Cn. Flauium ædilem à forensi factione creatum scribit, quod ius ciuile in penetralibus pontificum repositum euulgasset, & fastos circa forum in albo proposuisset. Etus rei gestæ etiam Plinius libro. xxxiij. meminit, qui Cn. Flauium Appij scribam dies fastos publicasse dicit, & ob hoc ædilem curulem, & demum tribunum plebis creatum: quo facto tanta senatum indignatione exarsisse, ut anulos multi abijcerent. Valerius libro nono id factitatum esse, dum prætor crearetur, scribit.

<sup>d</sup> ¶ Scriba.) Scribam cõmendat memoria, scientia, consuetudo, celeritas scribendi: testis Cicero in oratione pro P. Sylla, adde & fidem. Erat apud Græcos honorificum scribæ munus: nemo enim (ut est testis Aemilius Probus) ad id officium admittebatur, nisi honesto loco, & fide, & industria cognita, cum necesse sit omnium consiliorum eum esse participem. Itaq; Eumenes Cardianus scriba Philippi regis, et post Alexandri magni, tanta creuit honoris eminentia, ut inter primos Græciæ principes, post mortem Alexandri, integritate & bellicarum rerum gloria fulgeret. Cuius insigne dictum apud Plutarchum legitur: se uitam potius positurum esse, q̄ fidem. Sic & regis Porcenæ scriba eo splendore fuit, ut à rege ipso non admodum differret, imò pro rege à Scæuola interficeretur. Romani tamen scribarum officia nõ ita honorata, sed uelut mercenaria (ut docet Aemilius) arbitrabantur. Scribarum ordinem immoderatus excedentem, Cato Uticensis quæstor coërcuit. Cum em̄ leges Romanas, & publicas scripturas in manu haberent, quæstorium magistratum, uel qui plerumq; ab adulescentibus gereretur, ita gubernabãt, ut ipsi plane magistratus esse uiderentur: quos Cato repressit, ministrorumq; locum tenere coëgit: quod ample Plutarchus profequitur. Quæstorum scribæ ex bonis ciuium publicatis nõ paruum quæstum fecisse traduntur: id quod in Cornelio scriba L. Syllæ, qui postea Cæsaris quæstor erat, crimini datum est: authores Cicero lib. ij. Offi. & Lepidus in oratione quæ apud Sallustium legitur. Lex Clodia. Eam ob rem lex Clodia emeruisse putatur, quæ eos negociari uetuit: ut est apud Suetonium in Domitiano. Ceterum Cicero in oratione pro domo sua, scribarum integritatem cõmendat: qui cum in rationibus & monumentis publicis uersarentur, ipsius in rem publicam



rem publicam beneficia, eorum iudicio et decreto declarassent, Sed & Dionysius Halicar. lib. iij. & Capitolinus in Gordianis, scribas eo nomine commendant, quod res gestarum summam scite complectantur. Olim Neronis Drusi imperatoris charissimi corpus, scribarum decuriae ad urbem deuexerunt; testis Suetonius. Denique Cicereus scriba Scipionis Africani, adiuuissse eiusdem Scipionis filium legitur ad praetura consequendam, quae eidem Cicereo destinabatur; testis Valerius lib. iij. Catonem censorium sui scribae Salonij filia in matrimonium duxisse, Plutarchus testat. Quos antiquitas scribas, Graeci archigrammateos uocant. Andreas Alciatus uir doctissimus, iuris quoque ciuilis illustrator egregius, in rub. C. de primice, lib. xij. scribam principis, primicerium nominari docet, iustis refertus autoribus: nostra aetas cancellarios nominat, quod nomen latinitate donauit Flauius Vopiscus, cum in Carino imperatore scribit, unum ex cancellariis ab eo praefectum urbi creatum. Porro & Diocletianum imperatorem scribae filium fuisse plerique tradiderunt; author Eutropius. Sed & Iouinianus ex primicerio domesticorum Imperator factus est; teste Eusebio, ut tradidit Alciatus. Et certe quod Romana uetustas statuerit, principum scribas (siue eos cancellarios, siue secretarios, siue sacri scrinii proximos, siue libellorum magistris nomines) magni semper apud principes momenti fuisse manifestum est. Nam & Papinianus sub Seuero, & Ulpianus sub Alexandro principibus; ille libellos, hic scrinia moderati sunt. Et ascendit cancellarij dignitas, adeo ut ex electoribus Romani imperatoris, unus sit imperij cancellarius. Constitutiones quoque principum, multis eos qui sacri scrinii proximi sunt, ornarunt priuilegijs: nam ea dignitate funguntur, qua uicarij principis. Accessus ad principem eis semper conceditur. Et est eis potestas sedendi cum iudicibus. Ad extraordinaria, uel tributa, uel munera, nec ipsi, nec liberi, ne uel alij de familia coguntur. Et qui diu secretariorum officio functi cum fide fuerint, sacri palatii comitis eis dignitas prerogatur. Quas in provincia domus habent, hospitii accipiendi onere non grauantur. In iudicium uocati non satisdabunt. Ab officijs dimissi, omnibus his, qui post ad regendas provincias sunt assumpti, praeferruntur. Palatina eorum bona, ex pari castrensibus accedunt peculijs: haec cognosci conueniet ex l. i. l. ij. l. iubemus. l. peculiari. l. proximos. l. in sacris. ij. in sacris. iij. C. de prox. sacr. scri. lib. xij. l. i. & ij. C. de priui. eorum qui in sacro palatio mil. eo. lib. & l. i. C. de castr. om. palati. pecul. eo. lib. ubi pulchra uerba ponunt, cum alijs multis priuilegijs, quae colligi ex iure poterunt. Denique Cassiodorus (ut eum Alciatus uir inter iuris professores doctissimus allegat) primicerium insigni fuisse eminentia scribit. Eius enim dignitati provinciarum iudices subiacuisse, nec fuisse rem ullam perfectam, cui pro sollemnibus primicerij non accesserit auctoritas: & quae ibi sequuntur.

Andr. Alciatus

Imperij cancellarius.

Archigrammateorum priuilegia et immunitates.

Vere gratus, ex Cicrone.

Plato.

e. ¶ Gratum.) Eum uere ciuilem, gratum quoque esse, Cicero de Oratore docet, si omnia quae faciat, grata sint, ipse tamen nihil gratiae causa faciat. Quod certe in Cn. Flauio recipere non ausim, ut qui gratiam a populo uenari uoluisse creditur.

f. ¶ Tribunus.) Accursius hic lucra ex dolo uenisse colligit. arg. l. Titto, in si. i. responsi. infra ad muni. l. intestato. s. is plane. infra de suis & legit. Arg. tamen contra in l. si quis seruo. C. de furi. Sed certe hunc scribam, quamuis male a nobilitate audierit a dolo excusamus: qui quod ad omnes ciues pertinebat, omnibus exposuit. Nec enim dissimulari & occultari debere, teste Cypriano, quibus quisque regi possit & instrui. Sic & Socrates apud Platonem in Protagora, ciuilem uirtutem ad omnes pertinere uoluit, omnesque ad eos admittendos esse, ne si alteri ab altero traderetur, uiri optimates tam preciosam rem, suis quodam uelut haereditario iure relinquerent. Quod quidem a Romanis factitatum esse, supra docuimus. Eos tamen omnibus uel libris dignos esse putamus, qui iuris ciuilis scientiam, quam ne a uestibulo quidem unquam cognouerunt, in linguam uernaculam, & nescio in quos ludos traducere pergunt: quibus non satis est, quod ipsi sint omnibus numeris imperiti, nisi & alios insanire faciant.



g (Senator.) Ideo forte senatorem dicit, quod cum tribunus plebis creatus esset, senatus habendi, senatusque consultum faciendi ius erat: licet ante Atinum plebiscitum, tribuni senatores non essent: ut docet A. Gell. lib. xiiij.

h (Actiones.) Adde & l. xij. tab. aliaque iuris civilis arcana, cum diebus fastis atque nefastis. Sunt enim fasti dies, quibus diuina humanaque agere licebat: nam & in eis feriae inestant. Nefasti, quos ominosos antiquitas putabat, quidam ex nostris Aegyptios, uel reiecticios nominant: de qua re latius apud Ouidium primo Fastorum, & Macrobiū lib. i. Saturnalium, Fastos autem numero pluratiuo, Festus Pompeius libros esse dicit, quibus totius anni fit descriptio, & causae festiuitatum explicantur: uulgus Calendaria uocat, quod

Fasti.  
Nefasti.  
Calendaria.

tamen uocabulo libros debitorum appellari in iure nostro, plusquam notum est.

i (Ille.) liber Papij, de quo supra meminerat Iuriconsultus. Natura enim huius pronomini est, ut remotiora referat: sicut sub pronomine, hic, propiora referuntur.

k (Adiecit.) Hunc text. allegat Accur. in l. licet, C. de acquir. poss. pro opi. Azo, qui tenuit unam tantum esse possessionem, quae corpore & animo acquiritur: eamque propterea, quod per ius approbaretur, etiam civilem nominari posse. Nos cum eundem titulum infra ff. eo. legeremus, dictam opinionem Azonis contra communem defendimus:

Posses. ciui. et natura non differre specie.

ut scilicet naturalis & civilis, non specie sed qualitate differant. Si enim civilis possessio in enigmate naturalem repraesentat, ut tenet glos. in l. iij. §. ex contrario. eo. tit. uel si ex retentione naturalis, civilis inquietatur: ut tenuisse uidetur glos. in l. clam. §. si. eo. tit. non esse uerisimile duo illa re ipsa & specie differre, denique naturalem possessionem amitti animo non posse, ut retineatur civilis: nec est diuerso, d. l. iij. §. in amittenda. §. sal-

tus: eo. tit. necessario consequens esse, quod nulla sit in eis realis uel specifica disseparatio: tunc enim altera sine altera amitti animo posset, cum ea sit separatorum ratio, ut alterum sine altero possit & destrui & consistere, l. i. in fi. infra de calum. Quae ratio, &

nonnulla praeterea fundamenta alio loco adducta, mihi ob signatis tabulis pugnare uidentur: scio tamen quid communis opinio sentiat, quam suam relinquimus a se, dum noueris aliud esse opinari, aliud uerum asserere.

Prouerbiū.

a (Additio.) Et id ipsum Alciatus, uir eminentis doctrinae, tenuit, in l. quaestio. ad fi. de uerb. sig. cum dicit possessionis duplicem esse rationem seu qualitatem, ut ibi latius per eum.

Augescente.

a† Vigefcente ciuitate, qui b aderant, quaedam genera agendi composuerunt: nec post multum temporis spacium, c Sextus Aelius alias actiones composuit, & librum d populo dedit, qui appellatur ius Aelianum.

a (Vigefcente.) Supra satis declarauimus uigorē ciuitatis, non ex inutilis populi, sed ex bonorum uirorum presentia, colligi posse, quod ad munera obeunda, ac res gerendas sint idonei.

b (Aderant.) prudentes Romani, Cicero in dicta oratione pro L. Murena, potentiores, apud quos ius civile recondebatur, ea Flauij diuulgatione iratos, & simul uerentes, ne dierum rationes peruulgatae, sine eis lege agi posset, uerba quaedam solennia composuisse scribit, ut omnibus rebus ipsi interessent. Hoc textus praesens significare uidetur.

c (Sextus Aelius.) Hunc Crassus in Oratore Ciceronis, amplissimum & clarissimum uirum nominat: quē & propter iuris civilis scientiam, summus poeta Ennius celebrauerit hoc carmine: Egregie cordatus homo Catus Aelius Sextus, cuius etiam Cicero primo Tuscul. quaest. meminit. Dicebatur Aelius Catus a sapientia, acumine & prudentia. Catum enim, acutum Sabini dixerunt: uel ut Varroni & Porphyriō placuit, pro experto & docto, catus accipitur. Aeliorum familia, licet primae inter Patricios nobilitatis, pauper tamen & tenui censu erat, rerum gestarum gloriaque diuitijs clarior: ut docuit Valerius lib. iij.

Catus.

d (Populo.) Arg. quod librum, quibus iuris civilis scientia continetur, Romano principi sunt dedicandi: tum quod omne ius ab eo, tanquam a fonte emanet; tum quoque quod sta



quod stabili authoritate nituntur, quæ a principe in eo genere probata fuerint.

Deinde cum esset in ciuitate lex, xij. tab. & ius ciuile, essent & legis actiones, euenit <sup>a</sup> ut plebs in discordiã cum patribus perueniret, & secederet, <sup>b</sup> sibiq; iura constitueret, quæ plebiscita uocantur. <sup>c</sup> Mox cum reuocata est plebs, quia multæ discordiæ nascebantur de his plebiscitis, pro legibus placuit & ea obseruari, <sup>d</sup> lege Hortensia (lata) & ita factum est, ut inter <sup>(lata) non est in tex. N.</sup> plebiscita & leges <sup>e</sup> species constituendi interesset, potestas esset eadem.

<sup>a</sup> **(Vt plebs secederet.)** Plebem a nobilibus secessisse, post late dicitur. Sed tex. hic de secunda loquitur, quæ auctore Virginio facta est; quod ipsum postea patebit.

<sup>b</sup> **(Sibiq; iura constitueret.)** id est, facultatem constituendi iuris acquireret, tribunicios magistratus reficiendo, per quos, dum necessitas exposceret, plebiscita fierent: in ea enim secessione plebem iura constituisse nusquam legimus, ut ita text. per transumptionem intelligatur. Arg. pro testium dictis saluandis, si in facto principali non labantur, etiam si circa qualitates minutulas uariarint.

<sup>c</sup> **(Mox.)** ad interualla temporum accipe, non pro confestim; nam secunda secessione, que post primam fuit, plebiscitis ea data est authoritas, quã textus memorat; quod tamẽ gloss. sequens latius tractabit. Superuacane laborant doctores in plerisq; locis iuris nostri, in uerb. mox, quid importet, cum apud latinis scriptores pro postea sumatur, quod secundum cuiusq; rei naturam, uel plus uel minus temporis recipit.

<sup>d</sup> **(Lege Hortensia.)** A. Gellius lib. xv. Lælij Felicis meminit, qui ad Quintum Mutium scribens, tradit tribunicijs rogationibus patricios non fuisse adstrictos, donec Q. Hortensius dictator eam legem tulit, ut eo iure quod plebs straxisset, omnes Quirites tenerentur. Quod & Plinius lib. xvi. attigit. sic enim inquit: Quintus Hortensius dictator, cum plebs secessisset in Ianiculum, legem in Aesculeto tulit, ut ad id quod iussisset, omnes Quirites tenerentur. Cæterum apud T. Lium, lib. iij. inuenio secundam secessione plebs eam legem constitutam fuisse. Nam L. Valerio, & M. Horatio Coss. cum in cõtrouerso iure esset, tenerentur ne patres plebiscitis, eosdem consules omnium primam tulisse legem centuriatis comitijs, ut quod tribuni plebis iussissent, populum teneret; qualẽ tribunicis rogationibus acerrimum telum datum esse. Possunt utraq; uera esse, quod fortasse primo aliquo initio coeptum, postea perfectum fuerit.

<sup>e</sup> **(Species.)** originis qualitas, status, conditio, sic enim eo uocabulo Latini auctores utuntur. Cicero. Quæ autem specie quadam utilitatis. fa. l. proponebatur, in fi. infra, de iud. cum similibus.

Deinde quia <sup>a</sup> difficile plebs conuenire cœpit, <sup>b</sup> populus certe multo difficilior: in tanta turba hominum, necessitas ipsa curam Reip. <sup>c</sup> ad senatum deduxit: & ita cœpit senatus se <sup>d</sup> interponere: & quicquid constituisset, obseruabatur, idq; ius appellabatur <sup>e</sup> Senatusconsultum.

<sup>a</sup> **(Difficile.)** Notat hic Accur. uniuersitatẽ, uel plures difficile consentire: & fa. l. i. §. si. infra de acquit. poss. l. i. §. sed an omnino. infra de liber. uniuers. l. item si unus. §. si. infra de arbitr. arg. contra, infra quod met. causa. l. metum. §. animaduertendum. & fa. ad hunc. §. Instit. de iur. nat. §. senatusconsultum. & in auten. de referen. §. pe. colla. ij.

<sup>b</sup> **(Populus.)** Quid differat plebs a populo, habetur Instit. de iur. nat. gen. & ciui. §. plebiscitum. Populum autem antiquitus, cornu seu buccina in concionem uocatum fuisse tradit Dionysius: quippe fieri non poterat, ut paruo tempore tanta multitudo per nomenclatores uertetur.

<sup>c</sup> **(Ad senatum.)** Romulu. cum nouam suã ciuitatem uiribus & robore iuuentum muniam corneret, ut eam & consilij ope fulciret, centum numero elegit, quos ob honorem patres, ob



Patres. patres, ob etatem senatores appellauit: quorum posteritas per genituram propagata,  
 Senatores Patricij appellati. Hunc ordinem Tullus rex ex Albanis suppleuit. Brutus autem pri-  
 m<sup>us</sup> consul, expulsor regū, primores equestris ordinis senatoribus adscribi fecit: qui  
 Patricij. ob id conscripti patres nominati sunt. Senatus haberi, nisi per maiores magistratus,  
 Per quos, ubi, & quando Senatus haberi solitus sit non potuit: & nec ullo alio loco, nisi augurato, quæ templa nominant. Locus consue-  
 tus senatus conueniendi, curia Hostilia fuit. Ante solis exortum, & post occasum, se-  
 natum habere non licuit, & erat necesse, prius sacra dijs fieri: quæ, & alia multa apud  
 Fenestellam inuenias, & apud A. Gellium lib. xiiij. Accur. in l. si, infra de senator. Sex  
 natores centumuirali iudicio expendebat, inepte profus: crassam enim inter utrūq;  
 ordinem differentiam fuisse, nemini ex peritis potest esse incognitum: cum centum-  
 uiri iudicij, senatores curæ Reip. præessent: ut postea docebitur.  
 d. ¶ Interponere.) Quæri posset, quæ necessitas curam reipub. ad senatū deduxerit:  
 aut cur interponere se cœperint, cū ab initio apud eum ordinē, ea reip. cura fuerit: mā-  
 datum em̄ eis ciuitatis tutelā fuisse, Dionysius lib. ij. scribit. & ait Fenestella, adeo sem-  
 per totius reip. summam penes senatum fuisse, ut ne reges quidē, consules, aut dictato-  
 res, aut alius quisq; magistratus, inconsulto eo, quippiam facerent. Et propterea Tar-  
 quiniū Superbū, qui multa præter authoritatem senatus decerneret, tyrannū uoca-  
 ri cœptū. Nos credimus curam reip. eatenus ad senatum deductam, ut non solum sen-  
 tentias de rebus cōmunibus dicere, ut antiquitus: sed etiā quæ eis placerent uim legis  
 obtinere constitutum sit. Et ita præsentem textum intelligendum esse res ipsa exigit.  
 e. ¶ Senatusconsultum.) Hoc dupliciter fiebat, aut per discessionem, si facile consen-  
 tiēbatur: aut per sententias singulorū, si res esset dubia. Discessio tūc fieri dicebat, cū per  
 Pedanei iudices pedarios senatores, seu (ut nos dicimus) pedaneos, qui minoris erāt in senatu nois, pe-  
 dibus in sententiā principū itabatur: discedebant em̄ ad partem, quibus sententiā hui-  
 ius uel alterius senatoris, qui de principibus, id est, primis erat, probare. Huius sena-  
 tusconsulti, quod per discessionem fit, sepe meminerunt latini scriptores. Cicero lib. i.  
 Epistolaz, & alibi. Sin uero ardua imminerent, necesse erat singulos nominatim ro-  
 gare sententiam. Atteius Capito negat sine discessione fieri senatusconsultū. A. Gell.  
 ut supra. Inuenio in Paulo Apostolo ad Thessalonicenses, discessionem usurpari pro  
 defolatione Romani imperij, quæ præcurreret Antichristum, Hieronymo interprete.

Eodem tempore & magistratus iura reddebant, & ut sciret<sup>b</sup> ciues qd  
 ius de quaq; re quisq; dicturus esset, seq;<sup>c</sup> præmunirent, edicta propone-  
 bant, quæ edicta prætorum, ius honorarium constituerunt. Honorariū  
 dicitur, quod ab honore prætoris uenerat. Nouissime sicut ad<sup>d</sup> pauciores  
 uiros iuris constituendi uia transisse ipsis<sup>e</sup> rebus dictantibus uidebatur  
 f per partes, euenit ut necesse esset Reip. per unum consuli: Nam senatus  
 & non perinde omnes prouincias regere poterat. Igitur cōstituto princi-  
 pe,<sup>b</sup> datum est ei ius, ut quod constituisset, ratum esset.

¶ (Magistratus.) Prætores intelligit, quos per antonomasiam magistratus appellat,  
 quod in eis uberior fuit in litibus iudicandis potestas. Is tamen magistratus longo post  
 senatores, postq; consules tempore introductus fuit: ut postea dicet. Proinde quod  
 hic dicitur, eodem tempore, ciuilitate, & sub quodam ordine accipit. Arg. qd testes, si  
 dicant eodem tempore rem gestam esse, etiam si distantia aliqua reluceat, non esse ca-  
 lumniandos, maxime ubi tempus non erat de necessitate.

<sup>b</sup> Ciues.) quo uocabulo omnes intellige liberos, qui in imperio Romano cōmuniōe  
 Ciues Romani. ciuiliū rez bello & pace sunt participes. arg. l. i. infra ad l. fal. Instit. eo. tit. in prin. ergo  
 & qbus facultas est publice iudicandi atq; gerendi magistratus, ut docet Philoso. in.  
 Polit. Non



• **Polit.** Non igitur omnes ciues Romani sunt, qui Romani imperij iuribus reguntur. **¶** **Præsumunt.** nam non præsumitur ignorari, quod in publicum proponitur. fa. l. sed & si. q. proscribere, infra de institor. Est arg. iudicia non esse præcipitanda, sed spacium sese præmuniendi indulgendum, fa. l. & quia, & ibi Bald, infra de interrog. act. c. inter hæc, de poeni. distinctone, iij.

• **¶** **Pauciores.** Quia cum a principio populus per curias legem ferret, redacta est legis ferenda potestas ad decemuiros, data postea senatusconsultis legis authoritas, & ita nouissime in principem transfusa.

• **¶** **Rebus dictantibus.** Natura, cursu temporum & rerum exigente: in continuo em̄ motu consistit mortalitas, & continuo uariatur, ut quod a principio bonum uisum sit, euentus rerum improbet, autem hæc constituit, innouat, & de non alie. q. ut autē, coll. ij. & de consang. & uteri, coll. vi. Et sumitur hic dictare quadam translatione. Sicut em̄ dictari dicuntur, quæ alio præeunte uerba scribi consueuerunt: ita & quæ natura nobis excipientibus suggerit, dictare dicitur.

*Dictare.*

• **¶** **Per partes.** id est, per succedaneas mutationes; uel forte uerius per partes, id est per factiones euenisse, exponas: quasi innuat, factione principum, reipublicæ rem ad paucos redactam. Nam si Syllas & Marios tacuero, in manum Caesaris Iulij omnia esse redacta nemo ignorat; quo uitam functo, rempub. triumuirorū principatu presam nouimus; deinde Caesaris Augusti imperio gubernatam, & sic per partes, id est, propter principum factiones, qui sese partes fecerunt, euenit, ut ad unum reipub. status deueniret. Nam & ducem partium ueteres nominabant, qui in bellis civilibus exercitum duceret. Quod autē Iurisconsultus scribit, necesse fuisse per unum consuli, quasi senatus omnes prouincias regere nō potuisset, nō est simpliciter accipiendum: nihil em̄ senatui in prouincijs regendis, uel industriae, uel temporis defuisset, si principes uiri in officio remansissent. Sed dissimulanda est ea Iurisconsulti cōniuentia, qui ueritatem historiae temperando, principem sub quo uixit, offendere noluit. Res em̄ publica Romana in principes non ultrō, sed ui & bellis redacta est: sed ad Monarchiā res, uel diuina ordinatione respexisse creditur.

*Dux partium.*

*Monarchia.*

• **¶** **Non perinde.** id est, non ita accurate res curari per senatū poterat. Sueto, Quare aduentus nō perinde gratus fuit. Accurs, hic colligit, per unum q̄ per multos rem cōmodius expediri, l. iij. q. apparet, infra de admin. tutor. Hoc & Philosophus, iij. Polit. asserit, qui. c. xi. & xij. decidit, uni optimo potius q̄ multis potestatem tribuendam. Et Hieronymus in psalmo. cxlvi. melius esse inquit, unum timere, ut plures non timeas: q̄ plures timere, ut ab uno sis tutus. Dicebat Homerus, ut eum recitat Aemilius, non posse bene rempub. geri multorum imperijs. Sed & apud Herodotum, Darius pulchra oratione euincit, unius regnum præstare: siquidem ex plurium etiā optimatum gubernatione, odia, seditiones, caedes oriri, quod quisq̄ princeps esse, sua sententia alios uincere optet, fa. c. in apibus. vij. q. i. Tiberius tamē dum per senatores ad imperium uocaretur, consuluisse eis traditur, ut nō ad unum omnia deferrerent, quod arduum esset munus cōcta regendi: & plures facilius Reipub. munia sociatis laboribus exequerentur, auctor Cor. Tacitus lib. i. Sed uersutus Imperator, tam non ex animo consuluit, q̄ in primori uoto ei erat regnandi cupiditas: quæ res, ut supra diximus, statum Reipub. a senatoribus in unum principem traduxit. Alibi Cor. Tacitus lib. xvij. in prin. pacis interfuisse dicit, omnia in unum conferri.

• **¶** **Datum.** Quæ causatiue intelligimus, nō præcise: nam cum nulla esset libertatis spes, populus Romanus iam iugum seruitutis ferre assuetus, lege regia omnē potestatem in principem transfudit: ut quod necesse erat pati, legis regie titulo cōtegeretur. fa. ad tex. l. i. infra de constitut. prin. Est porro' hic argumentum statuendi facultatem his qui Remp. moderantur, a populo permissam censerī. Quapropter statuta ciuitatum consensu populi, saltē uirtualiter, imo uelut cōuentione aliqua conditanda est: quod

*Statuta quomodo condantur.*



est: quod & Hermogenes satis docet in l. sed ea, infra de legi. fa. c. recolentes. ij. rñs. de sta. mo. Vt cumq; tamen iste consensus populi sit, probabilis tamen est doctorum assertio, eum qui uigore statuti compromittat & iuret, si non seruauerit, non incidere in penas, l. si quis maior, C. de transact. cum non omnino libere cōpromittat, qui uirtute statuti promittere cogitur, licet in statutum in genere consenserit.

Rho. regis potestas.

**R**atum esset.) Ex quo colligitur principis Romani potestatem esse immensam: est enim lex animata in terris, autem de consulib. in fi. & recitat Decius in consilijs. Et quicquid statuerit, aut sententiā dando decreuerit, ceteris parib; pro lege seruatur. Instit. de iur. nat. gen. & ciui. §. sed & quod principi. Ipse enim sicut est legibus solutus, ita solus legem condere potest. l. princeps, infra de legi. & hic in textu. Item & pro dispensatione habetur, quod cōprobabitur principē uoluisse. c. cum nostris. §. nos uero, de concess. præben. Sanctio enim principis nil habet imperfectū. l. si. C. qui mil. non poss. lib. xij. l. si. C. de his quib. ut indig. Porro principis uerbo, eiusq; narrationi super rebus per se, uel in sua præsentia gestis credit, etiam si solus testificetur, per. c. cum a nobis, de test. quod & in his quoq; quæ ante principatū se præsentate gesta sunt, locū habet. glos. sing. in. c. i. in uerb. statuit, de renunc. lib. vi. glos. in. c. ad apostolica. in uerb. promississent, de re iud. eo. lib. Vult tamē And. de lser. quod princeps in re propria testificari nō possit, in usib. feud. tit. quo tempore milēs. c. fi. quod Prapof. ibi latius examinatur. Item princeps nulla iuris solennitate adstringit. l. apud eum, in fi. infra de manumiss. Imo sola præsentia principis solennitates iuris supplet, actumq; qui defectu solenniū nullus est, instaurat & reponit. l. adoptio, infra de adop. l. ij. infra de reb. eor. glos. post text. in autem, ut nō fiant pign. fa. l. sancimus. §. exceptis, cū autem, ibi posita. C. de don. Bal. in uulg. l. omnium. C. de testa. Ad hoc princeps, iudiciorū ordinem obseruare non tenetur: sola enim ueritatis inuestigatio corā eo fit, qua cognita, definit, etiā si iudicialis ordo uel sit peruersus, uel prorsus obmissus: causæ tamē cognitio exigitur, ita Bal. l. si. C. de leg. idem. c. i. §. si. de noua for. fid. ad fi. & est tex. in. c. ad petitionem, in fi. de accusa. Quod aut Paul. de Cast. in l. si testamen. C. de test. principem sine causæ cognitione concedere posse scribit, nō est intelligendū in ijs, in quibus litis definitio expectatur: ut ex præmissis patet. Præterea crimē princeps non solū indulget, sed etiā abolet. And. de lser. in usib. feud. in tit. quæ sit prima causa. §. præterea. Remittit infamiam, & ad honores pristinos omnino restituit. l. i. §. an aut. uers. pro qua sententiā est, infra de postul. l. i. C. de senten. pass. remanet tamē cicatrix, arg. c. uentum. i. q. c. illud. §. o. distin. arg. in l. omnes iudices. C. de decur. lib. x. Largiendo magistratū, dignitatē donando, imo & tolerando in honoribus, incapacitatis maculam abstergit, remouet impedimentum. l. imperialis. §. nam omni macula. C. de nuptijs. l. Barbarius, infra de offi. præto. l. quidam consulebant, in fi. infra de re iud. Deniq; princeps pœnam etiā meritam sola uoluntate remittit, l. i. C. de defert. lib. xij. quod tamē cum temperamento recipitur. Item princeps uel seruos, uel liberos natalibus restituit: nō tamen facile, nisi cum consensu dñi. l. §. l. fi. infra de natal. restit. posset tamē & sine consensu, per d. leges, dum causa subesset, ut postea deducetur. Item de innocentiā damnati cognoscit sine appellatione. l. i. in fi. infra de quæst. Et ut semel finiam, a principe tanquā a capite, in omnes inferiores, honorū & potestatum munera diffunduntur. xix. distin. c. ita dominus. c. fundamenta. §. i. de elect. lib. vi. Contractus tamen si quos princeps Romanus, etiā cum priuatis personis perfecerit, eum obligant, ut fidē conuentionis seruare cogatur. Licet enim deus principi subiecerit leges, nō tamen subiecit cōtractuum uincula, quæ iuris gentium sunt, naturali q; ratione consistunt, & præcipue in principe bonā fidem requirunt, quæ est cōmunis iurisperitorū doctrina. Bald. l. princeps, infra de legi. Cyn. Bald. Doct. in l. digna uox, C. eo. tit. fa. c. i. de probat. Aluar. prepos. in. c. uno, in tit. de nat. feud. in usib. feud. pro quo sunt uaria Doctorū consilia: Vnde nimis improuide, ne quid durus dicam, nuper quidā ex Doctorib; aulicis contrariū responderat.



responderat. Nec porro tutū mihi uidet, quod Iacobinus de sancto Geor. in practi-  
ca feudoꝝ, in p. in. asseruit, principē Romanū auferre uasallo feudū posse. Cum em̄ <sup>Vim contractus</sup>  
uim contractus feuda habeant, stare contractui princeps tenebitur: ut iam diximus, <sup>feuda habere.</sup>  
Et licet Bal. allegetur in. d. ad hæc. de allod. in usi. feu. is tamen hoc non dicit. Deniqꝫ  
princeps absentem nō citatum sua sententia condemnare nō posset, cum defensio sit  
iuris naturalis, cui (ut diximus) subiectus est princeps. Bald. d. l. si. C. de legi. Egid. bel-  
lamere, cōsilio. xvi. nisi forte talis esset negocij natura, ut inuito eo, cuius res uertitur,  
princeps definiret, & de hoc constaret: quod uoluit doctissimus uir Sōzinus consil.  
clxiij. Et in uniuersum, princeps nihil admittet, quod rationi obuiet & equitati: ut est  
elegantissimus tex. in l. digna uox. C. de legi. licet em̄ absoluta potestate legibus nō li-  
getur, ut supra diximus, ea tamē potestate abuti nō debet: quanto em̄ est sua potestas  
immensior, tanto magis æquitate exigit & iustitiam, quā in primis colere, & colendā  
prescribere debet: hoc est quod Bald. consilio. xvi. secunda parte scribit, tam in prin-  
cipe summā iustitiam requiri, q̄ summa ipsi potestas resederit, quando à capite sit exi-  
genda ratio: Adde quod cum princeps, ea quæ facit ut deus facere censeatur, Bald. d.  
c. i. de no. for. fid. d. si. a. uia iustitiæ, quæ deus est, perperā nō declinabit. Et cum prin-  
cipis nedum iustus, sed uel nutus attendi soleat, uidendū est ei magna diligentia quid  
iubeat: ne sub eius prætextu (quod Cor. Tacitus lib. xij. præmonet) honesti conatus  
prohibeantur. Graue em̄ esse præiudicium, Publius Mimus, teste Erasmo, dicebat, <sup>Mimus Puz</sup>  
quod nō haberet iudiciū, quasi diceret, principis iussum esse grauem, si ita præiudicet, <sup>blianus.</sup>  
ut iudicare super eo nemo possit. Insignis extat diui Traiani sententia: qui dum præ-  
fectū pratorio ense cingeret: Hunc, inquit, ense, si iuste imperauiero, pro me: sin autē  
male, contra me utaris: testis Dion in uita eius. Deniqꝫ optimus rex Agesilaus, nō ali-  
ter promissa præstare uoluit, q̄ si iusta essent: quod & Imperator Anastasius salubri-  
ter sanciuit, in l. si. C. si quid contra ius, quem textum utinā Doctores pro suo quisqꝫ  
uel cōmodo, uel ingenio nō ita distorquerent. Sicut em̄ per principem, cum bene fa-  
cit, plurimorū uitæ & salutis consulitur: ita & error principis, pro Nazianzeni senten-  
tia, ad multorū perniciem pertinet, quā totam rem Claudianus ad Honoriiū, elegan-  
tissimo, imo aureo carmine complexus est: Sic em̄ inter alia imperatorem hortatur:

Tulicet extremos late dominere per Indos,  
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent,  
Si metuis, si praua cupis, si duceris ira,  
Seruitiū patiere iugum, tolerabis iniquas,  
Interius leges: tunc omnia iure tenebis,  
Quum poteris rex esse tui.

Et paulo post.

Nectibi, quid liceat, sed quid fecisse decebat,  
Occurrat, mentemqꝫ domet respectus honesti.  
Tu ciuem, patremqꝫ geras: tu consule cunctis,  
Nectibi: nectua te moueant, sed publica uota.  
In commune iubes si quid, censes ue tenendum,  
Primus iussa subī: tunc obseruantior æqui  
Fit populus, nec ferre uetat, quum uiderit ipsum  
Authorem parere sibi: componitur orbis  
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus  
Humanos edicta ualent, q̄ uita regentis.

Et quæ sequuntur. Quæ se bene haberet, si celeberrima huiusmodi carmina diuino  
scripta ingenio, principibus Romanis, tam operose ingererentur, q̄ solet frequenter  
eius potestas (laxatis aliquando modestiæ habenis) per blandimenta fortasse, uel sur-  
pra immensum efferri & extolli. Supremā em̄ esse quis nesciat, sed intra fines iustitiæ  
conclusam:

Claudiani poe-  
tæ aureum epi-  
gramma.



conclusam? Per prædicta facile euincitur, quod princeps nec rem alterius propriam auferre, nec testamentū rite factum rescindere, aut causas transactione finitas rescindere: quin etiam nec spurius post mortē patris, in necem, in damnū hæredum, quibus iam ius quæsitum esset, legitimare, participes uel aut capaces hereditatis facere possit: nisi ea in re uel publicæ utilitatis cōmodum, uel alia iusta causa euidenter obuersaret: quā nec præsumendam in dubio puto, quod fortasse suo loco latius tractabitur.

Ita <sup>a</sup> in ciuitate nostra, aut iure, id est <sup>b</sup> lege constituitur: aut est <sup>c</sup> proprium ius ciuile, quod sine scripto, in sola <sup>d</sup> prudentum interpretatione consistit: aut sunt legis actiones, quæ formā agendi continent: aut plebiscitum, quod sine authoritate <sup>e</sup> patrum constitutū est: aut est <sup>f</sup> magistratum edictum, unde ius Honorarium nascitur: aut Senatusconsultum, quod solum senatu constituyente inducitur & sine lege: aut est principalis constitutio, id est, quod ipse princeps constituit, pro lege seruetur.

Rhoma. <sup>a</sup> ¶ In ciuitate nostra, Imperij Romani fines intelligo, Cicero lib. iij. epistolarum, in publico orbis terrarum consilio fieri, quæ Romæ in senatu fierent. & in oratione pro P. Sylla, urbem Romanam, statum orbis terræ, arcem regum & nationū, exterarum lumen gentium, domicilium imperij nominabat.

<sup>b</sup> ¶ Lege, scilicet, xij. tabularum: ut Accurs. hic bene exponit.

<sup>c</sup> ¶ Proprium ius ciuile, de hoc supra diximus, ἀνόνομος, id est sine nomine, sub determinatione relictum.

<sup>d</sup> ¶ Prudentum interpretatione, Non intelligas responsa prudentum, de quibus Instit. de iur. nat. gen. & ciui. §. responsa. Hæc em̄ a iurisconsultis dabantur, quibus postestas a Cæsare erat de iure respondendi: quæ in scriptis redgebant, ut postea dicit, Illa aut̄ interpretatio prudentum, mox post decemuiros, multa ætate ante Cæsares sine scripto emerfit: error ergo est, sub alteris alteros intelligere.

<sup>e</sup> ¶ Patrum, Senatorum, quorū authoritas effectiue non interuenerat: nec em̄ plebiscitis præsentibus erant, sed permississe censentur plebiscita, eo quod lege Hortensia factū fuit, ut huiusmodi scita omnes ligarent: nisi quando Tribunicij conatus per patricios bono publico impedirentur. Arg. quod non dicitur authoritate mea fieri, cui non interfui, licet statuto generali potestatem faciendi concesserim.

Lex Hortensia.

<sup>f</sup> ¶ Magistratum, Per antonomasiam prætores intelligit. Sic alibi per excellentiam dicitur iurisdictio, ubi prætoris tribunalia intelliguntur, l. stipulationum. ij. §. prætoris, infra de uerb. oblig.

<sup>g</sup> ¶ Sine lege, sine rogatione, quæ ad populum fit pro lege ferenda: ut Accurs. bene sensit. Nam & senatusconsultum lex erat, sed quia in eo non interrogabatur populus, unde hic sine lege factum dicitur, Instit. de iur. nat. gen. & ciui. §. Lex. Et est tota hæc series epilogus eorum quæ ante tradita sunt.

Post originē iuris, & processum cognitum, consequens est, ut de magistratum nominibus & origine, cognoscamus: quia, ut exposuimus, per eos qui iuri dicendo præsunt, effectus rei accipitur: parum em̄ est, ius in ciuitate esse, nisi sint qui iura reddere possint. Post hæc deinde de authorum successione dicemus, quod constare non possit ius, nisi sit aliquis <sup>b</sup> iuris peritus, per quem possit quotidie <sup>c</sup> in melius produci.

<sup>a</sup> ¶ Effectus, Nota rem politicam non alio uigere effectū, quæ præsentibus, qui iura sequantur: hoc est quod dicitur, legis uirtutem esse, imperare, uetare, &c. l. legis, infra tit. f.



• *infra tit. i.* Et quod text. dicit parū esse, si sint iura in ciuitate, nisi existant, qui reddant, concordat Philosophus. vi. Polit. qui dicit nihil prodesse de rebus iustis iudicia dare aut sententias, nisi essent qui eas executioni mandarent. Arg. quod ad reipublicæ regentes maxime pertinet, iura & priuilegia adferere. Quod em̄ cum priuilegijs & iuribus, in quibus Reipub. medulla residet, si magistratusea subtrere patiatur?

• *b* ¶ *(Jurisperitus.)* Quæ peritia ex multarū rerum inuestigatione producitur, si quidem iurisperitus non solum uniuersum ius ciuile (hoc enim necesse in primis est) uerum etiam philosophiam, præsertim moralem, artes dialecticas, Oratoriã, & uel maxime latinæ linguæ proprietatē, perspecta habere debet & cognita: quod cum in plurimis, & pristina & nostra ætate uiris, alioqui non indoctis desideretur: uiderint ipsi, si forte parum ex iusto, iurisperiti sint appellati.

*Iuris peritia quibus constat disciplinis.*

• *c* ¶ *(In melius.)* Arg. est contra uerbosos quorundam cōmentarios, in quibus plurima inuenias, per quæ tantū abest ut iura in melius producantur, ut etiã periculum sit, ne purissima iuris ciuilis sanctitas plerisque in locis perniciosè proteratur. Siquidem dum suos quisq; doctores defendere pergit, elegantes iuris textus uel relinquuntur, uel non probe intelliguntur. Sæpe em̄ fit, ut non tam satagatur, quæ uis textibus insi deat, q̄ quid crebrior senserit opinio. In melius ergo iura producit, qui plurima rerū cognitione diues, ex textuum ueritate, scita legalia ad actus humanos accommodat, securus eorū quæ nulla utilitate per commentariorum syluas disceptantur.

*Sanior textuum intelligentia uis de petenda.*

Quod ad magistratus attinet: In initio ciuitatis huius cōstat reges <sup>a</sup> omnem potestatē habuisse, iisdem temporibus & <sup>b</sup> tribunū Celerū fuisse cōstat: is aut̄ erat, q̄ equitibus præerat, & ueluti secundū locū <sup>c</sup> a regibus obtinebat: quo in numero fuit <sup>d</sup> Iunius Brutus, q̄ author fuit reges efficiendi.

*T. N. regis.*

• *a* ¶ *(Omnem potestatem.)* quod uerū est autoritate. Nam & reipublicæ cura apud patres erã, ut testat̄ Lilius, Dionysius, Eutropius, & alij: quod & supra attigimus.

• *b* ¶ *(Tribunū Celerum.)* Trecentos equites Romulū ad custodiam corporis elegisse satis constat ex supradictis, alijsq; authoribus, qui a celeritate, quia prompti erant, & probelli necessitate (ut dicit Halicar.) iam equites, nūc pedites pugnarēt, celeres dicti sunt. Valerius tñ Antias a Celere primo eorū duce, qui Remum occidisse dicitur, ita appellatos esse autumat. Numa Pompilius secundus rex, Celerū custodiã deposuit.

*Celeres.*

• *c* ¶ *(A regibus.)* id est, post reges: est enim signata loquendi figura, ut ea præpositio pro post usurpetur. Plinius lib. xxviii. Equarum uirus a coitu in lychnis accensum: id est, post coitum.

• *d* ¶ *(Iunius Brutus.)* ex Tarquinij Superbi cognatione fuisse, Lilius lib. i. & Halicar. lib. iiii. tradunt. qui Tarquinus, cum patrem Brutū Iunium, fratremq; interfecisset, Brutum (quod stultitiã simularet) uita donauit, ei q; ut fatuo (quod ipse idem Brutus apud Halicar. de se enarrat) magistratum dedit, ut præfectus Celerum esset, fortene nullo diceretur honore a cognato rege affectus. Hic Brutus cum & ingenio excelleret & prudentia: author erat regis tyrannidis efficiendæ: & cum supra a principio. q. exactis deinde, tribunicia lege, regias leges exoleuisse scribatur, hunc Brutum tribunum celerum ibidem intelleximus.

Exactis deinde regibus, consules constituti sunt duo: penes quos summum ius f uti esset, lege & rogatum est. Dicti sunt autem ab eo, quod plurimum reipublicæ consulere.

• *e* ¶ *(Consules.)* Mutatam aut̄ Florus regiam dominationē in consularem potestatē, eamq; pro perpetua annuam, pro singulari duplicē constitui placuisse, ne potestas similitudine uel mora corrumpere: Consulesq; pro regibus appellatos, ut consulere se ciuibus

*Consules uno de dicti.*



se ciuibus debere meminissent. Hic magistratus a Iunio Bruto & Valerio Publicola in Panam & Hirciu, per annos. cccclxvij. (ut Sextus Ruffus docet) productus est: post quos licet non cessauerit prorsus, sub Imperator: tamen manum subiectus, uix umbram pristinae authoritatis retinuit. Consulum q; tu insigne, infulae fuerant, ut ex Hieronymo in epistola ad Praesidium colligitur. Aemilius Probus scribit, sicuti Romae consules, ita Carthagine quotannis binos reges creari solitos.

*Rogatio.* ¶ (Vti,) ut. Nam lege rogabatur, ut summum ius apud consules resideret. ¶ (Rogatum,) Rogatio, ut ait Pompeius, est cum populus consulitur de rebus discernendis. Siquidem in lege ferenda populū a magistratu rogari, id est, interrogari, necesse erat, an id placeret, quod statuissent. Leges enim quae magistratui utiles uiderentur, trinis nundinis populo proponebantur: quod promulgari dicitur. Tertio foro rogabat populus, ut scisceret: unde trinundino ferri leges dicebant, id est, tribus nundinis. Et minus erat promulgare, q̄ rogare. Illic enim intercedere licuit, hic non licuit, quod Cicero in prima Philippica pulchre significat. Parum igitur latinae rogationes proliantibus usurpatis uideas, quae latinus supplicationes appellarent. Sed nec uis uerbis promulgare, uulgo satis est cognita. Ioue tonante nulla lex ferebatur, nec comitia haberi phas erat: testis Appianus.

*T.N. (iniussu)* Qui tamen, <sup>b</sup> ne per omnia regiam potestatem sibi uendicarent, lege lata factum est, ut ab eis prouocatio esset, ne ue possent <sup>k</sup> in caput ciuis Romani animaduertere (nisi iussu) populi: solum relictum est eis, ut coecere possent, & in uincula publica duci iuberent.

*Leges Valerij Publicolae.* <sup>b</sup> ¶ (Ne per omnia) Ligijs lib. ij. in principio ait, Primos consules omnia iura, omnia insignia ex regia potestate retinuisse: nisi quod annuum ex perpetuo imperium haberent, & fasces ipsis non utriq; simul, sed alteri per uices praeferebantur.

*Leg. lata.* ¶ Hanc legem a Valerio Publicola altero ex primis consulibus, collega suo Bruto mortuo, latam esse, Ligijs lib. ij. Halicar. lib. ij. testantur: qui Valerius cum in suspicionem regni, q̄ altam domū in Velia haberet, peruenisset, a molitus suspitionem domū diruit, & non solū hanc legem de prouocatione, sed & ceteras talis: ut scilicet licet is qui occupandi regni consiliū iniisset, aut aliter q̄ a populo magistratū acciperet, sacer, id est, execratus & capitalis esset: Ne ue interficere, aut uerbis caedere, seu militare magistratui quēpiam ciuem liceret, q̄ ad populi suffragia cōfugisset, nisi ex sententia populi: quibus legibus regia potestas (ut tex. noster docet) imminuta fuit.

<sup>k</sup> ¶ (In caput.) Consulibus a principio plenam fuisse animaduertendi potestatem, quae regibus, ex historijs liquet: nam & secures ante eos praeferebantur. Sed & uulgo cognitum est, alterum ex consulibus Brutum, filios proprios, alios q; nobiles adolescentes securi concidi fecisse, quod de regibus Tarquinijs reducendis conspirassent. Valerius cum prouocationem ad populum indulsisset, secures consulibus ademit: ut auctor est Dionysius lib. x. ad finem, quas tamen postea Largius dictator restituisse dicitur: hoc prouiso, ut in caput Romani ciuis, iniussu populi non adhiberentur: uerum si senatus consulibus mandasset, ut prouiderent ne quid detrimenti Respub. pateretur, omnem eis animaduersionem capitalem etiam licuisse, Plutarchus in uita Ciceronis significat. Sic enim Cicero ipse cum consul esset, ea potestate fretus, Lentulum, Cethegum, & alios Catilinae socios necare in carcere iussit: quam uero animaduersionem factione Clodiana ei nō impune cesserit. Praeterea & C. Graccus, M. Fuluius, L. Saturninus per consules, iniussu populi celsi sunt. Sed sua eos ratio excusauit: quod ex oratione Ciceronis contra Catilinam discas. Ceterum consuli plenior potestatem fuisse Ligijs lib. ij. scribit, si ad mille passus extra urbem profectus fuisset, quod Dionysius lib. x. ad finem latius profectur.

Post deinde



- Post<sup>l</sup> deinde, cum <sup>m</sup> census iam maiori tempore <sup>n</sup> agendus esset, & consules non sufficerent, huic quoq; officio censores constituti sunt.

<sup>l</sup> Deinde, ) superfluit, sed textum ornat.

- <sup>m</sup> Census, ) Aestimatio rerum & bonorū census dicitur : ut infra de censib. per di-  
seursum. Et quoties census ageretur, numerus civium recognoscebat. Servius Tul-  
lius sextus post Romulū rex Romanorū ( ut testes sunt Livius, Dionysius, & ceteri )  
Romanos omnes describere & aestimare rem suā iuratos iussit, primus q; cēsum egit,  
& inuenti sunt ( ut Halicar. lib. iij. scribit ) octoginta quatuor milia, septingenti q; Ro-  
mani ciues. Secundus census sub Valerio Puppicola, & T. Lucretio : & ita deinceps  
ad plures annos, per consules census acti sunt. Postea cum ob multa & uaria bella ( ut  
Fenestella ait ) ob q; civiles seditiones, populus incensus remansisset, id est capita & pa-  
trimonia civium nō essent professa uel descripta, agendus q; ( ut hic Iuriscons. dicit )  
census esset, nec tamē definiri per consules bellis implicitos posset, circiter annū tres-  
centesimū decimū, post urbem conditā, censores constituti sunt : ideo ita nominati,  
quod arbitratores erant rerū & bonorū, prout quisq; civis profiteretur. Primi q; cen-  
sores Papirius & Sempronius deputati leguntur : adiecta lege, ut quinto quoq; an-  
no noui recrearentur : in annum tamē tempus hic magistratus postea mutatus, a Fe-  
nestella scribitur. Censores ingresso magistratu, primū omnium sacris anseribus ali-  
menta locabant ( ut Plutarchus in problematis ) quod bello Gallico, uigilib<sup>9</sup> capitolij  
anserū clangore excitatis, arx ea seruata esset. Defuncto uitā censore, superstes se ab-  
dicare magistratu cogebatur : utpote quod alium substitui nō liceret. Is magistratus  
& ultimus est, & perfectus, teste Plutarcho in uita Titī Flaminiū. Sub eius potestate  
morū & disciplinē censura, decoris & dedecoris discrimen positū est, ut a senatu mo-  
uere indignos : Equites ignominia uel ob leuissimas causas notare, eis ius esset : quā  
propter Cicero in oratione pro Cluentio, censores dicit esse praefectos morib<sup>9</sup>, magi-  
stros ueteris discipline, & seueritatis. Asconius magistratū pudoris censurā nominat,  
de qua rō apud Gellium, Fenestellā, & alios auctores cōpluria pulchra tradunt. Negat  
tamen Cicero in dicta oratione, censoria decreta uel rei iudicata uim habere, uel  
infamiā interrogare, reprehensionis notam putat : quā tamē ultra ignominiam nō pro-  
cedat. Pœni praefectū morum nominabant, qui pudoris disciplinā moderaretur : au-  
thor Aemilius Probus. Credimus censorū uestigia, quo ad morum castigationem,  
uel a remotis relucere in his, quos uulgus Heroldos nominat, si tamen uere utantur  
suo munere : qui & Fœcialiū officio fungunt, dum bella solennibus uerbis indicunt.  
Vocabulo census, parum latine multitudo utitur pro redditibus annuis : cum patri-  
monia nomine census ueniant, ut infra de censib. per totum. Inde census equestris.
- <sup>n</sup> Additio. ( Agendus legi debet non augendus, nam sic Archetypus habet. Et est  
peculiare uerbum historijs, censum agere, id est, recensere uel capita uel patrimonia  
profiteri. Titus Livius libro. iij. scribit, Papirium & Sempronium censui agendo a  
populo praefectos. )

Censores.  
Primi censesores.

• <sup>l</sup> Additio. ( Censeri Budeus in l. i. ante si. de iust. & iur. pro aestimari, in precio  
esse, laudari, eleganter interpretatur. Sic q; intelligendum putat Iurisconsul. cum di-  
cit feras bestias, istius iuris peritia censeri, id est, admirationi nobis sunt. Nam &  
Cicero pro Archia poëta ( ut eum Budeus uir doctissimus allegat ) dicendi facultatem  
ex poëtarum lectioe censeri dicebat. )

• Populo deinde aucto, cum <sup>a</sup> crebra orirentur bella, & quædam <sup>b</sup> acro-  
ra a finitimis inferrentur, interdum re exigente, placuit maioris potesta-  
tis magistratū constitui. Itaq; dictatores proditi sunt, a quibus <sup>d</sup> nec pro-  
uocandi ius fuit, & quibus etiā capitis animaduersio data est. Hūc magi-  
stratum,



stratum, quoniam summam potestatem habebat, nō erat fas ultra sextū mensem retineri. Et his dictatoribus magistri equitum iungebantur sic, quomodo regibus & tribuni celerum: quod officium ferē tale erat, quale hodie præfectoꝝ prætorio: Magistratus tamen habebantur <sup>b</sup> (legitimi)

(legitimi) nō habetur in archetypo.

Regnū sine bellis nō facile auferri.

<sup>a</sup> ¶ (Crebra.) Nota non facile fieri, ut sine bellis regna crescant: siue q̄a fines noui cū damno uicinorū propagari consueuerunt (Sicuti em̄ sua retinere ad priuatos p̄tinet, ita de alienis certare, regia laus dicitur apud Cor. Tacitum lib. xv. in prin.) siue quia a lio qui inuisa est, quæ in molem surgit, regni nouitas: quod & Dido Vergiliana prouiderat, dū ad Illioneū dixit: Et regni nouitas metalia cogūt Moliri, & late fines custode teneri. Addimus usuuenire, ut nouitatis gloriā sequat inuidia comes, ut dicit Probus.

<sup>b</sup> ¶ (Acriora.) Semper enim quæ a uicinis bella emergunt, plus habent periculi, arg. l. cū oportet. §. si aut. in fi. C. de bo. quæ lib. fa. l. si cui. in fi. infra de leg. ij. Quapropter dicebat Hesiodus damnū esse, malos uicinos. & apud Verg. Vicini pecoris contagia lædūt. Deniq; uel mali uel boni uicini rationem haberi nō tacuit glos. c. super specula, de priuul. Card. de. i. in uer. terra. de pœ. qui allegat c. clerici, de exceſ. prælat. c. sed & continuo, de pœni. dist. i. Sed & Iurisconsultus contra uicinos agris nostris adhibendā iussit esse custodiam. l. si ita. §. si. infra de fund. instru. <sup>d</sup>

<sup>a</sup> ¶ (Addi. Fa. l. si ita. §. i. infra de usu & habit.

Primi dictatores.

<sup>c</sup> ¶ (Dictatores.) Hic magistratus non aliter creari consueuit, ut Fenestella docet, q̄ cum uis aliqua maior de improuiso oborta ingentem urbi cladem minaret. Titus Li. lib. ij. cum quadraginta Latinorū populi contra Romanos coniurassent, T. Largium dictatorem primum, & Cassium magistrum equitum, creatos scribit: incertū quo anno, quibus consulibus: quod & Fenestella subsequitur. A dictando autem dictatorem appellari, M. Varro testis est, quod potestate sua finita, futuros solus ipse dictaret magistratus. Mos uetustus habuit dictatorem nocte sub silenti dici, id est, eligi: ut author est Liuius. Dictatorem porro aliquando clauis figendi causa electū fuisse annales tradunt: qui alienatis discordiamētibus, si clauum postibus fixisset, mederi ei morbo credebatur: de quo Liuius lib. viij. pulchra scribit post principium.

<sup>d</sup> ¶ (Nec prouocandi.) Terribilis is magistratus fuit, & proximus regie dominationi: quapropter Cicero dictatorium gladium, eundem magistratum nominabat, cui parere, quicquid iuberet, necesse erat.

<sup>e</sup> ¶ (Non erat fas.) Dicebat apud Titum Li. Mamercus, maximam libertatis custodiā esse, si magna imperia diuturna non essent, ut quibus pro magistratus magnitudine modus lege imponi non posset, tempore imponeretur. Apud Thebanos morte multabatur, si quis imperium diutius tenuisset, q̄ lege præfinitum erat, author Aemilius Probus. Plato lib. ij. de legibus, negabat magnos, meros q̄ principatus oportere constitui: nā quæ supra modum elata essent, læscuire dicebat. Sic & Philosophus v. Polit. consulit maximos magistratus aut non dari, aut si dentur, paruo durare tempore. Tiborius tamen imperator officia data continuabat, & plerosq; ad finem uitæ in eorum præfecturis relinquebat, ut scribit Cor. Tacitus lib. i. in fi.

<sup>f</sup> ¶ (Ultra sextum.) Hoc uulgo scribunt authores, semestrem hunc fuisse magistratū: nec Camillo dictaturam in annum prorogatam fuisse, Liuius lib. vi. doceat: & ad hūc textum facit l. i. in prin. infra de offi. præſect. prætor. Accursius hic imperitius labitur, q̄ ut aliquo colore possit excusari: qui pro cōcordia allegat l. antepe. infra de offi. proſcon. ubi dicitur, proconsules non amplius q̄ sex fascibus uti: quales fascium appellatione mensēs intelligerentur: quod & in ea. l. pari errore posuit. Fasces enim magistratum fuere insignia, cum eis secures uirgis alligatæ præferrentur: cuius rei uestigium in eo ense, qui principi prægeritur, forte reluxerit.

Fasces.

¶ (Additio.) Minutius prætor, cum a triumuiris proscriptus esset, in tabernam fugerat, clientes suos cum fascibus abigens: qui tamen cum misericordia moti, perstitissent, fasc



- sent, fasciū insignijs proditus interfectus est, author Appianus lib. iij. bellorū ciuiliū  
g. **(Tribuni celerum.)** de quib<sup>9</sup> supra diximus. Sed & Fenestella scribit, Magistris  
equitū in milites & Accensos ita summū ius fuisse, sicut dictatori in populū. Hunc ma  
gistratū Seruilius Hala insignem fecit eade Sp. Melij regiā dominationē affectantis.
- **(Legitimi.)** Intelligas præfectos prætorio instar haberi magistrorum equitum:  
nisi quod magistrorum equitum potestas legitima erat, id est, legibus populi Roma  
ni introducta: Præfectos autem prætorio Imperator suo arbitrio introducit, fa. d. l. i.  
infra de offi. præfect. prætor.

<sup>a</sup> **(Iisdem temporibus)** cum plebs a patribus secessisset, anno fere septi  
modecimo post reges exactos, <sup>c</sup> tribunos sibi in monte sacro creauit, qui  
essent plebei magistratus: <sup>d</sup> dicti tribuni, quod olim in tres partes popu  
lus diuisus erat, & ex singulis singuli creabantur: uel quia tribuum <sup>e</sup> suf  
fragio creabantur.

<sup>a</sup> **(Iisdem temporibus.)** intellige quibus Roma sub consulibus erat: ut non ad pro  
xima, sed ad superiora relatio fiat. •

<sup>b</sup> **(Cum plebs secessisset.)** secessiones plebis duas fuisse ex historijs discitur, Prior il  
la decimo septimo anno post exactos reges, ut tex. uoluit: uel (ut Eutropius docet) de  
cimo octauo facta est, urgente plebem creditorū crudelitate, qui corpora debitorum  
libera ob æs alienum pro seruis necebant: quod plebs sæpe & sæpe conquesta, sed a  
nobilib<sup>9</sup> uana spe delusa, cū amplius pati nequiret, in sacrum montē trans Anienem  
(Sicinio authore) secessit: quapropter ut ad reditum ciues permouerent, suus plebi  
magistratus cōcessus est, ut tribunos haberent: lege q<sup>3</sup> sancitum, ut ea potestas sacro  
sancta esset. De hac secessione tex. noster loquitur: de posteriori secessione mox dice  
mus. Accursius hic cōsuetatur, quod textus decimum septimū annum, superius uice  
simum nominauit. Sed nihil refert: in istis em̄ rebus gestis non sunt ad punctum (ut  
etiā supra diximus) anni redigendi: & utrobicq; textus sub incerto loquit<sup>r</sup>: adde quod  
excessus modicus nō attenditur, glos. c. reuera. de consecra. dist. ij. ad prin. Quod aut  
Accursius plebem expulsam esse putat, error est: cum non solū ex historijs omnibus,  
sed etiam ex textu nostro plebem ultro secessisse cognitum sit.

Plebem bis  
secessisse.

<sup>c</sup> **(Tribunos.)** De tribunis celerū a principio urbis Romæ per reges electis, supra  
diximus. Cæterum hic de tribunis plebis loquitur, qui in tutelam plebis creati sunt:  
neq; em̄ aliter ciues a sacro monte discedere, aut domum reuertī uoluerē, nisi hoc ma  
gistratu eis concessio, ut haberent quos nobilitati obijcerent.

<sup>d</sup> **(Dicti tribuni.)** Bene a tribubus Romanis tribunos appellari dicit: In tres enim  
partes populū Romanum diuisum fuisse, supra ostensum est. Fenestella duos a prin  
cipio tribunos creatos fuisse, & deinde tres additos, & tandem quinq; ut decē Romæ  
tribuni essent plebei, quorū potestas quæ fuerit, Aul. Gellius lib. xij. Fenestella & alij  
ampliter docuere. Negat tamē Plurarchus tribunos magistratū gerere, ut qui ne li  
ctores habeant, nec sella curuli sedentes ius dicant, nec purpura induant, ut alij magi  
stratus: comparatos em̄ a plebe, ut magistratib<sup>9</sup> obsisterent: quapropter fores tribu  
nicias, & interdū & noctu patuisse, ut eorū deundi copia semper exhiberetur. Itaq;  
eorum potestas intercedendo plus ualuit, q̄ imperando, ut Labeo docuit. Nec enim  
quod senatus deci uerat, aliter ratum fuerat, nisi tribuni, qui in uestibulo curiæ Ho  
stiliæ expectabant, id adprobauissent. Summi fastigij uocabulū erat, cum sub impera  
toribus princeps Romanus tribuniciam potestatem resumeret: id quod diuus Augu  
stus reperit, ne regis aut dictatoris nomē usurparetur: testis Cornelius Tacitus lib. iij.

<sup>e</sup> **(Suffragio.)** Suffragia Romæ in reb<sup>9</sup> gerendis dabantur, aut curiatis, aut centu  
riatis comitijs. Curiata comitia per tribus & curias sine delectu per populū ferebant.

Suffragia.

Centuriata



Centuriata aut per eos qui censu & autoritate praeualebant. Erant ergo curiata comitia, populariū: centuriata, optimatū. Et signate Iurisconsultus suffragia dixit, cum eū uel populi, uel optimatū interuentu eligendus erat magistrat<sup>9</sup>, suffragia in tabellis scripta singuli dabant, quib<sup>9</sup> uoluntatem suā declararent: & erat moribus recepti, ut qui eligi cuperent, candidati, id est, candidis & perspicuis uestib<sup>9</sup> induti eir cui erent tribus & curias, manus singulorū prehensarent, uulnera corporis ex uestib<sup>9</sup> tralucen-  
*Candidati.* tia ostenderent; cunctis eū ciuium, si bonis artib<sup>9</sup> fiderent (ut Cor. Tacitus lib. xi. scribit) licitū erat petere magistratus, quod uirtutis id premiū esset, dum nihil corruptele misceretur. Caeterū si compentores seu candidati, suffragia muneribus corrupissent, uel per se ipsi, uel per diuifores, qui pecuniā distribuerent, ij lege ambitus rei tenebantur. Scipio Nasica cum aedilitatē adulescens peteret, & candidatorū exemplo cuiusdā Romani hominis agricolae manū rustico opere duratā prehensasset, per iocum eum interrogauit, an manibus ambularet (callosae eū & durae erant) quae res repulsam ei dedit, ut scribit Valerius lib. vij. Crassus cum consulatū peteret, & forte cum Sexuola focero per uias urbis incederet, nec blandiri populo, palpare obuios, & artes petitorias praesente grauissimo & seuerissimo uiro auderet exercere, Quaesio, inquit, Muti paulisper abscedas, impedis honorē meum, te spectante ineptus esse nō possum: auctor Mamerlinus ad Iulianum; adeo uel ipsis candidatis ea ambitio parū honesta putabatur. Mortē uero & modum suffragiorū ferendorū, Beatus Rhenanus uir Graece Latine q<sup>3</sup> impense doctus, quin & rarae eruditionis gloria pollens, epistola quadā ad me scripta, diffuse & eleganter declarauit. Postea uero q<sup>3</sup> magistratū, officiorum uel electio in principē tralata est, lex ambitus in urbe Roma cessauit, l. i. infra ad l. Iulianū de ambitu. Deniq<sup>3</sup> quo tempore res in manū principis uenerat, cōtiguit ut iudices erogata principi & alijs pecuniā eligerent: quem abusum diuus Iustinianus in auten, ut iudi. sine quo quo suffra, tam utili q<sup>3</sup> eleganti sanctione sustulit. In alijs uero honorib<sup>9</sup> & dignitatibus consequendis, apud principes suffragia, id est, suffragationes semper suo loco ualuere. Nam si qui a principe, uel officiū aliquod, uel rem aliam petituri essent, ij primores & amicos Romani principis (ut etiā hodie usuenit) ad intercedendum munerib<sup>9</sup> promissis sollicitabant; quae & soluere tenebant, si uoti essent compositi facti. l. i. C. de suffragio, enumerant tamē in l. i. C. ad l. Iul. de ambitu, officia, quae si semel cōcessa muneribus promissis repetere, poena imminebat: debito, quod promissum erat, nihilominus exoluendo. Hic uidere licet q<sup>3</sup> inexcusabili errore labant Accursius, & omnes certatim Doctores qui d. l. i. C. de suffrag. tam inepte q<sup>3</sup> imper-  
*Beatus Rhenanus.* tinenter, & cum textus grauissima uisolatione, ad aduocatorū mercedulas distorsunt: cum quib<sup>9</sup> eadem lex nihil magis cōmune habet, q<sup>3</sup> cornix cum pauone. Verus eū intellectus, ex praedictis tam nouiter q<sup>3</sup> uere, omnibus studiosis ueritatē amanti-  
*Fumos uendere.* bus, relucere poterit. Qua unare euinci potest, quanto exponat periculo, quisquis iura ciuilia nudus rei latināe profiteri pergat. Hoc nō obmittimus, honores in muniticipijs, id est dignitates cum administratione quadam, etiā hodie contra notam obtineri posse, promissa uel pecuniā, uel alia re, dum tamē nō sit iuris dicendi munus admixtū. l. i. §. i. infra de pollicitat. iunctis quae docet Bart. in l. i. infra ad l. Iul. de ambit. Et per hoc temperabis ea quae dixi in rub. infra de uerb. oblig. circa pollicitationem. Olim aulici qui principū uel fauorem, uel beniuolentiam, uel etiā officia, simulatis cōmendationis uerbis, accepta pecuniā pollicerentur, nec praestabant, fumos uendere dicebantur. Quod magnus ille Erasmus in suis Adagijs, & fusc & elegantissime, ex Lampridio, & caeteris profecutus est: ubi inter alia, insignis poena Turini nequissimi uiri denarratur, quem Alexander imperator, quia fumum uendiderat, fumo enecuit.

Item q<sup>3</sup> ut essent, qui aedibus praessent, in quibus omnia scita sua plebs deferebat, duos ex plebe constituerunt: qui etiā Aediles appellati sunt.

Aedibus praes



a **(Aedibus praesent.)** scilicet sacris: licet & priuatorum ad eos pertineret, ut infra dicitur. Videlicet Vallam, aedem non in singulari tantum, sed in plurali etiam numero de templis usurpari.

b **(In quibus.)** sacris aedibus: aedem Cereris intelligit.

c **(Omnia scita.)** Scribit lib. iij. Liuius, institutum inter alia esse a L. Valerio, & M. Horatio consulibus, ut senatusconsulta in aede Cereris ad aediles plebis deferrentur, quae ante arbitrio consulum supprimebantur. Pomponius hic omnia scita, id est, ea quae plebi pro legibus haberentur, reposita esse docet.

d **(Aediles.)** Satis ex historijs patet, aediles a principio ex plebe creatos fuisse: dubitat tamen Fenestella an ante tribunos is magistratus, an uero postea incoeperit: antiquissimum fuisse satis compertum est. Aristoteles sexto Politicor., ubi de magistratibus scribit, Aedilitatem in secunda specie magistratuum necessariorum ponit, sine quibus ciuitas esse non possit: Romae tamen inter minores erat, & adulescentibus per hunc ad amplioris honoris gradum erat accessus: ut testatur Cicero. ij. de legibus. Proinde in ius uocari Aediles poterant. l. lectos, cum l. seq. infra de peric. & commod. rei uend. Nec continebantur eorum magistratum numero, de quibus loquitur l. ij. infra de in ius uoc. Scribit tamen Liuius lib. iij. quo tempore foeda pestis urbem inuaserat, summam rerum, maiestatemque consularis imperij ad aediles recidisse. Duo erant Aedilium ordines, ut docet Plutarchus in uita Marij: alter iuri dicendo praerant, & a sella, cui insidebat Curulis nominatus: alter plebeius. Dionysius lib. vi. scribit, prima plebis secessionem, Tribunos cum creati essent, a senatu impetrasse, ut binos uiros quotannis crearent, tribuniciae potestati subministrantes ea, quorum indigerent: iudicaret causas, quas ipsis permitterent. Eorum officium erat, ut ex Aristotele loco praedicto, ex Fenestella & Asconio colligitur, sacrorum publicorumque locorum & effluentiae forensis curam habere, ludos curare publicos, prouidere ut cloacae publicae, aquaeductus, caeteraque aedificia, laeta, munda, & integra asseruarent. Porro ad aediles pertinebat, mensuras corrigere: ut colligitur ex Persio in prima Satyra in fine cum dicit: Sese aliquem credens, Italo quod honore superius Fregerit heminas Areti aedilis iniquas. Iuuen. aedilem de mensura ius dicere, uasa minuta frangere, scribit: ut sic intelligatur l. item queritur. §. si quis in mensuras, infra locati. quam Accursius parum assecutus est. De aedilium officio fufius differit, l. i. infra de aedil. & facit. d. l. lectos, infra de peric. & commod. rei uendi.

Aedilium officium.

Deinde cum aerarium populi (auctum) esse coepisset, ut essent qui illi (T. N. auctius) praesent, constituti sunt quaestores, qui pecuniae praesent: dicti sunt ab eo, quod inquirendae & conseruandae pecuniae causa creati erant.

e **(Aerarium.)** repositorium pecuniae populi Romani. Sicut enim fiscus principis est, ita populi aerarium: licet Asconius aliter. Mutarchus in problematis & Macrobius, aerarium in aede Saturni fuisse prodidere: quod Saturni tempore nec auaritia, nec improbitas, nec ullum fuerit furtum commissum. Valerius Publicola primus aerarium in aede Saturni esse decreuit, quod locus ab insidijs tutus & munitus foret. Augustus curam aerarij, a quaestoribus ad uiros praetorios, praetoresque transfudit, auctor Sueto. Hoc est quod postea Suetonius in Claudij uita, dicit Claudij bona, antequam esset imperator, uenalia pependisse sub edicto praefectorum, praepositos aerarij denotans.

Aerarium. Fiscus.

f **(Quaestores.)** Quaestoribus creandis originem esse uetustissimam Fenestella docet: cuius uerba cum in l. i. infra de offi. quaest. recitentur, hic supersedemus. & Cor. Tacit. lib. xi. regibus Romae imperantibus, quaestores institutos tradidit: quod & lege curiata conuenit: post consulibus introductis, eligendi quaestoris potestate apud eos remansisse, donec eum honorem populus maderet: principio duos, deinde quatuor, mox Italiae tam stipendiaria facta, octo creatos esse, demum lege Syllana ad uiginti excreuisse. Gratiam principio fuisse quaesturam, Tacitus loco praedicto docet: donec sententia



Dolobellæ, spectaculo gladiatorum impetrato uelut uenundaret. Quæstores quærendæ & conseruandæ pecuniæ causa creatos esse, etiã Iuriscōsultus declarauit: nam & uectigalia exigebant, & propterea prouincias sortiebant. Iulius Cæsar quæstor Hispaniam sortitus est: ubi cū mandato reipub. iuri dicendo cōuentus circūiuit: author Sueto. Deniq; quæstoræ cura erat, legatos, reges uel Romam uenientes, pro dignitate populi Romani excipere, obuiã proficisci, & præcipue legatos in æde Saturni inscriptos, donis prosequi, ægrotos curare, & si quando uitã defungerent, sumptu publico sepelire: author Valerius, Plutarchus. Primus honoris gradus quæstoris erat, ut docuit Cice, in orationib; qui et ipsi in ius uocari poterant, ut tradit Au. Gell, lib. xij.

Et quia ut diximus, & de capite ciuis Romani iniussu populi Romani non erat permixsum lege cōsulibus ius dicere: propterea quæstores constituebantur a populo, qui capitalibus rebus præessent: hi appellabantur<sup>b</sup> quæstores paricidij, quorum etiã meminit lex. xij. tab.

g (De capite.) Supra in. d. exactis deinde, satis diximus, qualiter cōsulibus in caput ciuis Romani nihil permetteretur.

Paricidium. h (Quæstores paricidij.) quos Asconius lib. i. Verrinarum, quæstores nominat: hi causas capitales inquirebant, & ut punirentur, operam dabant. Paricidij em̄ uocabulo, omne homicidium apud ueteres intelligebat, licet hodie ad certas species hoc crimen coërceatur, ut infra ad l. Pomp. de paricid. Hos quæstores a triumuiris capitalibus distare eatenus puto, quod ipsi maleficia inquirebāt, & manifesta ex officio puniri fecerunt, Triumuiri exequiebantur: de quib; postea suo ordine dicemus. Cæterum hic totus locus a Fenestella (dissimulato tamē authore) sumptus est, id quod & alibi Iuriscōsultus sæpe usurpat. Proinde argumentū est, nō semper authorem allegari oportere. Plinius tamē in præfatione ad Vespasianum: Benignum esse inquit, & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris: e diuerso obnoxij animi, infelicisq; ingenij esse, deprehendi in furto malle, q̄ mutuum reddere, cum sæpenumero fors fiat ex usura. Quod nos tunc putamus procedere, si doctrina quæ docetur, uel laudem inuentionis mereatur, uel authoritatem exigat: cæterum ubi aliorū dicta traduntur, nō quia illi ita senserunt, sed quia uel in se uera sunt, uel semoto etiã authore, prodijissent, aut deniq; tractandi summa negat effundi: hic authorū nomina obmitti posse credo. Quod tamen totū ad rectæ rationis arbitrium, ad modestiæ regulã, dum desit ambitio, desit ostentatio sui, non ad legis præceptum reducimus.

Pliniana sententia.

Et cum placuisset<sup>a</sup> leges quoq; fieri, <sup>b</sup> latum est ad populum, uti omnes magistratus se<sup>c</sup> abdicarent, quod decemuiri cōstituti anno uno cum magistratum<sup>d</sup> prorogarent sibi: & cum<sup>e</sup> iniuriose tractarent, nec uellent deinceps<sup>f</sup> sufficere (magistratibus) ut ipsi & g factio sua ppetuo rempub. occupatam retinerent, nimia atque aspera dominatione eo rempub. perduxerunt, ut exercitus a repub. <sup>h</sup> secederet.

(T. N. magistratus)

† teneretur.

a (Leges.) C. Terentillus tribunus plebis, ut est apud Liviū lib. iij. in inuidiã nobilitatis, leges ferre cōtenderat: ut cōsul eo iure † uteretur, quod populus daret: quæ cū a nobilitate anxie impedirentur, & alioqui multæ inter patres & plebē controuersiæ instarent, ut etiã supra. d. postea, attigimus: tandem sine certaminū factio, ut ex utroq; eligerentur, qui utrisq; utilia ferrent, quæ æquandæ libertati conuenirent: tres itaq; uiri Athenas missi, Solonis leges retulerunt: de quibus in d. d. postea, satis diximus.

b (Latam.) Cum enim ex lege phas non fuerit se ante diem exolueret magistratu, ut ex Fenestella colligitur, & Accursius hic attigit, per l. pe. infra de offi. præsid. nec cellarium



cessarium fuerat contrariam ferre legem. Et facit hic tex. ad elegantem doctrinam Bartoli in l. continuus. §. cum quis, infra de verb. oblig. ubi si locum publicum ciuitas uendere destinarit, docuit primo legem fieri, quia is locus esset priuatus, ut sic postea uenderetur: cui doctrinae hic noster tex. eleganter calculum addit, licet a nemine ad hoc ponderetur. Vide tamen quae in d. §. diximus.

**c** **(Abdicarent.)** Quamuis magistratus sese imperio exoluere lata lege cogentur, ea conditione, ut nullus eo anno, exceptis decemuiris, esset magistratus: obtinuerunt tamen tribuni, ne sacrae leges abrogarentur, quae ad tribuniciam potestatem, & ad plebis defensionem in Auentino essent positae: author Lilius lib. iij, Dionysius de legibus in Auentino positae lib. x. ad finem tractat.

**d** **(Prorogarent.)** Eam totam rem Lilius eleganter complectitur: qui scribit, decent tabulis primo anno absolutis, cum duae adhuc deessent: tractaretur quod de magistratu decemuirali iterum creando, Appium Claudium desiderio continuandi magistratus captum, comitia uelut pro arbitrio habuisse: & reiectis quos placuit, alijs quae suppletis, sibi & ceteris quos non reiecerat, magistratum etiam in tertium annum prorogasse. Prima reipub. pestis est, fouere eos qui dominari cupiunt. Ea enim dominationis libido non cogitat quid honestum, quid utile sit reipub. sed quomodo prima nominis auctoritas, etiam cum reipub. interitu, apud eam resideat. Magistratus qui longo tempore durant, in tyrannidem incidere, Aristoteles. v. Politicorum docuit.

**e** **(Iniuriose.)** Lilius, Dio, & Fenest. praedictos decemuiros per spem & libidinem dominandi, multa iniuriose fecisse scribunt: Siquidem duodenis singulos fascibus, hoc est, centum & uiginti licitoribus fora complectere, crudelitatem in humiliores exercuisse, uirgis alios, alios securi subiecisse, quorundam bona dirpta, iniquas dedisse sententias, perpetuum decemuiratus imperium seruare destinasse: & in summa, terroris tenebras toti urbi superfudisse: quae & alia mali exempli facinora apud supradictos & alios scriptores inuenias. Operae precium est hoc loco aduertere, fonte publici & priuati iuris (sic enim Lilius legem. xij. tab. nominat) iniquis & pestilentibus authoribus non caruisse. Sic & Tribunianum, qui pandectarum architectus nominatur, Suidas Graecus, ut eum Buzdaeus allegauit uir doctus, omnis religionis contemptor, tum uero in primis a Christiana fide abhorrentem fuisse scribit: & qui Iustiniano persuaserit mortem eum non optaturum, sed cum carne in caelum assumptum iri. Quae an uera sint, in medio relinquimus.

Pandectarum  
architectus.

**f** **(Sufficere magistratibus.)** substituere, ut hic Accursius bene interpretatur. Itaque magistratus + libentius legerim, quam magistratibus. Sufficio enim cum pro substituere ponitur, accusandi casum exigit. Verg. in Geor. Atque aliam ex alia generando suffice prolem. Nisi exponas, suffice scilicet alios suis magistratibus, quos ipsi detinuerunt. Qui autem sunt suffecti consules, post dicitur.

+ ¶ Additio.  
Et ita legendum  
est ut ex archi-  
typo Norico  
constat.  
Factio.

**g** **(Factio.)** Cum inter optimates conuenticulis & factionibus coitur, factio est: licet & alia significet.

**h** **(Secederet.)** Quod mox latius explicabitur: nec enim in parua pericula iniquissimi isti decemuirum reipub. perduxerunt.

Initium fuisse a secessionis dicitur b Virginium quidam: qui cum animaduertisset c Appium Claudium d contrauius, quod e ipse ex ueteri iure in. xij. (tabulas) transfulerat, f uindicias filiae suae g a se (abdicasse) & h secundum eum qui ab eo suppositus in seruitutem petierat, dixisse: captumque amore uirginis i omne phas & nephas miscuisse k indignatus quod uetustissima iuris obseruantia in persona filiae defecisset ( utpote cum l Brutus qui primus Romae consul fuit, uindicias secundum libertatem dixisset, in persona m Vindiciis Vitelliorum seruit, qui prodicionis coniurationem indi-

T. N. tabularum  
T. N. abdicasse.



cio suo detexerat) & castitatem filiae, uitae quoque eius praefendam putaret, arrepto<sup>n</sup> cultro de<sup>o</sup> taberna Platonis, filiam interfecit: in hoc scilicet ut morte uirginis contumeliam stupri arceret: ac protinus recens a caede, madensque adhuc filiae cruore, ad<sup>r</sup> comilitones confugit, qui uniuersi de Algido monte, ubi tunc belligerandi causa legiones erant, relictis duobus, protinus signa in Auentinum montem transtulerunt, omnisque plebs urbana mox eodem se contulit: (populique consensu<sup>s</sup> partim in carcere necati,) rursus respublicam suam statim recepit.

(Verus text. sic habet) Ita populi consensu Decemuiris partim in carcere necatis, partim in exilium actis.

<sup>a</sup> ¶ Secessionis. Haec altera secessio plebis Romanae a patribus, quam circiter quadragessimum annum post priorem secessionem, de qua supra in §. isdem temporibus, diximus, factam esse, ex L. uio, Eusebio, Eutropio colligimus. Historia sic se habet: Cum decemuiri, & in primis Appius eorum princeps, multa impotenter & iniuste egissent, ad cumulum accessit Virginij militis casus: eius enim filiam formosissimam nubilem, & leilio uiro tribunicio desponsatam, cum efflictim Appius adamasset, & nec precio, nec spe aliqua profecisset (omnia enim pudore septa erant) quaedam ex clientibus suis Claudium plebeium hominem suppositum, qui puellam in seruitutem assereret, quam unam eius potiunde uiam esse uidebat (se enim iudice disceptandum fuerat) uocatur per amicos ex castris pater Virginij: in Algido contra hostes pugnabatur: qui cum nihil proficeret (rem enim nequandam Appius meditatus, puellam Claudij seruam esse pronunciauit) seductam paululum filiam, lanij cultro interfecit: quod facinus ad milites in castris relatum, causam praebuit secedendi in Auentinum, & euertendi magistratus decemuiralis. Quam historiam L. uius, Dionysius, & alij eleganter sequuntur. Accur, eam ne uerbo quidem attigit: quam & ignorasse uerisimile est, ut qui elegantem textum uel indiscussum reliquerit, uel modica quaedam adiecerit.

L. Virginij.

<sup>b</sup> ¶ Virginij. Is Lucius Virginij uir plebeius (ut ait Dionysius lib. xi.) nemine in rebus bellicis inferior, honestum in exercitu ordinem ductabat, uir exempli recti (ut docet L. uius) militiae & domi.

Platonis dictum

<sup>c</sup> ¶ Appium Claudium. Is erat ex decemuiris, Princeps a principio optimus, sed dominandi cupiditate in tyrannum uersus. Dicebat apud Platonem in Protagora Simonides, uirum bonum fieri difficile esse, perseverare impossibile.

<sup>d</sup> ¶ Contra ius. scilicet legis. xij. tab. quam legem ipse Claudius Appius cum ceteris ex omni ueteri iure, & ex legibus Graecis, in xij. tabulas transtulerat. Erat autem legem cautum, ut si ex libertate in seruitute accerleretur aliquis, non auferri ei libertatis modum, sed sub uadibus ad finem adseruari: author Dionysius. Sed & iure nostro receptum est, ut qui in quasi possessione libertatis est, si super statu ei negocium fiat, libertate gaudere, donec res sententia terminetur. l. ordinata, in prin. §. sed si quas. ibi, nam ordinato, de lib. causa, cum similibus.

<sup>e</sup> ¶ Ipse. Claudius decemuir. Nequas fuerat subuertere legem, quam sua ipse persona tulerat. Verum cum talia ei a cognatis puellae obijcerentur, legem calumniae uis est, quasi ad hunc casum non pertineret: quae certe calumnia hodie iniquis non est, insueta, uel iudices dixerit, uel causidicos. Negabat Ambrosius iudicem dici posse, qui ad pronuntiandum ullo odio, ulla libidine, ulla offensione, ulla uel lenitate moueretur.

Vindiciae

<sup>f</sup> ¶ Vindicias. id est, assertionem possessionis. Cum enim uetusto iure coram praetore lis agitata est, uter debeat esse rei controuersae possessor: & qui eam tenebat, praetorem, id est, fidei iuramentum dedisset, se nihilo possessionem deterioiorem facturum: iam uindiciae secundum eam dabantur, id est, uindicabatur. & asserabatur ei possessio: testis Aconius lib. iij. Verrinarum ad lin. a qua uetustate traxisse radicem putauerim, quod scribitur in



bitur in l. † postquā, §. Imperator, infra, ut in poss. lega. quamuis eandem legem Bart. in l. a' diuo, §. si super rebus, infra de re iud. ad possessionem (ut ipse putabat) pignoris iudicialis impertinenter traduxerit: ut ibidē docuimus. Sensus ergo est, per sententiā Appij decemuirī, uindicias filiaē, id est, defensionē possessionis in filia, a' Virginio patre contra ius esse abdicatā & ademptā: & aduersario, qui a' iudice isto iniquissimo ad hanc litem suppositus erat, esse adiudicatam: ita ut possessio puellae nō apud patrem, sed apud aduersariū esse deberet: hoc est quod apud Liviū lib. iij. instante acrius Iulio sponso puellae, cōcessum est cognatis, ut eam uindicarent, id est, in libertatem assererent, donec pater ueniret: quo adueniente, Appius sors iniquitatis, cōtra ius & phas, uindicias secundū seruitutem decreuit, id est, iussit, ut aduersarius puellam pro serua possideret. Gell. lib. xx. tradit olim ex lege, xij. tab. inter ueteres obseruatum, ut si de agro, uel qua alia re disceptaretur, in re praesenti, utrisq; partibus uindicare rem, id est quadā uindicia, & correptione manus asserere licuisset. Putamus hinc originē traxisse, quod uel hodie res uindicari dicitur, dum citra obligationē personalem rei incumbitur. Accurs. uindiciarū elegantiam assequi nō potuit, ut ex suis glossis facile cognoscitur: ubi super ducenda uxore, impertinentiā quaedam cōmittit scitur.

**a** ¶ Additio. (Vindicare eū pro asserere & uendicare ponitur, ut est elegans tex. in l. recusare, §. si fisco, ad Trebell. dum dicitur, ac si fiscus uindicauerit, intelligendus est, uendicauerit, acceperit bona uacantia, quem tex. cum Doct. non intelligerent; mirum quae figmenta circa hāredem indignum, in materia substitutionum cōgesserint, dum putant bona defuncti, etiam hāreditate non adita, a' fisco auferri, ac si is necem defuncti uindicasset, cum longe alia significatione illic ponatur, quod & Politus attigit in tractatu substitutionum, uers. lxxij.)

**g** ¶ A se.) Virginio patre, a' quo per sententiā Appij, possessio filiaē abdicabatur. Hāc enim reciprocatio pronominis Se, personam Virginij a' principio positam respicit. Vel dic' a' se, scilicet filia: utpote quod filiam commodo libertatis, in cuius possessione erat, priuauit. Apud eruditos cognitum est, pronomina reciproca, si duo nomina sub tertia persona praecesserint, ad hoc uel illud reuolui posse: licet Valla contra praecipisse uisus sit, sed male: quod innumeris exemplis constiterit, quod & nos alio loco contra Vallam tractauimus.

**b** ¶ Secundū eum.) M. Claudium, qui cliens erat supradicti Appij Claudij decemuirī. De clientibus supra a' principio in materia Curiae diximus: quorū reliquiae hodie in uasallis conspiciuntur. Sensus est, Appium sententiā dixisse secundū suum clientē, qui ab Appio dño suppositus, & uelut substitutus, puellam in seruitutem petierat, ut sic iniquus cliens, iniquissimo patrono supparasitaret. Ceterum praetereundum nō est, uetustiora quaedam exemplaria in eum qui sequitur habere modum: initium fuisse secessionis dicitur Virginius quidam, qui cum animaduertisset Appium Claudium contra ius, quod ipse ex uetere iure in. xij. tab. transtulerat, uindicias filiaē suae a' se abiudicasse, & ei † qui in seruitute ab eo suppositam petierat, addixisse, &c. Quae lectio, ut prima fronte se §. elegantiore exhibet: ita & uerior nobis eo potissimū nomine uidetur, quod a' Bonifacio Amerbachio, L.L. Doctore & amico haud uulgari, in comparab. Iurecos. D. And. Alciatum praetorem suum, in elegantiss. tit. de uerb. & re, signifi. glossis, propediem, uti speramus, diuulgandis, in l. pecuniae, §. actionis. praesentem locum ex pandectis Pisanis ita restituisse accepimus.

**i** ¶ Omne nephas.) Miscuit omne nephas, quem nulla modestia terret, Optati compos dum studet esse sui. Non decus auertit, nō lex, diuim' ue potestas. Egit praecipit caecus ad omne furor. Hanc ei licentiam immensus magistratus attulit: ut recte apud Macrobium Syrus dixerit: Eum cui plus liceat q̄ par sit, plus uelle q̄ liceat. Erat sane uir ingenio & prudentia perspectissimus, & cui (ut cum Lucano loquar) leges multum debuissent recta sequenti. Sed pro Platonis sententia: In magna peccandi licentia se ipsum

† ¶ Additio.  
Aliter habet textus  
Noricus  
ut supra patet.

Nephas miscere



tia seipsum continere, arduū & difficile est. Deniq; præclara ingenia, ut Plutarchus in Demetrio tradit, sicuti uirtutes maximas, ita uitia maxima producū. Porro ex Chrysostomo super Matthæū discimus, animā semel malignitate captam oēs insanie numeros explicare consueuisse. Quid em̄ homo semel malitiæ deditus non inueniat?

**Indignatus.** Virginus miles pater puellæ merito indignabatur, q̄ non solum leges nuper latae, sed etiā uetustissima iuris obseruantia in eo defecerat: quæ tamen moribus, non iure scripto antiquitus obseruata fuit; ut statim declarabitur.

*Brutus primus Cos.*

**Brutus.** Hic est ille Brutus, qui (ut supra diximus) post Lucretiam stupratam, author erat regū urbe exigendor; sub eius em̄ consulatu, qui primus Romæ erat, populo Romano iam a regum tyrannide liberato, iuuentus nobilitatis insueta iusti, cui innocenter sub senatorijs legibus uiuere graue erat, de rege Tarquinio reducendo conspirarunt: eius coniurationis Aquilius & Vitellius principes erant, in qua & ipsius Bruti consulis liberi participabant: qua tamen coniuratione per Vindicium Vitelliorum seruum detecta, consilium reges reducendi fractum est, uocati in iudicium capitis conspiratores (ut author est Plutarchus in uita Bruti) cum petissent, ut seruus eorum Vindicium eis dederetur, Brutus negabat: sed pro libertate eius iudicauit, quod coniurationem in iudicio suo detexerat, quæ hic dicitur uetusti iuris obseruantia: similitudo tamen utrobique multum claudicat.

*In archetypo habetur Vindicis.*

**Vindicis.** Vindicij nomen erat, nō Vindicis, ut apud omnes historicos cōperit: quæ propter textum corrigēdum putamus, nisi legas indicis, scilicet serui: is em̄ index erat coniurationis, & propter indicij, libertate & ciuitate Ro. donatus fuit a consulibus.

Ab hoc Vindicio seruo, uindictæ manumissionem nonnulli tractam autumant: ut author est Lilius, ut qui libertate & ciuitate Romana donarētur, uindicta manumissos dicerent. Aliud itaq; est uindicta manumitti, aliud si simpliciter quis per epistolā, aut inter amicos manumittatur. Illi em̄ iure uetusto mox ciues Romani fiebant: hi iura ciuitatis non ita consequēbantur: quod & ex glossatoribus quosdam tenuisse dicit Accursus, in l. qui Romæ. §. Flauius, infra de uer. oblig. licet titubādo subiungat, eam differentiam lege non inueniri. Mihi uidetur huiusmodi differentia satis significari per §. libertinor;. Instit. de libert. licet succincte, & uelut suspenso pede imperator uetustate attingat: apertius tamē Cornelius Tacitus lib. xiiij. scribit, eos qui uindicta manumissi non essent, aliquo adhuc uelut seruitutis uinculo detineri: ut per hoc clare appareat, magnum olim inter utraq; discrimen fuisse: quod tamen Alex. de Imol. in d. §. Flauius male negauerat. Nos in libro Institutionum Caii Iurisconsulti, & deniq; in libris sententiarum Iulij Pauli, qui hodie extant, & a clarissimo iurisperito Hieronymo Baldugno, in monasterio Morbacensi inuenti sunt, libertinorum differentiam satis eleganter explicatam inuenimus. Et ne locus calumniandi relinquatur, uerba subiecimus:

*Genera libertinorum tria.*

*Romani.*

*Latini.*

*Dedititij.*

Ingeniuor; (inquit Caius) omnium unus status est: Libertorum uero ideo nō unus, quia tria sunt genera libertatū. quia liberti aut ciues Romani sunt, aut Latini, aut dedititij. Ciues Romani sunt, qui his tribus modis, id est testamento, aut in æde sacra, aut ante consulem fuerunt manumissi. Latini sunt, qui aut per epistolā, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione, manumittuntur. Dedititij uero sunt, qui post admissa crimina applicijs subditi, & publice pro criminibus cæsi: aut in quor; facie uel corpore quæcunq; indicia aut igne, aut ferro impressa sunt, & ita impressa, ut deleri non possint: hi si manumissi fuerint, dedititij appellantur. Sed inter hæc tria generalitatum, ideo ciues Romani meliorem statum habent, quia & testamenta facere possunt, & ex testamento quibuscunq; personis succedere. Nam Latini & dedititij nec testamenta condere, nec sibi ex testamēto alior; aliquid dimissum possunt ullatenus uendicare: tamē Latini certis rebus priuilegia ciuium Romanor; libertorum consequi possunt. Dedititij uero nulla ratione possunt ad ciuium Romanor; libertorū priuilegia peruenire. Nam Latini patronor; beneficio, id est, si iterum ab ipsis aut testamento, aut in æde sacra, aut



cra, aut ante consulem manumittantur, civium Romanorum privilegia consequuntur. Hactenus Caius. Ex quibus verbis imperatorem Institi, de success. liber. §. si recte intelligas, temperabis; q; gloss. in tit. de liberti, eo, lib. differentiam inter dediticios & Latinos non ex veritate tradentem. Et licet is Caius expresse non meminerit eorum qui vindicta sunt liberati, sub eo tamen manumissionis modo, qui ante consulem explicatur, etiam is qui ante prætorē vindicta sit, intelligendus est: id quod liquere poterit ex l. i. l. an manumittere. l. nō est, cum l. seq. l. etiā. §. ex præterito, infra de manumiss. vindic. Erat autē vindicta uirga, qua licitor prætoris, præmissis solentibus verbis, seruum tangebatur: mox dominus apprehensum dextera manu uertebatur: id quod Appianus lib. iij, bellorum civilium in fi. docet, hoc modo seruus libertatem consecutus, civis Romanus erat: quod & Persius significat in Satyra quinta, cū dicit: Quibus una Quiritem uertigo facit, & postea: Verterit hunc dominus. Et alio loco: Vindicta postq̄ meus a prætore recessi. Eum morem satis innuere Iurisconsultus uidetur in l. ego. in l. manumissio, infra de manumiss. vindic. Hoc tamen nouisse conueniet supradictos manumissionis effectus, scilicet Latinorum, dediticiorū, &c. quos uetustas recepit; in dubio obtinuisse, cum nihil specialiter exprimeretur: Cæterum testatoris uoluntas, uel partium conuentio disponere potuit, ut libertus Latinus esset, etiā si aut testamento, aut uindicta liberaretur: ut tradit imperator l. i. §. illo proculdubio. C. de lati. libert. tol. Poterat & contractu caueri, ut qui simpliciter manumitteretur, civis Romanus esset. l. i. C. si mancip. ita alie. sue. ut manu. Constitutio igitur ditione Marci & Commodi, quæ manumitti iussos in libertatem eripit, l. eum qui. infra qui sine manu. l. si. C. si mancip. ita alien. ut manu. cum similibus. omnes manumissionis modos quemlibet pro sua natura complectebatur: exceptis his qui ex conuentione, uindicta liberari debebant: illic enim, quia aliquando causæ cognitione opus erat, l. iusta causa. §. i. cum pluribus ll. seq. l. etiā. §. ex præterito, infra de manu. vindic. constitutio nō operabatur: eo accedente, quod cum uindicta liberari nemo poterat, nisi ante prætorem, consulem, proconsulem, uel legatū Cæsaris. d. l. an manu. d. l. nō est. l. apud. infra de manu. vindic. uerisimile est eo loci constitutionē cessasse, ne tanta solennitas uno uelut uerbo subuerteretur. arg. l. si quando. C. de inoffi. testa. Difficiliorem em̄ fuisse uindictæ manumissionem, etiā ex hoc relucere potest, quod scribit Iulius Paulus lib. iij, sententiarum, in tit. de manumiss. Surdus & mutus seruum uindicta manumittere nō poterat: inter amicos tamē & per epistolam manumittere non prohibebantur: quod hic Latini efficiebantur, & nō nocebatur domino: illic ciues Romani, quod dominis damnū attulisset: que omnia notatu digna existimamus: per quæ & intelligi potest d. §. Flauius. & dissolui quæ ibi sunt obiectiones, a nullis, quos uiderim, Doctoribus iuste dissolutas. Hodie omnia isthæc sub unum iustæ manumissionis modum redacta sunt. d. l. i. C. de lati. lib. toll. Institi, de liberti, in fi. Latine tamē libertatis umbram quandam usurpari de facto uidemus per patronos quosdā, siue illi seculares, siue monasteria sint, ut sacerdotib⁹ per ipsos presentatis succedant, nullo admissio testamento: quā usurpationem non probamus ullo modo, cum latina libertas cum omnibus uestigijs sit reiecta: credimus em̄ sacerdotibus tantum permitti debere, quantum eis iura permittunt Cononica, c. relatum. ij. §. licet, de testa. cum similibus. Sed digressi in materia seruorum, ad textum reuertantur.

¶ Cultro.) Apud Suetonium olim Claudius insidijs expositus legitur, cultro uenatorio in eum palato.

¶ Taberna.) Hoc ipsum reliquæ historiæ concorditer tradunt. Est autem inter tabernam & officinam differentia, si Vallæ credimus: utpote quod in officinis opera fiunt, in tabernis uenduntur: tamen aliter usurpari inuenimus. †

¶ Lanionis.) quem uulgus macellarium uocinat. a laniandis pecoribus dicitur: sicut lanista, qui gladiatoribus præest. Lanienam Varro locum ubi caro uenditur, esse docet.

Vindicta.

Persius.

Taberna.

Officina.

† Additio.

l. taberne cum l.

seq. de uer. sig. l.

tabernam de

sun. instru.



*Lanionia.* esse docet. Porro mensam carnificis, qui mutilandis damnatorum membris præfici-  
tur, lanioniam dici, apud Suetu. in Claudio reperimus.

*A præpositio.* q. ¶ (A cæde.) commissa in uirginem: & habet hæc præpositio uim immediati tem-  
poris, quasi diceret, continuo post cædem, adhuc recens, madens q; &c. Suetonius.  
Plebs statim a funere, &c. fa. l. pater. q. sexaginta, infra de adul. de qua loquendi fi-  
gura etiam supra diximus.

r. ¶ (Commilitones.) Longum esset enarrare, quid uirgine cæsa in urbe, quid in cas-  
stris actum, qui tumultus, in quas turbas decemuirii impulsoribus, præcipue L. Vals-  
lerio & M. Horatio coniecti fuerunt: quæ omnia apud Dionysium, Lium, & alios  
patere poterunt. Hoc certum est, exercitum, qui in Algido monte belligeravit, a du-  
cibus decemuiralibus defecisse, & signis euulsis in Auentinum montem, unum ex Ro-  
manæ urbis collibus secessisse, donec decemuirii a magistratu abire cogerentur, &  
prior facies reipublicæ restitueretur.

*Locus de præ-  
uatus.*

s. ¶ (Partim in carcere necati.) Hic defectum esse, & quidem insignem, imperfectio-  
sensu ostendit, & latinæ puritatis regula docet. Cum enim series textus præsentis de  
commilitonibus tantum & plebe urbana meminerit, dicas mihi quos populi consensu  
necatos dices: an commilitones: an plebem: sed hoc absortum esset, & a ueritate alie-  
num, qui ergo necati sunt: Porro cum dicitur, partim aliquos necatos esse, textus ex  
necessitate significat etiam alios restare, cum quibus aliquid aliud sit factitatum: qui ta-  
men hic deficiunt. Ea enim dictio Partim, plura inter sese partitur, eiusque natura est ut  
repetatur: ut mox in. q. deinde, infra eo. ubi dicit, partim ex plebe, partim ex patribus,

*Partim.*

*Vera lectio.*

&c. Sic ergo meo periculo textum leges: Populi que consensu decemuirii partim in car-  
cere necati, partim exilium perpessi. Historia tamen habet, ut ex Lio cognoscitur,  
Appium in carcere mortem sibi ipsi consciuisse, Sp. Oppium ante diem iudicij in uin-  
culis obisse: ceteros tyrannidis socios exilio sese multasse uoluntario, ipsorum que bo-  
na tribunos publicasse: ita honoris magnitudo, pro honoris dignitate uiuere nolentibus  
(teste Chrysostomo) maior sit supplicij accessio. Hic finis est authorum legis. xij.  
tab. authorum inquam, a quibus omne ius nostrum uelut a radice processit: qui si iusta,  
si recta, quæ ipsi instituerant, secuti essent, quid poterat eis fuisse illustrius: Sed nullo  
ture litabis, Hæreat in prauis breuis ut semuncia recti.

*Paræmia.*

Deinde cum a post aliquot annos. xij. tabulæ latæ sunt, & b plebs con-  
tenderet cum patribus, & uellet ex suo quoque corpore consules creare, &  
patres recusarent: factum est ut tribuni militum crearentur, partim ex  
plebe, partim ex patribus consulari potestate: hi quoque constituti sunt  
uariò numero: interdum uiginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam  
pauciores.

*Lex xij. tabul.  
quædo absoluta.* a. ¶ (Post aliquot annos.) Adde postq; & sic lege: Cum post aliquot annos, postq; xij.  
tabulæ latæ sunt, &c. Constat autem legem. xij. tab. latam & absolutam esse anno ab urbe  
condita. cccij. ut docet Lius. Accur. hic eos annos non ex ueritate colligit.

*Canuleius Tri-  
bu. pleb.*

b. ¶ (Plebs contenderet.) Apud Lium lib. iij. scribitur, Canuleium tribunum plebis  
legem ferre constituisse, ut connubia patrum & plebis commiscerentur, quod lex. xij.  
tab. de maritandis ordinibus uetuerat: & quod consularis magistratus cum plebe com-  
municaretur, obstitisse patricios: hoc enim conatu omnia diuina & humana misceri,  
perturbari auspicia publica, nihil synceri, nihil incontaminati futurum: promiscuis con-  
nubijs eum qui nasceretur, necire cuius sanguinis, quorum sacrorum sit, semillies mor-  
rituros potius, quam id dedecoris admitti passuros. E contrario Canuleium tribunum ple-  
bis luculenta oratione ostendisse, iusta & licita esse, quæ ipse plebis nomine conten-  
deret: eandem enim omnes patriam incolere, omnes ciues esse, imperium Romanum  
populi non



populi non patriciorum esse, nō conuenire ex una ciuitate duas facere. Cum q̄ ultro & citro ualide disceptaretur, tandem placuit ut deinceps nō consules, sed tribuni militum cōsulari potestate, ex utroq̄ corpore crearentur. Itaq̄ anno. cccx. ab urbe cōstituta, nono uero a lege. xij. tab. lata lex est, ut pro consulibus tribuni militū essent: qui principio tres, successu temporis (ut Fenestella ait) uiginti, aliquando plures, saepe pauciores creati sunt: intermissos saepe & interim consules creatos, apud L. iuiū lib. v. & vi. legimus: prout uel patres, uel plebs in comitijs habendis præualuissent. Fuisse & aliud genus tribunorū militū, apud authores constat, qui nullā urbana, sed castrensi præfectura pollebant: ad quorū officium pertinebat, militum manus continere, ne uel pullos, uel oua raperent, sua annona uiuerent, prouinciales nō premerent: & multa id genus, quæ ex epistola Aureliani Cæsaris apud Vopiscum liquent: & nonnulla in l. officium. §. si. infra de re mili. Eos tribunos Adrianus imperator non nisi plena barba eligere solebat: ut est author Spar. Sed & tribuni fuere ærarij, ut docet Ascōnius, qui militibus stipendia erogabant: quo tempore coeptū est publicis militare expensis: Nam L. iuius libro. vi. docet sumptu quēque suo antea militare consueuisse. Quinq̄ igitur genera tribunorū colligas, tribunos seu præfectos celerum, tribunos plebis, tribunos militū cōsulari potestate, tribunos militares, & tribunos ærarios.

Quando tribuni militum creati.

Tribuni ærarij.

Deinde cum placuisset creari etiam ex plebe consules, coeperunt ex utroq̄ corpore constitui. Tunc <sup>d</sup> (ut aliquos plures patres haberent) placuit duos ex numero patrū cōstitui: & ita facti sunt Aediles curules.

(Verus textus. Tunc ut aliquo pluris, patres haberentur.)

<sup>c</sup> (Ex plebe.) Abrogato tribunorū militum magistratu, qui tamen cōplures annos durauit, iterum ad cōsularē reditum est: peruenit q̄ tandem plebs, ut ex suo etiā corpore consul alter crearetur: quod tradit Titus L. iuius lib. vi. ad finem.

<sup>d</sup> (Ut aliquo pluris.) ut patres & nobiles, in magistratibus plebi anteferrentur, nec in totum plebi cessisse uiderentur, ex suo corpore magistratum constituere, qui plebi non esset communis: quos hic Iurisconsultus Aediles fuisse tradit. L. iuius uero lib. vi. scribit. Prætores propter eam causam esse cōstitutū: Aediles uero curules creatos, propter ludos maximos, qui pro concordia ordinū instituerentur. Habes ex supra dictis, a primo rerum ciuiliū initio nobilitati cum plebe parum conuenisse, & fuerat in utroq̄ corpore quod uitio daretur. Nobilitas enim superbia & austeritate, plebs impotentia regendi, animorū ignauia, usurpata magistratuum cōmunicatiōne reipub. perniciem attulit. Est porro uiderē q̄ plenum sit periculi, populo impetente a iure suo cōcedere: quippe qui postq̄ uel exiguæ rei sit factus compos, iam ansa præbetur noua & noua quærendi: populus em̄ & ultro fluctuat, & ductoribus plerunq̄ inquietis & insolentibus, ad aliorum iura uiolanda instigatur: id quod per tribunos Romæ factitatum, historiæ omnes prodiderunt. Verum Appiorum familia tribunicijs furoribus semper egregie restitisse scribitur.

Aediles.

Plebs. Nobilitas.

Cumq̄ consules uocarentur bellis finitimis, neq̄ esset qui in ciuitate ius reddere posset, factum est ut prætor quoq̄ crearetur: qui urbanus appellatus est, eo quod in urbe ius redderet. Post aliquot deinde annos, non sufficiente eo prætores, quod multa turba etiam peregrinorū in ciuitatem ueniret, creatus est & alius prætor: qui peregrinus appellatus est, ab eo quod plerunq̄ inter peregrinos ius (dicebat.)

• T. N. reddebat

<sup>c</sup> (Ius reddere.) Ex quo patere potest, cōsules prius ius reddidisse: ut sic parū fundata sint, quæ in l. i. infra de offi. consul. post glos. Doct. tenuere, cōsules uoluntariā tantummodo iurisdictionē habuisse: certum em̄ est ex historijs eos iura in inuitos quoq̄ reddidisse:



reddidisse: sed an solos, an cum iudicibus, res in ambiguo est: de prætoribus constat eum iudices adhibuisse, ut infra dicitur. Nisi forte Doctorum assertio de eo intelligatur consularatu, qui sub imperatorum manum redactus est. Nam eo loci non inficiamur administratione caruisse consules: id quod ex Mamertino discimus, qui Iuliano imperatori congratulatus de consularatu, inter alia dicit: In administrationibus laborem adiungi honori, in consularatu honorem sine labore suscipi. Sed textus noster de uetustiore consularatu loquitur, qui populo Romano adhuc libero intactus uiguit. Nec enim ignotum est Marium, Fanniam mulierem super dote: Cinnam porro alijs ex causis ius reddidisse, Plutarcho auctore. f. ¶ Crearetur.) Supra ex T. Liviō diximus, cum plebi ad consularatum esset factus aditus, uicissim patribus concessum est, ut prætoribus crearentur, qui a præfessendo (ut uoluit Fenestella) prætor dicitur. Varro a præfessendo dictum putat. Eius tanta fuit potestas, ut iura condere, abrogare instituta solus posset, auctore Fenestella, consularibus tamē comitijs habendis auctor esse non potuit, quod maius uersaretur imperium in consularibus creandis, quam ut per prætoribus explicaretur: ut Cicero scribit lib. ix. ad Atticum. Sex ei fasces cum lictores concessi, sella curulis, & trabea. Ferunt prætorem urbanum, cum Herculi rem diuinam faceret, laurea ornari coronam solitam, testis Macrobius. Cassius cum prætor esset, ita dicitur in criminibus fuisse inexorabilis, ut tribunum suum scopulus reorum diceretur: testis Cicero. g. ¶ Peregrinus.) Fenestella idē scribit, cuius dicta Pomponius, ut alias frequenter, hic transcripsisse uidetur. Peregrinum prætoribus Cælius minorem appellatum fuisse scribit, cum urbanus maior uel primus diceretur, auctore Cicerone in oratione pro L. Manilia.

Deinde cum esset necessarius magistratus, qui <sup>b</sup> hastæ præfesset, <sup>i</sup> (Decemuiri) centumuiribus iudicandis constituti sunt eodem tempore.

<sup>b</sup> ¶ Hastæ.) centumuirali iudicio. Nam ex xxxv. tribus Romanis terni electi sunt, qui causas priuatas iudicarent: qui licet centum & quinque numero essent, ex loquendi tamen commoditate, centumuiribus appellati sunt: his hasta erigebatur, ut scirent iudicandi tempus: cuius etiā hodie reliquæ in iudicijs uisuntur. Iudex enim, quem Sculpetum uulgius nominat, solenni baculo uelut hastula manibus præfessus, iudicij auctoritate solet asserere. Iurisconsultus igitur hic hastæ appellatione, centumuirale iudicium intelligit, sic & Martialis: Centum grauis hasta uirorum, quod frequenter apud auctores inuenies. Hi centumuiribus non solum causas hereditarias (ut Vitellius contra Merulam opinabatur) sed etiā usurpationum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluionum, nexorum mancipiorum, & id genus similia negotia diiudicabant: ut auctor est Cicero in. i. lib. de Oratore, causas tamē hereditarias frequentius apud eos uentilatas fuisse non negauerim: quod & ex Valerio lib. vii. & ex Plinio in epistolis satis est cōpertum. Accur. in. penul. C. de peti. heredi. nomine centumuiralis iudicij, Senatores male accipit: utpote qui a centumuirali iudicio prorsus distinguerentur: siquidem senatus, uelut patres Reipublicæ, curabant. Centumuiribus controuersias & crimina iudicabant: quod & hodie usque uenire uidemus, ut rectores rerum publicarum a iudicibus separantur. Veruntamē apud Velleium lib. ij. inuenimus, Senatorem etiā iudicij præfuisse, donec C. Gracchus ea ad equites transfulerit: quod & Plutarcho in uita Gracchorum tradidit. Huic centumuirali iudicio unus ex prætoribus præerat, ut ex Ciceronis orationibus pro Roscio, & alijs, item ex Plinio in libris epistolarum, facile liquere potest: nisi belli cura, ut hic dicitur, eos auocaret: quod certe (nisi fallor) significasse Iurisconsultus uidetur, in l. ubicunq. infra de rog. iur. ubi dicitur: In his quæ causæ cognitionem habent, prætorem desiderari: licet Accur. non ita intelligat. Ceterum si de crimine, solenni accusatione iudicandum fuerat, tunc prætor alios iudices numero incerto sortiebatur, & erat apud prætorem sententiarum discussio: quod ex uarijs locis in Ciceronis orationibus, eiusque interprete Ascōnio colligitur. Quapropter apud Plinium eodē lib. v. epistolarum ad



larum ad Valerianum, cum aduocatus corruptis iudicantiū sententijs absolueretur: pretor in sententia permanens, cum pro condemnato habuit. Hastam aut Romanos ideo iudicij præfixisse puto, quod familiaris eiususus hastæ, & domi & militiæ fuit: Nam & auctio bonorū sub hasta fiebat, & crinem Romanæ uirgines hasta decernebant, quæ cœlibaris dicitur apud Ouidium. Sed & dux belli, cum se deuouere pro exercitus salute uellet, hastæ insidens, uerba solennia peregit: auctore Liuiō, & cæteris. Item & prouerbio, hastas abieciſſe dicebatur, qui super re desperabat: ut est apud Cice. in orat. pro L. Murena. deniq̄ uates Marij Marta, uittis & coronis ligatā hastam sacrificatura ferebat. Quod totum in honorē Romuli forte receptum est, qui ab hasta Quirinus, ipsi q̄ Quirites nominati sunt. Hastam Lacedæmonios inuenisse scribit Plinius. Veteres Germanos frameam nominasse, quæ hasta dicitur: testis est Cornelius Tacitus, in libro de moribus Germanorū: quibus arinis & nuptias cum maritis uxores auspicabant. Hodie lancea peculiaris est Germanis, qua loco hastæ utuntur, eos q̄ qui in exercitu delinquant, inter lanceas seu hastas extentas decurrere coactos interimunt. Quæ tamē pœna iure prohibita esse uidetur, arg. l. aut damnū. §. i. infra de pœnis, sicut nec e saxo præcipitari damnatos licet, l. si diutino, in fi. eo. tit.

Hasta cœlibaris

Abieciſſe hastas, prouerbialiter.

**i** **(Decemuiri.)** Ex Fenestella hic locus sumptus est, qui sic ait: Alteram magistratus speciem in urbe Romana ius aliquando dixisse reperi. Nam cum bellorū muneribus, cæteris magistratibus nō sufficientib⁹, ad prætores deferrentur, quorū munus administratio iuris præcipuum fuit, creati decemuiri sunt, qui ius in urbe dicerent, prætorum q̄ partes eo tempore gererent. Adrianus apud Spartianum, decemuir litibus iudicandis, anteq̄ imperator esset electus, fuisse scribitur. Fuere & alij decemuiri ab Augusto cæsare electi, qui hastam iudiciorū signum erigebant: quod prius quæstores fecerant, ut iudices tempus scirent iudicandi: auctor Suetō. Hodie in ciuitatibus imperialibus, fori cupedinarij explicandi causa hasta præfigitur.

Archetypus ex Norica ciuitate habet centum uiros.

Constituti sunt & <sup>k</sup> quatuor uiri, qui curam uiarum agerent, & <sup>l</sup> triumuiri monetales, æris, argenti, auri flatores.

**k** **(Quatuor uiri.)** Ex Fenestella omnia hæc ad uerbum sunt transcripta. Crediderim securitatē uiarum eis cōmissam, quod hodie horū officij est, qui nomine principis tessaras publicę securitatis exhibent: uulgus saluū conductū, parū latine nominat: nisi forte hos quatuor uiros, uijs uel muniendis uel sternendis præfuisse intelligas.

**l** **(Triumuiri monetales.)** Hi moneta curam habuere: eorum enim diligentia, ut adiecit Fenestella, nomismata auro argenti q̄ fabricabantur. Nummum ex instituto factum, tradit Philosophus, v. Aethico. ut pro indigentia sit, & propterea nomen hoc habere quod nō natura cōstet, sed lege, siquidem nomos lex dicitur. Seruius rex Romanorum æs primus omnium signauit. Signatum est nota pecudum, unde & pecunia appellata. Denarius decem assibus in stipendio militari pensus. Argenti nummus quinque annos ante primū bellum Punicū cœpit. Aureus sexaginta duos annos post signatus. Adulterabatur autē æs, si cum argento uiuo inauraretur: quæ omnia prolixius Plinius lib. xxxiij. cap. iij. & alijs, prosequit. Quapropter æs pro auro dari nō erat insuetum, ut intelligas l. quid tamen, infra de contrahen. emp. & l. si id quod aurum, infra de uerb. oblig. cum similibus. His fortasse corruptionibus auertendis, hos etiam auriflatores operam nauasse credendum.

Æs à Seruio primū signatū.

**m** **(Triumuiri capitales)**, qui carceris custodiam haberent, ut cum animaduerti oporteret, eorum interuentu fieret.

**m** **(Triumuiri capitales.)** Coniicere licet triumuiros capitales, sententijs capitalib⁹ tanquam executores præfuisse, qui forte sub se ministeria carnificum habebant, per quos easdem sententias a iudicibus datas exequerent. Credibile em̄ est, in tanta ciuitate, orbis



tate, orbis terrarum domina, superiores aliquos his etiam ministerijs præfuisse: non enim credo hos triumuiros de causa capitis cognouisse, cū capitalibus causis quæstores paricidij præfuerint: quod in notorijs criminibus, quibus animæ amissio pœna erat, intelligendum est. Alioqui si solennis erat accusatio necessaria, coram prætore & iudicibus sortitis, ut supra diximus, agitabantur crimina: & sic quæstores paricidij à triumuiris capitalibus, & ab utrisq; iudices criminalium causarum (quantum coniectura consequi licuit) distinguendos putauimus. Beroaldus quæstores paricidij, iudices maleficiorum nominat: quod nō aliter recipimus, q̄ cum prædicto temperamento. In iudicijs capitalibus reū quater definitis in locis uocari, Appianus libro. i. docet. Nam & Brutus dum cædis Cæsarianæ accusaretur, a præcone sic uocatus est, ut Plutarchus docet. Hūc morem ciuitas Friburgum in huiusmodi iudicijs obseruare solet, nō sine laude uetustatis: utpote quod à Romanis ea obseruatio processisse uideatur. Apud Sallustium legitur, Ciceronem triumuirorum capitalium interuentu, supplicium de Lentulo & Cethego sumpsisse. Tempore Tiberij cæsaris, cum in Seiani liberos animaduertetur, etiam puellam adductam: cæterum quia triumuirali supplicio puellam adfici inauditum ferebatur, a carnifice strangulatam: author Cor. Tac. lib. v. quæ historia nostram de his triumuiris coniecturam adiuuare uidetur. Per principes tamen omnia mutata sunt. Cæterum uerisimile est ea iudicia criminalia, quæ apud Sicambros exercentur (quos Vestfalos uocant) umbram aliquam quæstorum paricidij, & executores (quos Baldus Barifellos barbare, ut alia, nominat) uulgo seimer, triumuirorum capitalium imaginem principum priuilegio obtinuisse.

Et quia <sup>a</sup> magistratibus <sup>b</sup> uespertinis temporibus <sup>c</sup> in publicum esse in-  
 (T. N. ultis.) conueniens erat, quinque uiri constituti sunt cis Tyberim & (ultra) Tyberim, qui possint <sup>d</sup> promagistratibus fungi. Capta deinde <sup>e</sup> Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi prouincia, totidem prætores, quot prouinciæ <sup>f</sup> in ditionem uenerant, creati sunt: partim qui s urbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent. Deinde <sup>g</sup> Cor. Sylla <sup>i</sup> quæstiones publicas constituit: ueluti <sup>k</sup> de falso, <sup>l</sup> de paricidio, de sicarijs, de iniurijs: & prætores quatuor adiecit. Deinde C. Iulius Cæsar duos prætores & <sup>m</sup> duos ædiles, qui frumento præessent, & a Cerere cereales constituit: ita XII. prætores, VI. ædiles sunt creati. <sup>n</sup> Diuus deinde Augustus XVI. constituit prætores: post deinde diuus Claudius duos prætores adiecit, qui de <sup>o</sup> fideicommissis ius dicerent: ex quibus unum diuus Titus detraxit, & adiecit unum diuus Nerua, qui inter Fiscum & priuatos ius diceret: ita decem & octo prætores in ciuitate ius dicunt. Et hæc omnia, quoties in Repub. magistratus sunt, p obseruantur: quoties autem proficiscuntur, unus relinquitur qui ius dicat, isq; uocatur <sup>q</sup> præfectus urbi, qui præfectus <sup>r</sup> olim constituebatur: <sup>s</sup> postea uero <sup>t</sup> feriarū Latinarū causa introductus est, & quotannis obseruat. <sup>u</sup> Nam <sup>u</sup> præfectus annonæ & <sup>x</sup> uigilū, quanq̄ non sunt magistratus, sed extra ordinem utilitatis causa cōstituti sunt, tamē hi quos cis Tyberim <sup>y</sup> diximus: postea ædiles senatusconsulto creabant. Ergo ex his omnibus decem tribuni plebis, consules uero duo, decem & octo prætores, & sex ædiles in ciuitate iura reddebant.

<sup>a</sup> (Magistratibus.) Ex Fenestella tota quasi series huius textus desumpta est, ut satis plenā uindemiā ex aliorū sc̄tura Pomponius fecerit: quippe Fenestella cæsaris Teberij principatu longe ante Pomponiū uita defunctus est, ut scribit Plinius lib. xxxiij.



- b ¶ **Vespertinis.**) Iubet imperator autem de iudicijs, §. fedebunt, colla. vi. iudices matutino, meridie, & uespere iura reddere: ubi matutinum tempus pro mane sumitur: sic & Macrobius lib. i. Matutinos omnes ad aedes Vaccij adfuisse scribit. An autem sententia de nocte lata ualeat, Accurs. hic opponit de l. more, de fer. c. consuluit, de offi. deleg. Sed id ipsum ex uulgatis doctrinis cognoscitur.
- c ¶ **In publicum.**) Latinae obseruationis elegantia habet, ut indifferenter dicamus, in publicum esse, & in publico: sic in potestatem esse, & in potestate, & similia: quod Aulus Gellius libro. i. late probat. In dispositionibus tamen legalibus differentiam in praedictis plerumque aduertimus.
- d ¶ **Promagistratus.**) Nec enim erant magistratus, sed locum magistratum supplebant: ut dicimus aliquem fungi pro consule, pro praetore, protutore.
- e ¶ **Sardinia.**) in Tyrrheno seu Ligustico mari est insula, de Sardo Herculis filio nominata, quam primo bello Punico Romani subegerunt: In ea, ait Solinus, nec lupum gigni, nec serpentem habitare. Herba illic nascitur, quae nervos contrahit, ut ridenti similis moriat, qui eam esitauerit, unde in proverbio inuulgat, risus Sardonijs: quod Eras. *Sardonijs risus.* Roterodamus unicum Germaniae lumen, eleganter (ut omnia) in suis admirandis Adagiorum operibus complexus est. Super ceteris prouincijs ad historicos me refero.
- f ¶ **In ditionem.**) A dite ditio deriuatur, & potestatem significat seu facultatem. *Ditio.*
- g ¶ **Urbanis.**) Dicti quatuor praetores, licet propter prouincias obtentas crearentur, attamen distributi sunt eorum magistratus, ut etiam urbanis rebus pars praesesset: arg. quod effectus non regulatur ex causa impulsua, l. i. §. sexum, infra de postul.
- h ¶ **Cor. Sylla.**) In historijs non inueni, an de Sylla famigeratae crudelitatis homine, an de alio Cornelio intelligat: coniectura ducor eundem esse Syllam, qui tot caedibus capitum Romanorum insignis fuit. Sed de huiusmodi quaestionibus, de quibus textus noster loquitur, uerba in historijs, maxime apud Plutarchum non fiunt: itaque in medio relinquitur quis ille Sylla fuerit: nam & Pomponius Latus uir in inuestiganda uetustate diligens, super eo dubitasse uisus est.
- i ¶ **Quaestiones publicas.**) Iudicia criminalia intelligit: utpote quod ea inquisitionibus plerumque conficerentur. Cicero in. ij. Philip. Quid enim attinebit noua lege queri de eo quod hominem occidisset, cum esset legibus quaestio constituta: Dicebat Socrates *Socratis sententia.* ad Critonem, subuerti ciuitatem & patriam, in qua iudicia publica uim non haberent.
- k ¶ **De falso.**) ut infra ad l. Cornel. de fal. & sicar. per discursum.
- l ¶ **De paricidio.**) Incertum, Cor. Sylla, an alius eius legis author fuerit. Maturantius in Philippicis Ciceronis Syllam putat: hanc tamen legem principio a Cornelio institutam, magnus Pompeius postea adiuuit, atrociori poena in id facinus sancita, l. i. infra ad l. Pomp. de parici. ubi mentio fit, paricidas lege Cornelia teneri: & licet ibi lex Cornelia de sicarijs narretur, puto tamen ea uerba, de sicarijs §. subditicia esse, nec in textu poni debere, ut sic Accursio in glos. mag. in eo laborandum non fuerit. Sed dubitari poterit, quomodo Cornelius super crimine paricidij publicas quaestiones introduxerit, eum ante super eo publici fuissent magistratus: ut in §. & quia, supra ea. l. Respondeo paricida dupliciter intelligi: uno modo pro homicida uulgato, & sic loquitur d. §. Alio modo pro occisoribus parentum, et aliorum necessariorum, de quibus in d. l. i. infra ad l. Pomp. de paricid. mentio fit, pro eo crimine publico iudicia Cor. siue ille, siue alius, instituit.
- m ¶ **Duos aediles.**) Hoc & Fenestella docet. Fuerat autem eorum officium, praesesse frumento, omnemque curare rem frumentariam, ne penuria in urbe sit, de praefecto annonae postea dicitur. Hiero. contra Ruffinum in Apologia, Cereales nuncios appellat, ut interpretatur Erasmus, qui quaque uersum humorum per orbem spargant, a Cerecere, quae Neoptolemmum, ut triticum in orbem spargeret, misisse dicitur.
- n ¶ **Diuus deinde Augustus.**) Hoc & Fenestella (unde Iurisconsultus hoc transcripsit) dicit, deinde diuus Augustus, & c. licet communiter legatur, Pius deinde Augustus, non recte, cum

† ¶ **Additio.**  
Quod non est  
tutum, cum ex tex-  
torico eadem uer-  
ba habeantur.



recte, cum in historijs Augustus non sit nominatus Pius. Ceterum & Suetonius in uita Augusti scripsit ipsum praetores auxisse.

o ¶ (Fideicommissis.) Lego apud Suetonium, Iurisdictionem de fideicommissis, quae quotannis, & tantum in urbe magistratibus delegaretur, in perpetuum per prouincias magistratibus demandasse Claudium; inconstantem porro hunc imperatorem fuisse, qui paulo momento huc uel illuc impelleretur.

p ¶ (Observant.) Sensus est, eos qui supra sunt nominati magistratus pro se quenos secundum suae iurisdictionis naturam ius reddere, quoties in ciuitate Romana sint, et non proficiscant extra: at uero si bellorum causa urbem exierint, tunc quid iuris sit statim sequitur.

q ¶ (Praefectus urbis.) Is magistratus ad custodiam urbis, & ut ius dicat, constitutus est, si ceteri fuerint absentes, ut hic dicitur: ceterum ex superioribus cognitum est, etiam de ceteris locis praetorum constitutos, qui eis absentibus, iudicij praesentent, quos tamen ab istis praefectis distinctos puto. Heliogabalus Imperator, monstrum nulla uirtute redemptum, omnes lenones praefectos urbis facere destinarat, testis Lampridius.

r ¶ (Olim constituebatur.) Hoc & Fenestella scribit: & est sensus, hunc magistratum ceteris magistratibus absentibus constitui solitum, ita quod in eum casum pro tempore deputaretur: quod Cor. Tac. lib. v. apertius docet his uerbis: Namque antea praefectis demum regibus, ac mox magistratibus, ne urbs sine imperio foret, in tempus deligebatur qui ius redderet ac subitis mederetur. Sic & Fenestella, cum reges proficiscerentur, electos esse scribit, ad quos urbis custodia pertineret. Ceterum successu temporis hunc magistratum continuuum fuisse, Cor. lib. praedicto testatur, dum Pisonem praefecturae urbis uiginti annos praefuisse tradit. Eorum officium satis explicatur, l. i. infra de offi. praef. urb.

s ¶ (Postea uero.) Fenestella scribit, Cum multo tempore praefectus urbis creatus foret, demum illius ditione deleta, & ad praetorem translata, praefectum urbis Latinarum feriarum duntaxat creari coeptum esse. Hoc est quod Cor. Tacitus lib. praedicto dicit, simulacrum huius praefecturae durare, quoties ob ferias Latinas praeficiatur, qui consulare munus usurpet.

t ¶ (Feriae Latinarum.) Tarquinius Superbus ultimus Romanorum rex, per dolum redactis in suam manum Sabinis, & alijs etiam Latinorum populis in societatem persuasis, templum in monte Albano, Ioui Latiali constituit, ubi quotannis populi Latini cum Romanis nundinas celebrarent: adferentesque pars agnos, pars caseos, alij lactis mensuras Ioui sacrificarent: auctor Dionysius lib. iij. Eo tempore Latinis uisceratio, id est distributio carnis dabatur, ut Varro uoluit, & Liui. lib. xxxij. scribit conquestos esse Ardeates, quod eis uisceratio non daretur: de qua uisceratione Ser. lib. i. Aeneidos uerba facit. Haec feriae Latinae a populis Latinis dictae, quae non in tempus certum, sed ut Romanis placebat, concipiebantur: quare causa praefectum creari solitum Fenestella docet, a quo

Feriae Latinae.

Iurisconsultus haec mutuatus est. Scribit ad Atticum Cic. lib. i. amitam suam mortuam esse, quod ueritas sit ne Latinae feriae in officio non manerent, hostiaeque in montem Albanum non adducerentur. M. Antonius philosophus praefectus Latinarum fuit, in quo honore praeclearissime se ostendit: auctor Capitolinus. Plin. lib. xxvj. meminit quadrigas in capitolio ferijs Latinis certare solitas, absinthiumque bibisse qui uincerent.

u ¶ (Praefectus annonae.) Annonam anni alimentum dici, apud Cic. in lib. Diuinationum comperitur, qui de futura in macello annonae mentionem facit, nomine macelli forum intelligens. Olim cum dira fames urbem ita urgeret, ut multi obuolutis capitibus in Tyberim se praecipitarent, constitutum esse L. Minutium praefectum annonae, Liuius lib. iij. scribit, Fenestella eius originem aliquanto latius repetit. Officium praefecti annonae est (eodem Fenestella teste) populo Romano penuria laboranti coemere frumentum, aduehereque: sed & eos qui ultra proprios usus possiderent, compellere ut in medium ponant, omniaque iusto pretio uendant. Is praefectus annonae ab aedilibus cerealibus eo differt, quod hi iure ordinarij magistratus rem frumentariam curabant,

Officium praefectorum annonae



rabant, illi extra ordinem, si necessitas instabat, creabantur: eratque non perpetua, sed temporaria potestas. Videtur tamē hoc officium sub principibus, ut plerumque, uariasse, per tex. in l. ij. C. de appar. præf. anno. lib. xij. M. Sēius cū esset annonæ caritas, alle modium frumenti uendidisse tradit, qua ex re inueterata se inuidia liberauit, ut scribit Cæro. ij. Officiorum. Militarē annonam Primpilus diuisisse dicitur, ut ex Vegetio scribit Andreas Alciatus, l. ij. C. de primipil. lib. xij.

x **(Vigilum.)** Hos duos præfectos nō esse magistratus alibi nōn legi: denique Feneftella eos ambos magistratum gerere tradit: sed & in l. i. infra de offi. præf. uigil. per præfectum uigilum ius super effracturis, & alijs rebus reddi scribitur. Vnde puto eos propterea hic non dici magistratus, quia inter minores fuere, eisque senatus uocandi ius non erat, ut maioribus magistratibus: quod docet Gellius.

y **(Diximus.)** Sensus horū uerborum uix cohæret: sed ita intelligendū textum putamus, quod ij qui trans Tyberim deputarētur, licet nō essent magistratus (uicariam em̄ pro magistratu curam subierunt) tamē a senatu creabantur: Sic & ædiles, cum ante hac populi suffragijs, postea tamē & ipsos senatus consulto creatos fuisse: ut nō intelligas hos quinque uiros trans Tyberim postea ædiles factos: sic em̄ quæ sequuntur ad uersari prioribus uiderentur, cum colligendo numerū magistratuum, sex tantū ædiles recenseat. Itaque post uerbū, diximus, punctum faciendum puto: ut ædiles a præcedenti contextu, flexu uocis separentur: quæ expositio si tibi nō respondeat, Pandectarum archetypos consule. Fuere præterea alij Romæ magistratus, qui ideo hic tacent, quia ius nō dicebant: ut duumuii sacrorum, quinque uiros mensarij, qui usuris moderandis præfuerunt: fuere & duumuii municipales in oppidis, quibus ius Latij erat, qui magistratus proximie ad Decuriones accedebat: de quibus Iuriscons. in l. ij. d. si forte, infra de dam. infect. l. fi. C. de iudi. & alij nonnulli, quos apud historicos quæras.

a Iuris ciuilibis scientiam b plurimi & maximi uiri professi sunt: sed qui maximæ (dignitatis) apud populum Romanum fuerunt, eorū in præsentia mentio habenda est, ut appareat a quibus, & qualiter hæc iura orta & introducta sunt. Et quidem ex omnibus qui scientiam (nacti) sunt, ante Tiberium Coruncanum publice professus nemo traditur: ceteri autē adhuc uel in latenti ius ciuile retinere cogitabant, solumque consultoribus uocare potius, quam f discere uolentibus se præstabant.

a **(Iu. ciuilibis scientiam.)** Cuius cognitio semper summo honore habita est, teste in Officijs Cicerone: & qua nihil unquam boni optabilius, nihil præstantius mortalium generi dei munere uel fuit datum, uel dari potuit. Et proinde discendi a legibus indignissimum Cicerō putat in oratione pro Cluentio, quod hoc uinculum sit ciuitatis, hoc fundamentū libertatis, hic fons æquitatis; mens & animus, & consilium, & sententia ciuitatis posita sit in legibus. Vt em̄ corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine legibus, suis partibus & neruis, ac sanguine & membris uti non possit. Et in summa, legum iuribus circo omnes nos seruos esse, ut liberi esse possimus: quod omnia comoda nostra, iura, libertatem (ut paulo post dicit) salutē denique a legibus obtineamus. Et in oratione pro Cecinna: Nihil in ciuitate, inquit, tam diligenter retinendum, quam ius ciuile: quo sublato, nihil cuiquam exploratum esse potest quid suum, quid alienum sit.

b **(Plurimi.)** Hoc & apud Ciceronem, i. lib. de Oratore, Antonius fatetur, semper clarissimos in republica ciues huic scientiæ præfuisse. Sed & Crassus eodem libro, tam tam illustribus uiris diligentiam fuisse in iure constituendo, quantā in opibus imperij cooperandis. Vnde non immerito Plato ciuilem scientiā, regiam disciplinā in libro de Regno nominabat, quod ad reges & principes ea pertinere. Et certe ciuilibis uirtus hoc in primis & agit, & appetit, ut optima ciuitas constituatur: testis Alcino.

u Tiberium.



Noricus tamen  
tex. habet Ti-  
berium.

**c** Tiberium.) Titum lege, non Tiberium: ita em Cicero in plerisque locis, caeteri q; authores nominant: is Tusculano municipio oriundus, ut docet Cicero in oratione pro Planco, primus a plebe pontifex Max. creatus est: author Livijs lib. xvij. Tantam fuisse Titi Coruncani, Crassi q; ueteris, & Scipionis sapientiam, Cicero lib. iij. de Oratore tradidit, ut ad eos de omnibus diuinis & humanis referretur: idem q; & in senatu, & apud populum, & in causa amicorum, & domi & militiae, consilium suum, fidem q; praestabant. Caeterum apud Polybium lib. ij. post principium, lego Caium & Lucium Coruncanos ad Teucam reginam Illyriorum legatos missos, alterum q; iuniorum libertus locutum, a regina iussu interfici. Seneca in epistolis lib. xxi. eos qui uetusta ex alieno seculo uerba loquerentur, ad Appios & Coruncanos redire scribit.

**d** Additio. Professum neminem traditur.) Ita habet tex, Noricus, & est ordo: Traditur, neminem esse professum, &c.

**e** Vel in latenti.) Sic Cicero de Oratore, ueteres illos scribit, qui huic scientiae praefuissent, obtinenda atq; augenda potentiae suae causa promulgari artem suam noluisse, quod & in oratione pro Murena satis mordaciter deduxisse uisus est: sed suos oratori temporarios motus relinquimus.

**f** Additio.  
Cicc. lib. i. Acha-  
demi. quae est. in  
prim. dicit in-  
temperantis esse  
scribere quod  
occultare uelit.

**f** Discere uolentibus.) Poterat sua eos ratio defendere: putamus tamen eum, qui se facile praebet discere uolentibus, omni esse honore uenerandum. Seneca ad Lucilium scribens, omnia quae sciret, in alium transfundere desiderabat, imo reiecturum se eam sapientiam, quae uni ei inclusa seruanda committeretur, quod nullius boni sine socio iucunda sit possessio. Deriuent, inquit Sapiens, fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Denique apud Graecos, in prouerbium abiit, candidas & apertas esse Musarum fauvas: De me ipso sine iactantia uere hoc praedico, si exigua ea quae sentio, una hora in meos auditores intrudere possem, omnia fideliter communicaturum: nec enim minus est hominem docere scientiam, quam alimenta uitae subministrare, ut ait Bernardus. quamquam non ignorem, quid Sapiens alio loco doceat, A uersuto celari scientiam: Scripturam quippe multis patere ad abusum, Hieronymus querit. Et sunt nonnulli uel hodie tenebriones, qui sanctissimam iuris ciuili scientiam, quam ne ex uestibulo unquam salutarum, in uulgare aggressi, nescio quibus uel ludis uel corruptelis prophanant, sanctissimam philosophiae uestem, ut est apud Boethium, dilacerantes, ut direpta uel minima particula, passim sese impurissimi ardeliones ostentationis uanitate circumferant. Quamobrem si ueteres prudentes, hos abusus ueriti, nobilissimam iuris scripti scientiam in latenti, bono consilio habuere, non putamus ullo calculo improbandos.

Fuit autem **a** in primis peritus **b** Papirius, qui leges regias in unum contulit. **c** Ab hoc **d** Appius Claudius unus ex decemuiris, cuius maximum consilium in. xij. tabulis scribendis fuit.

**a** In primis.) id est, praecipue: nec ad ordinem referas, ut Accursius putauit. Ea enim nomina, facile, praecipue, in primis, praeter caeteris, &c. uim excedendi habent, & posituum exigunt, si Vallae credimus.

Papirius Prae-  
textatus.

**b** Papirius.) A quo Papirianum ius prodijt, ut supra a principio dictum est. Is uisus detur ille fuisse Papirius (nisi me coniectura fallat) qui puer in senatum cum patre ingreditus solutus, cum a matre aliquando, quid in senatu actum esset, etiam uerberibus additis, interrogaret: scito, prudenti q; figmento matrem elusit: Consultum esse respondens, an ex usu foret, uni uiro duas uxores permitti. Conquerentibus in senatu matronis in iriam, & ut paria uxoribus quoque licerent, postulantibus: puer rem gestam retulit, ut qui matris imperia eo comento euasisset: magna eum silentij seruandi laus secuta est, ei q; Praetextati agnomine inditum: author Macrobius. Quapropter in textu nostro, Praetextatum Papiriū legi non erit absurdum: nisi forte Petum legas, quod praenomen Papirijs gentilicium fuisse, Cicero in epistolis scribit, L. Papirius pocillum uini loui uouisse scribitur,



scribitur, si Samnites uicisset: author Plinius lib. xiii. tanta ueteris fuit parsimonia. Ali-  
bi lib. vii. Plinius Cneij Papirij meminit, quem & cū dentibus natum esse scribit.

¶ Additio. Hec  
gloss. intermitti  
poterit, cum ara-  
chetypus habeat,  
at, Sextus.

c. ¶ Ab hoc, id est, post illum Papirium: non tamen intelligas immediate, licet ea sit  
natura huius prepositionis: ut in d. initium, supra eo, diximus, magno enim temporis  
interuallo post Papirium, Appius decemuir Romæ uiguit.

d. ¶ Appius. De quo satis multa diximus in d. initium, supra eo, quo in legibus cō-  
stituendis nemo fuit præclarior, asserendis nemo deterior. Quam qui initia uirtutū  
præbuit, etiam morum exhibere magisteria, teste Cypriano, phas fuisse.

a. Post hunc b. Appius Claudius eiusdem generis maximā scientiā habuit:  
hic (Centimanus) appellatus est, & d. Appiam uiam strauit, & e. Clau-  
diam aquā induxit, et f. de Pyrrho in urbem nō recipiendo g. sententiā tu-  
lit. h. Hūc actiones etiam scripsisse traditū est: i. primū de usurpationibus,  
qui liber nō extat. k. Idem l. Appius Claudius (usu) qui uideat m. ab hoc pro-  
cessisse, r. literā n. inuenit, ut pro Valerij Valerij essent, & pro Fusij Furij.

T.N. (Cæcus)

(Vsu) hoc addit  
tex. noricus, non  
uideo cur.

a. ¶ Post hunc. Hic textus quasi ubiq; deprauatus est inscitia librariorū, qui ut sunt  
plerunq; indocti, ita cæci iudicio, ausu temerarij, aduenticia ueris immiscent, syncera  
fœdant, ordinata peruertunt. Hic enim Appius, de quo præsens textus loquitur, non  
fuit Centimanus appellatus, sed posterior Appius, qui & literā, r. introduxisset, & de  
iure ciuili scripsisse traditur. Et esset forte textus uerior, si ita locaret: Post hūc Appius  
Claudius eiusdem generis maximam scientiā habuit: hic Cæcus appellatus est: Appiā  
uiam strauit, & Claudiā aquam induxit, & de Pyrrho in urbem nō recipiendo senten-  
tiam tulit. Hūc etiam actiones scripsisse traditū est, inde Appius Claudius: hic Centi-  
manus appellatus est, qui uideat ab hoc processisse, primus de usurpationibus scripsit,  
qui liber nō extat, & r. literam inuenit, ut pro Valerij Valerij essent, pro Fusij Furij.  
Sed ad ueras p̄dectas puoco, interim hæc mea boni cōsule, quoad certiora inueneris.

¶ Additio.  
Hæc emendatio  
textus probabis-  
lis est, dum supra  
à princi. Cæcum  
addas.

A quo r, litera  
primū inuenta

b. ¶ Appius Claudius. Hic a. superiori Appio decemuiro descendens, nobilitatis e-  
gregius assertor fuit, tribunicijs q; & plebeis nouatiōibus ualidissime restitit, iuris sci-  
entia, dicendi q; arte clarissimus, ita ut Liuus eū iuris & eloquentiæ consultū lib. x. no-  
minet. Hic cū censor potitios sacerdotes corrupisset, ut ad sacra Herculis ferui recipe-  
rent, a numine cæcatus fert. Sed & Potitorū genus defecit, triginta puberibus intra  
annū extinctis, Valerius libro. i. De huius Appij rebus gestis Liuus lib. ix. & plerisq;  
locis meminit: cōplures em annos usq; ad ultimā senectam uixit, summis functus ma-  
gistratibus: quatuor filios, quinq; filias, deniq; plures clientelas in ipsa cæcitate trans-  
quille, prudenter & forti animo regens: ut scribit Cicero de Senectute, & Valerius  
libro. viij.

c. ¶ Hic centimanus. Supra docuimus adulterina esse illa uerba & subdititia, cū non  
iste Appius, sed posterior ille, de quo sequitur, Centimalus appelletur: nam et nomen  
centimali in centimanum deprauatur: ut suo ordine dicam.

d. ¶ Appiam uiam strauit. Appium hanc uiam a. porta Capena usq; ad urbem Ca-  
puam muniendam curasse, uilius Frontinus, author est. Strabo lib. vi. usq; ad Brundu-  
sum strauisse scribit: quod patet refert propter modicam locorum distantiam. Apud  
Iurisconsultū in l. uxorem. d. concubinæ, infra de leg. iij. mentio fit fundi legati in Ap-  
piā: ubi Accur. cui de uia Appiā forte nihil cognitum fuit, alternata expositione, pro  
Appiā, mancipia legit, satis improuide, Clodium Milonem Appiā occidisse traditur.

e. ¶ Claudiā aquam. Anienem fluuium significat, Appius enim prædictus cū esset  
censor, eam aquam Romam indoxit, & propterea censuram sibi contra legem Aemi-  
liam, in quinquennium prorogauit, ut eum aqua ductum & uiam Appiā perficeret:  
author Frontinus, Successu tamen temporis, cum is aqua ductus uetustate quas-

u 2 faretur,



faretur, M. Titio prætori eius reficiendæ negociū datum est. Appiadas deas, Venere-  
rem, Pallada, & alias a ueteribus nominatas, Ludouicus Cælius docet, quod ad Cæs-  
saris forum, in quod dicta sit aqua deducta, earum templa erecta fuerint.

f ¶ (De Pyrrho.) Is Pyrrhus rex Epirotarum, a Tarentinis cōtra Romanos in auxi-  
lium uocatus: cum illatis et acceptis bello cladibus, Cyneam legatū ad senatū misisset,  
ut cōponendæ pacis causa rex in urbem reciperetur, iam q; senatus inclinare uideret,

Appius Cæcus. Appius ille cæcus, re cōperta, cum præ senio ambulare non posset, sella in senatū ues-  
ctus, luculenta oratione, ne pace facta Pyrrhus in urbem reciperet obtinuit: de quo  
Luius lib. xiiij. Valerius lib. viij. Plutarchus in uita Pyrrhi, & Florus in Epitomis.

g ¶ (Sententiam tulit.) oratione sua quid faciendum esset, suasisit: optabat enim & sur-  
dus quoq; esse, nedum cæcus, ne id flagitij audiret, quod de recipiendo in urbem re-  
ge parabatur. Huius Appij meminit l. i. §. casum, infra de postul.

h ¶ (Hunc.) Appium. Nam & in. §. postea, supra eo, patuit actiones ab eo scriptas,  
quas Cn. Flauius scriba suus una cum libris fastorum toto foro exposuit.

i ¶ (Primum.) Lege, primus: sed & hæc uerba posteriori Appio adscribenda puta-  
uerim, ut supra diximus, adiuncto uerbo, scripsit. Appium em̄ tertium a Papirio in  
iura ciuilia scripsisse, Raphaël Volaterranus testatur, testimonio Iurisconsulti nostri  
ad hoc citato, ut credibile sit ueriores textum Raphaëli contigisse.

k ¶ (Idem.) Puto legendum, inde: & ita lego, nec em̄ sensus aliquis idoneus elicere-  
tur. Nam quid referat uerbum, idem: an Appium Cæcum: at tunc uerba sequentia,  
scilicet qui uidetur ab hoc processisse, nō quadrabunt: a quo em̄ procedere uidetur:  
an a seipso: sed hoc ridiculum esset, an dices ab Appio decemuiro: at illud Latinæ rei  
elegantiā nō patitur. Præterea cum supra dixerat Appium cæcum eiusdem fuisse ge-  
neris cum Appio decemuiro, quomodo hic sub ambiguo repeteret, quod supra cer-  
tū posuit: Tu ergo sine trepidatione legas, inde: ut sensus sit: Ab Appio cæco Ap-  
pium Centimalum processisse, qui r, literam, &c.

Appius Clau-  
dius.

l ¶ (Appius Claudius.) Alium hic Claudium Iurisconsultus adducit, qui inde, id est,  
ab Appio cæco descendisse uidetur: siquidem ex historijs cognitum est, eundem Cæ-  
cum quatuor filios reliquisse, ex quibus Claudioꝝ familia usq; in Tiberium Cæsare,  
ut docet Suetonius, propagata est: & porro probabile, eum hic significari Claudiū,  
qui Centimalus a Cicerone lib. iij. Officiorū nominatur: qui tempore Catonis Cen-  
sorini Romæ uixit, longo atatum intervallo post Appium cæcum: quapropter non  
iniuria, ea quæ de Centimano supra a principio textus nostri scribunt, huc referen-  
da censui, non autem legendum Centimanium, sed Centimalum. Quid si Centonem  
legas: Nam & Gellius Appij cæcifilium Centonem nominat, ut qui lib. xvij. L. Li-  
uium poëtam fabulas Romæ docere cœpisse scribat, anno ferme quingentesimo post  
Romam conditam, Claudio Centone Appij cæci filio, & M. Sempronio Tuditano  
consulibus. Quod certum (si etiā de nomine parum conueniat) nostram coniecturam,  
quam supra diximus, multum adiuuat.

m ¶ (Ab hoc.) intellige Appio cæco. Non autem ociose sub ambiguo loquitur Iuris-  
consultus, cum dicit uideri eum ab Appio cæco processisse: cum enim, ut Suetonius  
in uita Tiberij, & Q. Asconius prodidit, duræ fuerint Appiorum familiæ, patricia  
& plebeia, dubitare Iurisconsultus potuit, an hic Centimalus ab eo qui patricius erat,  
an a plebeio processerit.

n ¶ (Inuenit.) Si Raphaëli Volaterrano credendum sit, is posterior Appius, non ille  
cæcus, r, pro, s, introduxit: dicit enim ita in digestis scribi: ut uerisimile putem ex ueris  
textibus ea fundari, quæ supra scripsimus.

(Sempronius)  
ita habet textus  
Noricius.

Fuit post eos maximæ scientiæ (Symphronius) quem Po. Ro. b So-  
phon appellauit: nec quisquā ante hunc hoc nomine cognominatus est.  
Sed & C.



<sup>a</sup> Sed & C. Scipio Nasica, qui <sup>c</sup> optimus a Senatu appellatus est: cui etiam publice domus in & sacra uia data est, quo <sup>b</sup> facilius consuli posset.

<sup>a</sup> (Symphronius.) De hoc uiro nihil me legere memini: uerisimile tamen est, magnū fuisse, qui præclaros honoris titulos meruerit. quid tamen si <sup>†</sup> Sempronium legas? Nam plures Romæ, & præcipue duos illustres Sempronios, Longū & Tuditanum fuisse uiros consulares, Lilius tum alibi, tum lib. xxxix. scribit. Coniecturam adiuuat, quod hi tempore Catonis Porcij, & Scipionis Nasicæ fuerunt: scribit etiam Lilius loco prædicto, quosdam Romanorum scientia iuris, Catonē uero uersatili ingenio ad summa prouectū. Supra adnotauimus M. Sempronium Tuditanum cum Appio Centone consule fuisse.

<sup>†</sup> que gloss. est uerior.

<sup>b</sup> (Sophon.) Textus communiter habent sophia: sed sophon legi, etiam alijs placuit. Domitius in Martialem adnotauit, Græcos cum alicuius scripta uel legerent, uel audirent, assentando subieciisse sophos, id est sapiens, uel doctus est: hinc mos tractus, ut qui impensius laudaretur, sophos diceret. Martialis, Quod tam grande sophos clamat ubi turba togata, Non tam Pomponi cœna diserta tua est. Iudæorum doctores a plebe sophi, id est sapientes, teste Hieronymo ad Algariam, olim nominati sunt.

Sophos.

<sup>c</sup> (Nec quisquam.) Intelligo neminem ex Romanis ante hunc Sempronium ea laude honoratum, ut Sophos ei acclamaretur: uerum septē illa Græciæ lumina, Thales, Bias, Solon, & alij, multo ante sophi, id est sapientes, nominati sunt.

<sup>d</sup> (C. Scipio Nasica.) Credo corrupte Caium legi: nam teste Lilio, Plinio, & cæteris, prænomine P. nominatus est, quem Valerius togatæ potentia clarum lumen nominat, eiusque res gestas pulchre magnificat. Scipionum autem familiam, a Scipione, id est baculo nominatam, Macrobius scribit: quod Cornelius patrem luminibus carentem pro baculo gerebat: insignis filij in parentem pietas.

<sup>e</sup> (Optimus.) Apud Lilius lib. ix. tertiæ Decadis scribitur, Romanos cum matrem Idæam aduecturi essent, ab oraculo Apollinis iussos, eam optimo uiro inter Romanos committi hospicio, communi que patrum conscriptorum sententia, P. Scipionem filium eius, qui in Hispania ceciderat, adolecentem ne edum questorium, optimum fuisse iudicatum. Plinius in libro de uiris illustribus: P. inquit Scipio Nasica, uir optimus iudicatus, matrem deum hospicio excepit, quod & eam laudis præconio Solinus celebrat, afferens hoc patrum iudicio luculenter ostendi, admirandam fuisse eius dexteritatē, quod in florentissima urbe inter multa nobilium milia unus inuentus sit, qui sanctitate cæteris præmineret. Hic Nasica diem certas discrete in horas: siquidem ante illum uix uesper erat disiectus ab ortu, ut Sabellicus cecinit. Porro Nasica, teste Augustino lib. i. de ciuitate dei, cum esset pontifex Max. theatrum constitui uetuit, ne Græca luxuria obreperet ad uirtutem Romanorum labefactandam, denique Tib. Gracchum Remp. uarijs seditionibus euertere pergentem, auxilio honorum interfecit, rei que publicæ libertatem restituit: sed ab ingrata patria Pergamum sub specie legationis in exilium missus est: auctore Valerio lib. v. Habet hoc insigne, hoc præcipuum iuris scientia, si iusto fine discit, ut uirtutes uel reddat illustriores, quas inuenit: uel non inuentas uelut manu introducat: sed sæpe fit, ut quæ in medium utiliter a doctis consultis sunt, parum grate recipiantur. Tu uide ne in causa sit, quod sanctitas legum, iniquissimorum corruptione aduocatorum ad quæstum proflare cernitur, apud quos aliquid quando pluris fit. Speculatoris technæ, que elegans textuum sinceritas. Sed quæ eis cum textibus communiō sit, quos sæpe non intelligunt.

Scipio Nasica.

<sup>f</sup> (Publice.) Plinius de uiris illustribus, Scipionem scribit eloquentia primū, iuris scientia consultissimum fuisse, & ingenio sapientissimū, & proinde corculum uulgo nominatum. Ex quibus facile colligi poterit domum ei publice datam, ex qua commodius adiretur. Ingens olim erat honor, si cui publice domus daretur, quem tamen honorem paucissimi consecuti sunt. Valerio domus publice ædificata fuisse traditur: sic



& Ciceroni, & Claudio necdum imperatori, domus amissæ, publicis impensis sunt restituta: authores Asconius, Suetonius.

*Sacra uia.* g ¶ *Sacra uia.*) Per hanc uiam augures in arcem profecti inaugurabant, sacra Romanorum in Capitolium per eam uehebantur: sed & triumphantes in Capitolium hac uecti sunt, ideo sacra dicta: authores Varro & alij. Festus ideo sacram dici autumat, quod in ea fœdus initum sit inter Romulum & Tatium regem Sabinorum. Olim cæsar sacram uiam, uelis a' domo sua in cliuum usq; Capitolinum intexuit. Porro Vitellius deficiente suo imperio, per totum sacræ uia' spacium, inter magna rerum & uerborum ludibria, in forum tractus est: author Suetonius.

b ¶ *Facilius.*) Colligit hic Bald. domos Doctoribus cōmodas locari, ut adiri facile & consuli possint. Cicero in oratione quadam, domū suam omnib<sup>9</sup> patuisse gloriatur.

¶ Deinde Q. Fabius qui ad Carthaginenses missus legatus, cum essent duæ b tesseræ positæ, una pacis, altera belli: arbitrio sibi dato, utram uellet referre Romam: utramq; sustulit, & ait: Carthaginenses petere debere, utram mallent accipere. Post hos fuit c Tib. Coruncanus, ut dixi, qui primus profiteri cœpit: cuius tamen d scriptū nullum extat, sed respon-

(compluria) sa (quamplura) & memorabilia eius fuerunt.

† ¶ *Additio.* ¶ *Deinde Q. Mut.*) † Q. Fabius lege, non Mutius: nā de Mutijs tempora nō quadrant. Aulus Gellius lib. x. a' Q. Fabio imperatore Romano, epistolam ad Carthaginenses, & cum ea hastam & caduceum, belli & pacis signa missa scribit: data optione, utrum eligerent: eos q; neutrum eligere uoluisse, sed Fabio arbitrium eligendi reliquisse. M. autem Varro, non hastam & caduceum: sed tesserulas, in quibus simularum horum signorum fuerint, Carthaginem demissa tradidit: ut Gellius loco prædicto adnotauit. Hanc tamen historiam aliter tradidere, T. Liuius lib. i. tertiæ Decadis, & Florus in Epitomis. Secundi em̄ belli Carthaginensis initio, cum Saguntus ab Hannibale obsideretur, Q. Fabium, cum cæteris legatis, Carthaginem missum, eum q; cum de fœderibus ruptis quereretur, & a' Carthaginensibus aliæ ex alijs causis neccerentur, dixisse narratur, suo se sinu bellum adferre uel pacem, utrum eligant, & cum Carthaginenses ei arbitrium, uel pacem, uel bellum eligendi dedissent: excusso togæ gremio, bellum effudisse, & uelut præsentem iam classico, omnia horrore compleuisse: adeo inter se parum conuenit historicis.

*Tessera.* b ¶ *Tessera.*) Signum intellige, quo cognoscitur, bellum ne, an pax deferatur, est & symbolum bellicum, quod in aciem prodeuntibus dabatur, ne confusione distraherentur, & ut inter se ab hostibus cognoscerent: testis Ser. super illud Verg. in septimo: In bello tessera signum. Eas Palamedes inuenisse scribitur: de quo Sabellicus: At belli signum, uigiles, & tessera magni sunt Palamedis opus, statuit q; hæc pergamæ circumduxit ille. Deniq; tesseram frumentariam dicimus: quam qui ostendebat, in urbe Roma frumentum pro portione accepit. Accur. in l. mortuo boue. §. i. infra de leg. ij. intelligit per tesseram uas, quo soli ciues Romani frumentum metirentur, quæ expositio tam imperita q; falsa, causam dedit, ut ibi glossarum utilis extenderetur. Pari errore labitur in l. sed & si susceperit. §. i. de iudi. Scribit quoq; Erasmus ille Rotterdamus, uir doctissimus, antiqui moris fuisse hospitibus tesseram dari: quam qui attulisset, pro hospite agnoscebatur: & qui ius hospitij uiolasset, tesseram confregisse diceretur, quod & Budæus in suis elegantiss. adnotationibus late tractat. Nos supra tesseram, publicæ securitatis pro eo nominauimus, quod uulgus saluum conductum dicit. Non ignoro apud Marcialem & alios, tesseras usurpari pro taxillis lusorijs: sed ea extensius prosequi Grammaticorum fuerit.

c ¶ *Tib. Coruncan.*) Supra attigim<sup>9</sup>, qd de Corunca, apud scriptores inuenim<sup>9</sup>.  
Scriptum.



<sup>d</sup> **(Scriptum.)** Hic Coruncanus Socratē imitatus, qui ipse cū moralia præcepta traderet, scholam q̄ morali philosophiæ aperuisset, nihil post se scripti reliquisse tradit.

Deinde Sex. <sup>a</sup> Aelius, & frater eius P. Aelius <sup>b</sup> ac filius, & <sup>c</sup> P. Attilius, maximā scientiam in profitendo habuerunt, & <sup>d</sup> duo Aelij etiā consules fuere. Attilius aut̄ primus à populo <sup>e</sup> sapiens nominatus est. *f* S. Aelium etiā Ennius laudauit, & extat illius liber, qui dicitur Tripartita, qui liber ueluti cunabula iuris cōtinet. Tripartita aut̄ dicitur, quod <sup>b</sup> lege. xij. tab. preposita iungitur interpretatio, deinde subtextitur legis actio: eiusdem esse tres alij libri referuntur, quos tamen quidā negant eiusdem esse.

<sup>a</sup> **(Cecilius.)** corrige, Aelius: nam tota series textus nostri de Aelijs loquitur: cum & P. Aelius frater huius Sexti per Iuriscōsultum adducatur, & eosdem duos Aelios cōsules fuisse scribatur. Deniq̄ Cecilius plusq̄ centum annos post Aelios iura professus est, ut alio loco dicam.

<sup>b</sup> **(Ac filius.)** Magna felicitas est si a patre claro filius nō degeneret. Suauia etiā studia (ut inquit Philostratus in Sophistis) illa sunt, quæ a parentibus & maioribus insunt: meliores quoq̄ artes, quæ hæditarario iure cōparantur: quamuis eo plerunq̄ infortunio premantur uiri splendidi, ut sui similes filios nō relinquunt. Hoc em̄ Ciceroni, hoc Q. Hortensio, hoc Herodi Atheniensi, hoc alijs euenisse cōpertum est. Epaminondas dux Thebanus clarissimus uxorem ducere noluit, ne filiū sustolleret, Pelopidæ exemplo deterritus, quod uir clarus infamem filium genuerit: testis Aemilius, Aelianus sophista apud Philostratum, liberorū procreandorum opera se nunq̄ oblectatum fuisse prædicare solebat. Augustus cum infeliciter ei filia cederet, Vtinam ait, sine uxore esse, & sine liberis mori liceret. Euripides felicem dicebat orbitatē, liberis caruisse. Cællius quia orbis erat, liberrime in tempora sua inuectus est: ut post diceat. Protagoras apud Platonem Socrati prolixo sermone differit, qua nam ratione fiat, ut bonorū patrum mali sint filij. Alibi Socrates apud Platonem lib. iij. de Legibus, eam labem, indulgentiæ matrum acceptā refert. Vtrosq̄ Strozas patrem & filiū, nobilissimos poetas nouimus: ita & Celsi pater & filius Iuriscōsulti clarissimi fuisse scribuntur, ut in sine legis nostræ patere poterit. Hellogabalus imperator, uel potius imperij colluuius, filios se nolle dicebat, ne quis ei frugi contingeret.

Boni parentis  
mali filij.

<sup>c</sup> **(P. Attilius.)** De hoc nihil comperi. Attiliorum tamē familiam claram fuisse constat, de quibus saepe fit mentio apud historicos. nam & Attilij Reguli, & M. Attilij Glabronis, aliorumq̄ uirtus non est in obscuro.

<sup>d</sup> **(Duo Aelij.)** Intellige Sextum & P. fratres supra nominatos.

<sup>e</sup> **(Sapiens.)** Sed quomodo Attilius a po. Ro. primo sapiens appellatus est, cum supra in. 6. fuit post eos. Symphroniū, uel Semproniū, Po. Ro. Sophon, id est sapientē appellauerit? Nodus nini inexplicabilis uidet, nisi dicas Symphroniū ab eminentia uariarū disciplinarū Sophon, eo fine appellatū, quo septē sapientes Sophi dicebant: hunc aut̄ Attilium, sapientiæ ciuiliſ titulū inter alias doctrinas præcipue meruisse.

Nodus indif  
ficilis.

**(Additio.)** (Quid si dicas inter publicos iuris professores primum fuisse Aelium sapientem nominatum: At Sempronius, & si nominaretur Sophon, tamen inter iuris professores non erat numeratus.)

*f* **(S. Aelium.)** Qui supra in textu deprauato, S. Cecilius scribebatur. Aeliorum familiam nobilem & uetustam fuisse, cæterum pauperem, Valerius lib. iij. scribit, ita ut xvi. eius familiæ unam domum habitarent. Catus Aelius cum in fictilibus prandisset, legatos Etolorum uasa argentea offerentes repulit: testis Plinius lib. xxxiij. Sextū tñ Aelium, de quo tex. noster, uirū fuisse legalis scientiæ peritissimū, apud omnes constat: cuius



stat: cuius Cicero in primo Tusculan. & in primo de Oratore, alibi q̄ saepe meminit.  
 Ennius poeta g ¶ Ennius.) A Rudijs oppido Salentinorum ortus est: Eusebius Tarentinū facit.  
 Epicus poeta primus Latinorū, ut opinatur apud Horatium Porphyrio, heroica attig-  
 git. in Auentino colle domum habuisse dicitur, tenui adeo uictu, ut unius ancillæ mi-  
 nisterio contentus fuerit, cum tamen amicos habuerit clarissimos urbis principes Ca-  
 tonem & Scipionem Africanum, in cuius etiam sepulchro tumulatus fuisse traditur,  
 qui eū Romam duxerat, cum quæstor Sardiniam obtinisset: quod Aemilius nō mi-  
 noris q̄ quemlibet amplissimum triumphum æstimauit. Is dum uino nimium indul-  
 sisset, teste Sereno, in articulare morbū incidit, alioquin uir fide, modestia & probi-  
 tate cōspiciuus: & ut ipse de se carmine scripisse dicitur, doctus erat, fidelis, suauis, ho-  
 mo facundus, suo q̄ contentus, secunda loquens, in tempore commodus, & uerborū  
 uir paucorū, multa tenens antiqua sepulta, qui & loqui & tacere posset. Vergilius cū  
 carmina ex libro Ennii uersaret, interrogatus quid faceret: Aurū, inquit, ex stercore  
 colligo, ita diuite, diuino q̄ ingenio Ennius fuit: sed ut ea erat ætas, latino duriusculo.

Quintilianus Quintilianus poetam Ennium pari ueneratione colendū statuit, qua sacros uetustas  
 telucos, in quibus grandia & antiqua robora, non tantam habent speciem, quantam  
 religionem. Huius Ennii de supradicto S. Aelio præconium insigne fuit, cum diceret:  
 Egregie cordatus homo Sex. Aelius Catus, testis Cice. in primo Tuscu. & alibi.  
 b ¶ Lege. xij. tab.) In hac tripartita, primo legis xij. tab. textus proponebatur, deinde  
 eius interpretatio, & post actio legis: hoc est, quomodo lege agi possit, ne formulis ne-  
 glectis causa caderetur, quas tamen formulas sublatas fuisse supra scripsimus. Crassus  
 apud Ciceronem, i. lib. de Oratore, quosdam commentarios S. Aelii memorat.

Hæc uerba (Cato deinde) subdi-  
 tiua sunt. Hos sectatus ad aliqd est a (Cato, deinde) M. Cato princeps b Portiæ fami-  
 liae, c cuius & libri extāt: sed plurimi d filij eius, e ex quibus cæteri oriunt.

a ¶ Cato.) Hunc textum deprauatum esse uereor: nam ante eum Catonem, qui Por-  
 tia familiae princeps fuit, nullus alius Cato præcessisse legitur, nisi pro eodem legas, q̄  
 opus hac glossa, scilicet Cato hos sit sectatus, deinde M. Cato, id est, qui deinde M. Cato nominatus, &  
 quia uere deprauatus est textus. b ¶ Portiæ.) Is senior Cato primus inter Catones fuit, qui Portius cognominatus, fa-  
 miliae suæ cognomen reliquit: ortus municipio Tusculano, hortatu L. Valerij Flacci

Cato Portius. Romam demigrauit, in foro esse cepit, xvij. annos natus militauit: Ennio præceptore  
 literas Græcas senex didicit: is Cato censor cum L. Valerio ei potestati se uere præfuit:  
 nam in complures nobiles animaduertit, multas q̄ res nouas in edictum addidit: ut lu-  
 xuria quæ iam pullulare coeperat, reprimeretur: suscepit plurimas inimicitias: a mul-  
 tis etiam tentatus, non modo nullum detrimentum existimationis fecit, sed quoad ui-  
 xit, uirtutum laude creuit: nam ab inimicis quater & quadragies capitis accusatus sem-  
 per fuit absolutus. Agricola solers, peritus iuriscōsultus, magnus Imperator, Orator  
 probabilis, & cupidissimus literarum fuit. Tria detestari solebat, a canum aliquod fœ-  
 minæ credere: item nauis transisse quo pedibus licuisset, & poro si qua dies ei per in-  
 curiam effluxisset. In mancipia senio debilitata rigidior fuit, quippe qui ea ut bruta a  
 animalia domo eiiceret. quo nomine male audiit, parcus admodum & frugalis. Eius  
 hæc egregia sententia ad senatum pro Rhodiensibus fuit: Aduersæ res, inquit, se do-  
 mant, & docent quid opus sit factu: secundæ res lætitia transuersum trudere solent a  
 uero consulendo & intelligendo. Hæc & plura ex Aemilio prob. Plinio, Plutarcho,  
 Aulo Gellio. Titus Liuius lib. xxxix. tantam uim animi, ingenij q̄ Catoni fuisse scri-  
 bit, ut quocunq̄ loco natus esset, forsanam sibi ipse facturum uideretur: nullam artem  
 neq̄ priuatæ, neq̄ publicæ rei ei defuisse, urbanas rusticas q̄ iuxta calluisse: uersatile  
 ingenium ita ei ad iuris scientiam, ad eloquentiam, ad rem militarem fuisse, ut natū ad  
 id unum diceres, quodcunq̄ ageret: summum Imperatorem, iuris peritissimum, elo-  
 quentissimum

Tria à Catone  
 detestata.

Catonis snia.



quentissimum extitisse: & multa præclara alia de eo subsequuntur.

¶ Cuius & libri extant.) Eius Catonis, de quo iam meminim⁹, aliquos iuris civilis libros fuisse, Cicero testis, apud quem, i. lib. de Oratore, Antonius disserit, Catonis & Brutilibros nō generalia, sed per singulas personas singula iura complecti: quod certe posterior ætas nō est secuta, sed generaliter iura cōstituuntur. I. iura. infra de legi. Accur. tamen in l. mutus. §. i. infra de procur. nō improbabiler opinatur edictū super procuratorib⁹ ideo prohibitoriuū esse, quod certæ personæ prohibeant, quamuis alias edicta generaliter, nō in psonas certas proponi solent. Et ita nup̄ Guilielmo Riethemer acri et subtili ingenio adulescenti, auditori nostro amātissimo respōdim⁹, cuius olim nomē cū primis enitebit in iure civili adserendo, si recta, ut cœpit, pergat.

¶ Filij eius.) In genituo legas periculomeo, ut sensus sit: plures fuisse liberos filij eiusdē Catonis. Nā ut ex Apollinari apud Gelliū lib. xiiij. discimus, Cato senior duos habuit filios matrib⁹ diuersis, & ætate longe dispares; alterū maiorem, qui prætor de signatus, patre uiuo mortuus est, & egregios de iuris disciplina libros reliquit. Hunc Pomponius noster significauit, cum dicit filium Catonis senioris plurimos libros reliquisse: Alterum prædictus Cato Portius iam senex ex filia Salonij scribæ eius sustulit, Salonianū nominatum: cuius pronepos fuisse scribitur M. Cato Stoicus, qui se bello civili Vticæ interfecit. Ergo si quid iuris civilis a Catonib⁹ extiterit, nō a M. Catoe Vticensi, cui ut Stoico philosopho nihil cū iure civili cōmune fuit, sed a maiore filio M. Catonis censorini prodijt. Proinde quod in l. iij. §. Cato. infra de verb. oblig. uerba Catonis recitantur, nō est Vticensis Cato; sed prior censorini filius intelligendus: licet Ludouicus Bologninus eundem textū nō sine inuisa uerborū pompa, tanq̄ intempestiuus & male cautus nouator, Vticensi adscribat, tam non uere q̄ imperite: sed totū eū textū Bologninus non intellexerat, ut late probauimus per glossas nostras, quas ad d. §. Cato. propter nouum textum, & adiecimus & publice legimus.

¶ Ex quibus, libris Catonis; ut sit sensus, ea quæ a cæteris sunt Iuriconsultis conscripta; ortum & radicem ex dictis libris accepisse.

¶ Additio.  
Cato Stoicus,  
hunc in uirtutū  
uia imaginē no  
minat Seneca  
in lib. de trans  
quillitate uite  
ante si.

Post hos fuerunt <sup>a</sup> Publius Mutius, <sup>b</sup> Brutus & <sup>c</sup> Manilius, qui fundauerunt ius civile: ex ijs Publius Mutius etiam decem libellos reliquit, Brutus septem, Manilius tres: & extant <sup>d</sup> uolumina inscripta, Manilij monumenta. <sup>e</sup> Illi duo consulares fuerunt, Brutus prætorius, Publius autem Mutius etiam <sup>f</sup> pontifex maximus.

¶ Publius Mutius.) Cicero lib. i. de Oratore antefi. in persona Antonij, si quereretur, inquit, quis nam Iuriscōsultus uere nominaretur, Sex, Aelium, M. Manilium, P. Mutium nominarem, & alibi lib. ij. dicit Anto. Ab initio rerum Romanarum usq̄ ad P. Mutium Pont. Max. res omnes singulorum annorum mandasse literis Pontificem Maxi. Hij Iuriconsulti, nempe Brutus & Manilius de uetustiori iuris prudentia fuere, quo casu tunc imperfecta erat ea prudentia, ut non sit mirum, eos satis improuide errasse in l. i. §. Neracius. de acqui. poss. opinati thesaurū in fundo usucapi cum fundo posse, etiam ignorato thesauro, ut ibi latius diximus.

Noua glossa.

¶ Brutus.) Decium Brutum uirum prætorium tres in iure civili libellos reliquisse, Crassus per facetiam memorat, apud Ciceronē secundo de Oratore: ubi de genere facitiarū agitur, Brutorū familiam Romæ claram & nobilem fuisse nemo ignorat.

¶ Manilius.) Huius Marci Manilij meminit Antonius apud Ciceronē in primo libro de Oratore, dum S. Aelium, Marcum Manilium, & P. Mutium in genere Iuriconsultorum adducit, Cicero porro in libro de claris Oratorib⁹, hunc Manilium copiosorem fuisse P. Scæuola, nec multo minus prudentem scribit. Eius Manilij meminit etiam Cicero libro, iij. de Oratore, ubi Crassus dicit se uidisse transuerso foro

x ambulantem,



ambulantem, ut sic ciuibus omnib<sup>9</sup> consulendi sui copiam faceret: ad eum<sup>q</sup> & Sext. Aelium, non solū de iure ciuili, uerum de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni deniq; negotio, aut officio, relatum fuisse. Manilium senatorem maximum fuisse, Plinius libro, x. scribit, c. ij. togatorum<sup>q</sup> diligentissimū, nobilem doctrinis doctore nullo.

*d* ¶ (Volumina inscripta.) Ita habet tex. Noricus, Et est sensus uolumina quæ ab hoc Iurifconsulto extabant, inscripta fuisse sub eo, tit. Manilij monumenta: nisi intelligas uolumina inscripta extare, quæ sint monumenta Manilij, ut sic per interpretationem,

*e* ¶ (Illi duo.) Intelligas Brutum & Manilium, cōsulares, id est, fuisse aliquando con-

*f* ¶ (Pontifex Maximus.) Scæuolis peculiaris hæc dignitas fuit, ut Pontifices maxi-

mi crearentur,

*a* Ab ijs profecti sunt *b* Publius Rutilius Ruffus, qui Romæ *c* consul & Asiæ *d* proconsul fuit, *e* Paulus Virginitus, & *f* Quintus Tubero *g* ille Stoicus *b* Panfæ auditor, *i* qui & ipse cōsul: etiā *k* Sextus Pompeius *l* Cneij Pompeij *m* patruus. Fuit & eodem tempore *n* Cælius Antipater, qui his- torias conscripsit, sed *o* plus eloquentiæ, q̄ scientiæ iuris operam dedit: etiam *p* Lucius Crassus frater Publij Mutij, qui Mutianus dictus est, *q* hunc Cicero ait Iurifconsultorum disertissimum.

*a* ¶ (Ab ijs.) A superiorum Iurifconsultorum doctrina hos sequentes profectos esse Pomponius docet.

P. Rutilius  
Ruffus.

*b* ¶ (Publius Rutilius Ruffus.) Is, ut docet Cicero in lib. de claris oratoribus; in tristi quodam & seuro genere dicendi uersatus est, multa<sup>q</sup> industria floruit: quæ ideo gratior fuit, quod idem magnum munus de iure respondendi sustinuerit. Eius orationes fuisse ieiunas, multa tamē præclara de iure scripsisse: doctum em̄ uirum, & græcis literis eruditum, Panatij auditorem, & prope perfectum in Stoicis, Cicero loco prædicto tradit: quod & idem Cicero in lib. iij. Officiorū testatur. Eius Rutilij mentio fit in l. iij. ad fi. infra de pœn. leg. ubi is Iurifconsultus, ligna & carbones, quæ non uendendi causa parata essent, pœnoris nomine contineri uoluit.

*c* ¶ (Consul.) Valerius Maximus libro, ij. Rutilium consulem cum seruis fugitiuis in Sicilia bellum gessisse scribit, quo bello Q. Fabium, quod arcem in Sicilia amiserat expulisse traditur.

*d* ¶ (Proconsul.) Liuius lib. lxx. ut ex epitomis colligitur, P. Rutilium sumæ innocentie uirum, nō quidem proconsulem, sed proconsulis legatum C. Marij fuisse scribit, qui cum a publicanorū iniurijs Asiam defendisset, & propterea ab eis postea Romæ accusaretur, ab equestri ordine, qui tunc iudicabat, iniuste damnatus, in exilium abiit: author Liuius loco præallegato, & Valerius lib. ij. a quo tamē exilio, cum post per Syllam reuocaretur, redire noluit: quod Seneca in Epistolis, Valerius lib. ij. & alij, egregia laude prosequuntur. Hic armorum tractandorū artem & rationem magis q̄ antea accuratam militibus tradidit, ut idem docet Valerius.

¶ (Additio.) (Is Rutilius cum accusaretur, sese humilius submittere noluit, testatus uel exilium uel mortem esse anteponendam, Cicero lib. i. de Oratore, cuius hæc sunt propemodum uerba: Nam cum esset ille uir exemplū innocentie, cum<sup>q</sup> illonemo neq; integrior esset in ciuitate, neq; sanctior, nō modo simplex iudicibus esse noluit, sed ne ornacius quidem, aut liberius causam dici suam q̄ simplex oratio ueritatis ferebat.



ferebat. Is Rutilius cum damnatus in exilio esset, & ab amico consolaretur q̄ breui ab exilio reuerteretur. Quid tibi inquit male feci, ut mihi peiorem reditum quā exitum optares, Seneca libro. vi. de beneficijs.)

c ¶ (Paulus Virginius.) Nihil de hoc comperi. Famium inuenio apud Ciceronem in libro de claris Oratoribus.

f ¶ (Quintus Tubero.) Is de Aeliorū familia processit, Pauli Aemilij ex filia nepos, *Q. Tubero.* quem Cicero in lib. de claris Oratoribus, nullo in oratorū numero, sed seuerum congruentemq̄ cum disciplina Stoica, quā colebat, uita & oratione durum, ceterū constantem ciuem & fortem, in dicendo mediocrem, disputando doctissimū fuisse scribit, Aelium Tuberonem de officio iudicis scripsisse, docet Aulus Gellius.

g ¶ (Ille Stoicus.) Per emphasim quandam Stoicus nominatur: eandem em̄ sectam ita obseruabat arcte, ut penē inciuilis redderet. Is em̄ a Q. Fabio Maximo, qui epulum populo Romano daturus erat, rogatus ut triclinium sterneret, lectulos ligneos pellibus hœdinis strauit, & pro uasis argenteis terrea ex Samo exposuit: quæ res eum prætura deiecit, quasi per huiusmodi philosophicās uelut sordes, Romani nominis splendor obtineretur: authores Cicero in oratione pro Murena, & Valerius Maximus lib. vii. Caterum Seneca ad Lucilium, philosophicā hanc frugalitatem magnis laudibus celebrat. Scribitur & Quintum Tuberonem, quem cognomento Catum Aelium appellat, tanta abstinentia insignē fuisse, ut uasa fictilia sua argento Aetolicos sibi oblato prætulisset: ut author est Valerius lib. iiii. & Plinius lib. xxxiiij. incertum an is, an alius Tubero fuerit. Traditur porro Cælium Tuberonē, cum crederetur mortuus, & iam cremandus igni imponeretur, a rogo reuixisse, Plinius lib. vii. Fuit & Lucius Tubero prætor, ingenti in repub. ardore: ei em̄ in foro pro tribunali iura reddenti, eiusq̄ capiti cum Picus Martius insedisset, & ab auguribus prediceretur, eam autem, si seruaretur, populo Romano interitum: at si necaretur, prætoris uitæ periculum allaturam: uen discerpit, author Plinius lib. x.

h ¶ (Pansa auditor.) Quem Pansam Iurisconsultus nominet, non satis accipio: de Pansa enim qui cum Hircio cōsul erat, quō tempore bellum ciuile cum Antonio uiguit, sentire nō potuit: utpote quod is multo annorū interuallo post hunc Q. Tuberonem Romæ floruit, quem & bello q̄ literis clariorem fuisse constat. Non igitur Pansa, sed a Panætij legendum puto: ut intelligatur, Tuberonem Panætij fuisse auditorem. Quo enim tempore Rutilius Panætium Stoicum philosophum audiuit, ut supra diximus, etiam Tubero ille noster Stoicæ disciplinæ operam dedit, ut uerisimile sit utrosq̄ eodem præceptore usos. Nam & auunculus Tuberonis Scipio Africanus Panætio operam dedisse legitur.

a Et ita habet textus Noricus.

i ¶ (Qui & ipse consul.) Intellige Quintum Tuberonem: licet de suo consulatu nihil compererim.

k ¶ (Sextus Pompeius.) Defectu premi textum nostrū non dubites, sic em̄ scribitur, *Text. mancus.* etiam Sextus Pompeius Cneij Pompeij patricius, nihil ex his uerbis nisi portenta elicias, quod quisq̄ uel mediocri ingenio nouerit. Ego aut̄ fretus Cicerōis autoritate in libro de Claris oratoribus, sic lego: Sextus a Pompeius Cneij Pompeij frater, M. Drusus patricius: ut sic tribus repositis uerbis, candor & claritas adsit textui. Sextum em̄ Pompeium Cneij fratrem fuisse Cicero scribit, qui eum præstantissimo claruisse ingenio, ad summamq̄ iuris ciuilis, perfectā Geometriæ rerumq̄ Stoicarū scientiā contulisse docet: Marci aut̄ Drusi in eodem libro, cum Carione & Fusio meminit.

a Tex. Noricus ita habet: etiam Sex. Pompeius Cn. Pompeij patruus.

l ¶ (Cneij Pompeij frater.) ut ego lego. Cneios alios inuenio, patrem & filium. Ille de Picentibus triumphauit: hic partib⁹ Syllæ ad hærens, & successu temporis per multa præclara facinora illustratus, nomen magni accepit: quem tandem famigerata illa Pharsalica pugna a Cæsare uictum, satelles Aegyptij regis interfecit.

m ¶ (Patricius.) Ociose hic nomen patricij ponitur, nisi suppleas de Druso, ut supra notauimus.



n **C**ælius antipater.) Cicero in lib. de claris Oratoribus, Lucium Cælium Antipatrum scriptorẽ pro ea ætate luculentum, iuris ualde peritum, multorum etiam, ut Lucij Crassi, magistrum fuisse narrat, Fuit & Antipater Tyritus Stoicus, Catonis Vticensis præceptor, ut Plutarchus author est.

o **C** Plus eloquentiæ.) Quorum non parum multos hodie inuenias: in quibus cum legalia studia sint solida ad unguem, & ornata ad eminentiam, eloquentiæ tamen ornamentis uidentur concedere. Bonifacius Amerbachius delicia nostra, philosophia, alijsq; elegantioribus doctrinis græce & latine spectatus, olim auditor noster, nunc insignis Doctor, eloquentiam cum iuribus pulchre coniunxit. Accursius hic, nescio quem Vaccæpedem, ad cuius nomen inhorrescimus, hominẽ (ut credo) barbarum, Antipatro parum accommodate contulit.

p **C** Lucius Crassus.) filius erat Publij Licinij Crassi, q̄ti Licinius cum ex P. Mutio natus esset, ut docet Cicero, forte hic iunioris Mutij frater dicitur, hunc Cicero & perornatum & breuẽ, ei q; in differendo summã grauitatem, miram explicationẽ, argumentorum q; & similitudinũ, si quando de iure ciuili, de æquo & bono disceptaret, insignem fuisse scribit. Erat aut auditor Cælij Antipatri, ut supra meminimus.

q **C** Hunc.) L. Crassum. Cicero em̄ in lib. de claris Oratoribus, cum Crassum, Antonio illi magno Oratori cõparasset, postea de eodem & Q. Scauola loquens, ipsum Crassum eloquentium iuris peritissimum, Scauolam uero iuris peritorum eloquentissimum nominabat: quod tamen hic Iurisconsultus alio ordine recensuit, Plinius lib. xxxiij. scribit L. Crassum oratorem, duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos, festertijs centum habuisse, eis tamen propter uerecundiam usum non fuisse.

**C** Additio. (Hic L. Crassus, tante fuit rectitudinis, ut cum prouinciã Galliam obtineret, eius q; inimicus Cn. Carbo, cuius patrem damnauerat, ad speculanda & disquirenda eius acta, in prouinciã uenisset, Crassus eum non solum summouit, sed insuper locum ei in tribunali assignauit, nec ulla de re, nisi eo in cõsiliũ adhibito cognouit, ut ita integerrimũ uirum experiretur: author Valerius lib. iij. de fiducia sui.

Post hos Quintus <sup>a</sup> Mutius Publij filius, pontifex maximus, ius ciuile primus constituit, <sup>b</sup> generatim in libros decem & octo redigendõ. Mutij auditores fuerunt complures, sed præcipuæ authoritatis <sup>c</sup> Aquilius Gallus, <sup>d</sup> Balbus Lucilius, <sup>e</sup> Sextus Papirius, <sup>f</sup> Caius (Iubentius) ex quibus <sup>g</sup> Gallum maximæ authoritatis, apud populum fuisse Seruius dicit. Omnes tamẽ hi a <sup>h</sup> Seruio Sulpitio nominantur, alioqui per se eorũ scripta nõ talia <sup>i</sup> extant, ut ea omnes adpetant: deniq; nec uersantur (omnia) scripta eorum inter manus hominũ: sed <sup>k</sup> Seruius libros suos compleuit, per cuius scripta, ipsorum quoq; memoria haberetur. Seruius aut Sulpitius, cum in causis orandis primum locum, aut pro <sup>l</sup> octo post M. Tullium obtineret, traditur ad consulendum Q. Mutium de re amici sui peruenisse <sup>†</sup> cumq; eum sibi de iure <sup>l</sup> respondente <sup>m</sup> parum intellexisset, iterum Q. Mutium interrogasse, & a Q. Mutio responsum esse, nec tamen percepisse: & ita obiurgatum a Q. Mutio: namq; cum dixisset, <sup>n</sup> turpe esse patricio & nobili uiro; & causas oranti, ius in quo uersaret ignoscere: ea uelut contumelia Seruius (tactus) <sup>o</sup> operam dedit iuri ciuili, & plurimũ eos, de quibus locuti sumus, audiuit, <sup>p</sup> <sup>†</sup> instructus a Balbo Lucilio: instructus aut maxime a Gallo Aquilio, qui fuit <sup>q</sup> Cercinnæ. Itaq; libri complures eius extant Cercinnæ confecti: <sup>r</sup> hic cum in legatione perisset,

† cumq; sibi respondisset de iure, & Seruius parum intellexisset, iterũ etc.

(tractus)

† institutus.



perisset, statuum ei populus Romanus pro Rostris posuit, & Hostie extat pro rostris Augusti. Huius uolumina complura extant, reliquit autem prope centum & octoginta libros.

*Noua glossa.*

**a** (Quintus.) Tamen si Mutiorum & Scauolarum familia late pateat, quantum tamen ad presentia satis est, duos comperi, Q. Mutium Scauolam, augurem, generum C. Laelii; & Q. Scauolam, Pont. Maxi. Priori illi Cicero sumpta uirili toga, studij noie, operam eatenus dedit, ut a latere senis nunquam discederet: quem & in lib. de claris Oratoribus, peritissimum iuris & percomem habitum fuisse scribit: Quo mortuo, ad posteriorum Scauolam sese contulit: id quod eleganter Cicero testatur in lib. de Amicitia in principio, hunc Scauolam Crassus apud Cice. in lib. i. de Oratore, disciplinae iuris ciuilibus disertissimum esse dicebat. Et erat sane ciuilibus sapientiae tanta in eo eminentia, ut Crassus loco praellegato, eius ianuam & uestibulum, ciuitatis oraculum praedicaret. Traditur fuisse arctissimus iuris obseruator, qui ita uerbis scriptae legis haesit, ut aliquando aequitatem oppugnare uideretur, ut est Cice. testis in Oratione pro Cecinna. Denique cum Gracchiana seditione, pene ad reipub. interitum gliscente, decreuisset Senatus, ut Mutius tum consul, armis rempub. tuens, negauit se quicquam esse acturum: Quo tempore pulcherrimam rem Scipio Nasica, etiam priuatus ausus est: ueritus enim ne, dum consulis iuris ordinem sequi pergeret, imperium cum legibus corrueret, sublata dextera proclamans, qui rempub. saluam uellent se sequerentur: Gracchum cum scelerata factione ui oppressit, Valerius lib. iij. de forti. Quae uerba & imperator usurpauit in l. cum quidam ad fi. C. de uer. sig. ubi fauore pupillorum disiunctam pro coniuncta accipit, dicens, Ne dum dubitatur apud quem debeat esse tutela, in medio res pupillorum pereant. Hic porro, is Scauola esse creditur, qui factione Mariana, aras Vestae complexus, interfectus est: de cuius interitu Florus in Epitomis: Cicero in d. lib. de claris Oratoribus ad fi. item in oratione pro Sexto Roscio: & denique in tertio lib. de Oratore ad prin. meminerunt. Appianus eum in senatu interfectum cum Domitio, amborumque corpora edicto Marii fluuio immerfa, lib. i. scriptum reliquit, Fuisse autem hunc Publij Mutij filium Cicero in lib. i. Officiorum testatur.

**b** (Generatim.) id est, per genera quaedam. Verg. in Georgicis: Quare agite, & proprios generatim discite cultus, Dion in uita Adriani, generatim pro generaliter usurpat dicens: Nunc quae generatim fecerit, quatenus eorum meminisse licet, &c. Intelligas igitur in proposito Q. Mutium primum ius ciuile generatim constituisse, ordine uidelicet quodam doctrinali ius ciuile digerendo, & per genera distribuendo: nam qui ante eum scripserunt, non generales doctrinas contractauerunt: sed prout quisque ad casum sibi propositum responderat, talia responsa in libros colligebant: quod supra docuimus ex Cicerone de claris Oratoribus. Angelus Policianus ad Iacobum Pratensem, unum tantum librum definitionum Scauolae ad nostra uenisse digesta scribit.

**c** (Aquilus Gallus.) Hic Cicerone orante iudex praesedit, ut in eius orationibus, & maxime pro L. Flacco facile perspicitur. Familiaris fuit Ciceroni: quod ipse in Topicis, & in lib. iij. Officiorum, testatur. Idem etiam Cicero in lib. de claris Oratoribus, acutum fuisse hominem & exercitatum, promptamque & paratam in agendo & respondendo celeritatem habuisse tradit. Politianus dicit, eius tantummodo responsa nostra irrigari digesta. Apud hunc Aquilium, P. Quintus Scapula cum coenaret, repente animam efflauit: author Plinius lib. vii.

**d** (Balbus Lucilius.) Huius meminit Cicero in lib. de claris Oratoribus, qui doctum & eruditum eum uocat: in quo, utraque re considerata, uerit tarditas.

**e** (Sextus Papirius.) Vereor ut legendum sit, Lucius Papirius: hoc enim praenomen peculiare fuisse Papirijs, ex Ciceronis Epistolis discitur lib. ix. ubi ad Papirium Petum scribens, originem Papiriorum subleuat. Cicero in lib. de claris Oratoribus Lucij Papirij Fregellani meminit, disertissimum eum habitum ex Latio testatus. Sed



is cum Tiberij Gracchi ætate fuerit, non uideo quomodo huc accommodetur.  
 a Et ita habet f ¶ Caius Iuuentius.) corrige Iuuentius. Cicero prædicto loco, Titum Iuuentium in  
 tex. Noricus. forensi causâ: genere multum ualuisse scribit, lentum quidem illum in dicendo, & pe-  
 ne frigidum: sed & callidum, & in capiendâ aduersarij uersutum, & præterea nec in-  
 doctum, & magna cum iuris ciuilis intelligentiâ. Eius auditorem nominat P. Orbi-  
 æqualem Ciceronis, iuris ciuilis cognitione non inferiorem quàm foret magister. Memi-  
 nit & Plinius Marci Iuuentij, qui repentina morte, dum sacrificaret, animam expirasse  
 traditur. Apud Velleium Paterculum Iuuentius Lateren-  
 g ¶ Gallum.) scilicet Aquilium. Is enim præ cæteris clarissima erat & dignitate & sci-  
 entia, quem & Sulpitius, quia teste Cicerone magistrum habuit, merito cæteris præ-  
 fert. Valerius lib. viij. & Plinius C. Aquilij meminerunt, uiri magnæ authoritatis, & iu-  
 ris ciuilis scientia clarî. Aedum tamen magnificentia, famam auxisse testatur Plinius,  
 incertum an is, an alius fuerit.

h ¶ A Seruio Sulpitio.) De hoc paulo post. Collegisse autem eum librum super claris Iu-  
 risconsultis hic significat: Ciceronem forte imitatus, qui prior de claris Oratoribus scri-  
 pserat: qui liber tenebris, næuis, & mendis præsentis textus pulchre suffragatur.

i ¶ Extant.) Cicero libro sæpe dicto sese excusat, si non claros omnes recenseat, eo so-  
 lo, quod de his nulla monumenta loquantur, nec aliorum, nec ipsorum.  
 k ¶ Seruius Sulpitius.) De hoc Cicero in libro de claris Oratoribus, non facile alium  
 inueniri dicit, qui plus studij quàm illum, & ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum disci-  
 plinas adhibuerit: quem & ab ineunte ætate paribus cum ipso doctrinis exercitatum  
 fuisse, eumque ueritum ne forte secundas in eloquentia partes haberet, effecisse ut in iu-  
 re primus esset, idque adeptum esse: utpote quod is longe omnium non eiusdem modo æta-  
 tis, sed eorum etiam qui antea fuissent, in iure ciuili princeps haberetur. Hoc est quod Iu-  
 risconsultus hic primum locum in causis orandis, aut certe post Ciceronem Seruio con-  
 tigisse tradit. Tarde ad iura ciuilia uenerat, sed tam cito sese absoluens, eminentie pal-  
 mam omnibus sustulit, quod quidem & Baldo contigisse ferunt. Hoc Sulpitio consule,  
 carnem pluit, quæ teste Plinio lib. ij. non perperit, si eam non diripiissent aues.

Seruius Sulpit.

l ¶ Respondentem.) Litera communis habet respondisse: nos autem respondentem  
 legimus, quod & Egnatius & alij periti legunt: alioqui & orationis structus male coi-  
 ret, & absouaret elegantia.

Iuris ciuilis sci-  
 entia non cuius ex-  
 positâ, neque intel-  
 lectu facilem.

m ¶ Parum intellexisset.) Ex hoc textu, argumento egregio euincitur, iuris ciuilis sci-  
 entiam & esse profundam, & paucis ex fundamento cognitam. Si enim is tantus uir,  
 qui de gloria eruditionis, de fastigio eminentiæ, cum Cicerone certabat, Q. Mutium  
 semel & iterum respondentem non intellexerat: quis tantæ scientiæ sublimitatem, nisi  
 doctissimis præditus præceptoribus, nisi multa ætate, nisi iugi studio uere adsequeretur?  
 Proinde Vallam reprehendendum non in merito putamus, qui suæ professionis ora-  
 toriæ, in qua eminere poterat, oblitus, non uulpis, ut Lyfander: sed leonis, quod sibi ui-  
 debatur, pelle adfuta, illustres illos iuris ciuilis authores impetere aggressus est: quasi  
 & non loquerentur ex puritate latini sermonis, & insuper inter sese dissiderent. Quod  
 ad latine rei elegantiam pertinet, licet feroculus iste censor calculum fecisse se iactitet,  
 hallucinatum tamen contra Iurisconsultos fuisse, imo nugas sparsisse aliquando per-  
 oerum docebimus, si modo in tricis huiusmodi tantulum horarum male collocare uisum  
 fuerit. Dissidentia uero legum, qua eleuare Iurisconsultos Valla pergit, quæ & Budæus  
 (quod abominor) manu adiuuat, post finem scholiarum speciatim diluemus: hic dilutu-  
 ri, si non omnino impertinentes euagati diceremur. Nec quenquam moueat, quod  
 Cicero in oratione pro Murena, legales doctrinas tanquam cognitu non difficiles at-  
 tenuare uidetur: tempori enim ut Orator in seruiisse, & non tam ex iudicio quàm ex clien-  
 tis commodo locutus fuisse uidetur. Si quidem alibi in oratione pro Cluentio, is ipse  
 Cicero ius ciuile uehementer laudauit, ut alio loco deduximus: & ad Trebatium scri-  
 bens, eam



beris, eam scientiam ex libris per sese cognosci non posse, doctorem q̄ & lumen desiderare testatus est: Quo nomine merito male audierint, qui qui sint, qui eius scientiæ in vulgi linguam prodendæ, atq; adeo' prophanandæ insumunt negocium, quæ tamen non nisi ab eminentissimis ingenijs perfecte cognoscitur.

• **n** **(Turpe esse.)** Sic Cicero in oratione pro Cluentio, leges quib⁹ adhibentur. Oratores, & in quibus uersantur, nosci debere dicit. Et est profecto res reprehensione nō indigna, solos linguæ operarios tribunalia fatigare: & quam minime norunt, Iustitiæ legem iudici uelle persuadere. Olim Publius Consa, qui se Iuriscōsultum iactitabat, cum tanquam testis interrogaretur, & se nihil scire diceret: Cicero in eius imperitiam iocatus, Disce quæso, ait, forsan de iure te interrogatum credis.

Scomma ior  
cosum.

• **o** **(Operam dedit.)** Quo labore ita Sulpitius inclaruisse dicitur, ut si Ciceroni credimus, suo ipse præceptorī Scæuolæ uel anteponi uideri possit: certe melior quod iuris scientiam in partes distribuebat, latentem explicabat, obscurā explanabat, distinguabat, & uelut lucem afferebat ad ea, quæ confuse ab alijs aut respondebantur, aut agebantur. Eos Sulpitios quis non desideraret nostra ætate, per quos resectis inutilibus commentarijs, fastidiosa prolixitas detruncaretur, & Opt. Max. Cæsare auctoritate, suæius ciuile expeditæ synceritati traderetur.

• **p** **(Instructus.)** Hoc & Cicero lib. sæpe allegato tradidit, duob⁹ peritissimis L. Lucilio Balbo, & C. Aquilio Gallo, operam, dedisse testatus.

• **q** **(Cercinnæ.)** Cercinnam Africa insulā, apud Cornelium Tacitum inuenio. Strabo lib. iij. & lib. xvij. in principio, Syrtium Cercinnam insulam oblongam, & eius nominis ciuitatem iacere scribit. Sed parum quadrat, nec alium facile eius nominis locū qui huic textui conueniat, uel in historijs, uel alibi comperio. Proinde hic mihi locus non est cognitus, nisi forte textum corruptum emendes, & ita legas, Instructus maxime a C. Aquilio, cum fuit Sicyone, scilicet Sulpitius: legimus enim apud Ciceronem libro. x. Epistolarum, Seruium Sicyone habitasse, cum præesset proconsul Achaia, quod oppidum omnium metallorū primam fuisse officinā, scribit Plinius lib. xxxvi. Sed ad ueras prouocare Pandectas erit securus.

• **r** **(Hic cum in legatione.)** Seruius Sulpitius, licet & senio & aduersa ualetudine laboraret, amore tamen reipub. passus est se cum alijs legatū mitti, ut obsidionem Mutinensem, qua A. Brutus premebatur, solueret: qui tamē cum in itinere mortem obijisset, Cicero ei ob legationem uitam defuncto statuat locari, oratione egregia obtinuit, quæ inter Philippicas nona numeratur.

• **(Additio.)** (Idem Cicero lib. xij. epistolarum ad C. Cassium scribens, Seruij Sulpitij morte reipub. magnum presidium amisisse.)

• **s** **(Pro Rostris Augusti.)** Ita textum † coniunctim legendum puto, alias quid nomen Augusti hic faceret, non ut ideo: credibile autem est Rostra Romæ successu temporis ab Augusto cognomen accepisse, ut supra scripsimus.

† **(Addi. Non est tuta hæc glossa quam decepit tex. corruptus. Nam tex. Nori. habet. Et Hostie extat pro Rostris Augusti.)**

Ab hoc plurimi<sup>b</sup> (ac præfecti profluxerunt) fere tamē hi libros conscripserunt, <sup>c</sup> Alphenus Varus, <sup>d</sup> Caius, A. <sup>e</sup> Offilius, <sup>f</sup> Titius Cæsius, <sup>g</sup> Aufidius Tuca, <sup>h</sup> Aufidius Namusa, Flauius Priscus, Caius Atteius, Pacuuius (<sup>i</sup> Labeo Antistius <sup>k</sup> patercina) <sup>l</sup> Publius Cecilius: <sup>m</sup> ex his em̄ decem, <sup>n</sup> octo libros conscripserunt: quorū omnes qui fuerunt libri, digesti sunt <sup>o</sup> ab Aufidio Namusa in centū quadraginta libros. Ex his auditoribus plurimū authoritatis habuit Alphenus Varus, & Aulus Offilius: ex quibus Varus cōsul fuit, Offilius in equestri ordine pseuerauit. Is fuit Cæsaris familiarissimus, & libros de Iure ciuili plurimos, & qui omnem par-

(processerunt)

(Labeo Antistius Labeonis Antistij pater, Cinna. T. N.)



omnem partem operis fundarent, reliquit. Nam p de legibus uicesime, de Iurisdictione primus cōscripsit: idem edictum prætoris primus diligenter composuit: Nam ante eum Seruius duos libros ad Brutum per q̄ breuissimos ad edictum q̄ subscriptos reliquit. Fuit & eodem tempore r Trebatius, qui idē s Cornelij Maximi auditor fuit, t Aulus Cassellius, u Quintus Mutius x Volusij auditor. Deniq; y in illius honorē, testamētoz Pub. Mutium nepotem a eius reliquit hæredem. Fuit autē b quæstorius, c nec ultra proficere uoluit, cum Augustus illi etiam consulatum offerret. Ex his Trebatius d peritior Cassellio, Cassellius Trebatio e eloquētor fuisse dicitur: Offilius utroq; doctior, Cassellij scripta non extant, nisi unus liber bene dictor. Trebatij complures, sed minus f frequentantur.

**a** (Ab hoc.) Sulpitio: uel quia illi eum audiuerunt, uel quia post eum emeruisse dicas. **b** (Ac præfecti.) Male herent hæc uerba. Porro præfecti quid hic faciant, ne Pompeius quidem ipse discussit. Aut igitur coniunctione expuncta leges, profecti: ut exponas, plurimos ab eo profectos profluxisse: aut remanente coniunctione legendum, prouecti: ut sensus sit, plurimos ac prouectos, id est, in studijs eruditos uiros bene auctos ab eo descendisse. Vide q̄ in emendatus hic textus ne leuicula quidem præterire permittit.

**c** (Alphenus Varus.) Hunc Seruij Sulpitij auditorem fuisse, etiam Gellius lib. vi. docet, quem & reꝝ antiquarꝝ non incuriosum fuisse scribit. Apud Cornelium Tacitum, lego Alphenum Varum præfectum prætorio a Vitellio electum: sed alius erat multo post Iuriconsultum tempore.

**d** (Caius.) Raphaël Volaterranus in Philologia, Caium Flauium nominat. Aulus Gellius lib. xi. Caij Iuriconsulti meminit, qui de origine uocabulorꝝ scripsisse dicitur. Porro Institutiōes Caij extant, quas nuper & uidimus & legimus. Cicero in lib. Tusculanarꝝ quæst. ad fi. Caij Drusi Iuriconsulti meminit, cuius domum, quam uis cæcus esset, consultoribus compleri solitam scribit.

**e** (Offilius.) Nō comperi in historijs quicquam de hoc Iuriconsulto. Ceterꝝ in l. ij. p. penori, infra de penu leg. Offilius recitatur, qui acetum pœnoris loco uenire scripsit, nisi extinguendi ignis causa fuerit paratum.

**f** (Titius.) Raphaël legit Titius Celsus. Cicero lib. v. Epistolarꝝ ad quendam Titij Fabium epistolam misisse legitur, qui cū esset magno ingenio, sua q; probitate & industria multas diuitias consecutus, tandem oppressus per Cæsarem, omnibus exutus fortunis, exulare iussus est. An autem is sit Titius, de quo Iuriconsultus meminit, an alius, quærant quos cura agitet.

**g** (Aufidius Tuca.) Raphaël legit Sura, non Tuca. Cneium Aufidium iurum prætorium, Cicero prædicto Tuscul. quæst. libro adducit: quem & ipsum cæcū in senatus sententiam dixisse, amicis deliberantibus cōsuluisse, sed & Græcam historiã scripsisse tradit: de quo & Pliniū lib. vii. sentire credo, qui C. Aufidium cū offenso pede in comitio senatū ingredi ret, interisse scribit. Aufidij Quietim meminit Plinius posterior in li. vii. epistolarꝝ: qui orator celebris præcipere solebat, suscipiendas esse causas aut amicorum, aut destitutas, aut ad exemplum pertinentes. Erat & M. Aufidius Lurco, qui saginandis pauonibus magnum quæstum fecisse narratur: testi Plinius lib. x.

**h** (Aufidius Namusa.) Raphaël Mamusam legit, eius non infrequens in iure nostro sit memoria.

**i** (Labeo Antistius.) De hoc Labeone paulo post differetur.

**k** (Patercina.) Monstruosa est hæc dictio, & Plutonis familiæ adscribenda. Raphaël dicitur in testimonio legitur, Paternus. Egnatius uero in locū eius substituit, pater Cecinna. dūosenim

**¶** Addi. Corruptus est textus. Sic enim textus non habet: Labeo Antistius Labeonis



duos enim Cecinnas fuisse satis liquet, patrem & filium: quorum patrem Cicerō lucu-  
lenta oratione defendit, filium inter clientes suos in epistolis nominat. Vtra sit uestior  
emendatio, Pandectarum archetypus diiudicet. Paterni mentio fit in l. officium, §. i.  
infra de remilit. Tu uide ne Porcina legendum sit: Nam & Priscianus lib. ix. Aemiliū

Antistij pater,  
& addit postea  
Cinnam Iuriscō  
sultū, ut ita hæc  
gloss. non sit ne-  
cessaria, et sunt  
duo uerba Pa-  
ter, Cinna,

Porcinæ meminit in oratione quadam,

l. Publius Cecilius. Eius Cecilij mentionem, apud Macrobiū lib. ij. fieri puta-  
mus, quem & urbanitatis mītræ, libertatis q̄ habitum fuisse scribit. Cum em̄ Vatinius  
in gladiatorio ludo lapidaretur; edictum ab ædilibus extorsit, ne quis in harenam ni-  
si pomum mitteret. Et cum eisdem diebus Cassellius fortuito quaereretur, an nux pi-  
nea pomum esset: facete respondit: Si in Vatiniū missurus sit, pomum esse. Fuit &  
alius Iuriscōsultus Sex. Cecilius, Traiani imperatoris tempore, cuius Gellius lib. xx.  
meminit, qui in l. fi. C. de com. ser. ma. & in l. iij. ad fi. infra de poenu leg. & sæpe alibi  
citatur. Nectamē ne paterit apud Aemiliū in uita Attici mentionem fieri. Q. Ce-  
cilij equitis Romani, qui auunculus Attico fuisse traditur.

m. Ex ijs decem, scilicet Iuriscōsultis.

n. Octo libros conscripserunt. Sensus est, ut ego puto, ex supra allegatis decem  
Iuriscōsultis, octo fuisse qui post se libros reliquissent. Quod aut̄ uulgo legitur, ex  
his decem & octo, coniunctione interposita, mendam putamus: Nullus em̄ nec intel-  
lectus ex hoc, nec orationis certitudo colligit. Quapropter coniunctione expuncta,  
sola dictionum disseparatio flexu uocis facta, lucem præbet textui: ut legas: ex ijs decē  
Iuriscōsultis, octo eorū libris claruisse: hoc est quod in principio dicitur, ferē libros  
scripserunt, quod non omnes decem, sed octo ex eis scripsisse memorentur.

¶ Additio.  
Et hic intel-  
lus ex tex. No.  
fundatur, ut su-  
pra attigi.

o. Ab Aufidio Namusa. Nihil de eo comperi, nisi quod mentio fit in l. in summa, §.  
apud Namusam, infra de aqua plu. arcen. & sæpe alibi. Cicero de claris Oratoribus  
T. Namusam citat, quem uirum bonū & innocentem fuisse, & ad summā senectutē  
uenisse testatur. Sed is tempore Syllæ longe ante Seruum usxit.

p. De legibus uicesimæ. Vicesimam partem hereditatū fisco inferri olim consti-  
tutum fuit: de cuius legibus Offilius scripsit. Apud Capitolinū Marcus Antonius su-  
per ea uicesimā leges adiecit scribit. Porro & uicesima pars rei, loco tributū uel cer-  
te uectigalium nomine exigebatur: quod publicanorum inuento emeruisse, testis est  
Cor. Tacitus. Hæ exactiunculæ sæpe uariarūt, ut tam uicesima, tam decima, aliquan-  
do quadragesima, nūc centesima statueretur. Vetusis temporibus decima seminum

¶ Additio.  
Sanguinolentā  
tas centesimas  
Seneca lib. vi. de  
beneficijs nomi-  
nat.

dabatur in locū uectigalis ex agris qui deserti ad culturam redigerentur, testis Apia-  
nus lib. i. Tiberius Cæsar centesimam rerum uenaliū in ducentesimam laxauit, quia  
Cappadociam morte Archelai in prouinciam redegerat: testis Cor. Tacitus lib. ij. &  
alibi lib. xij. Neronem quintam & uicesimā uenaliū mancipiorū remisisse, scribit,

idem in eodem lib. ad fi. quadragesimam & quinquagesimam Nerone agente, abo-  
lita esse quæ ex auctionib⁹ illicitis nomina publicani inuenerint. Cicero in Verrinis  
decumanos principes, nominat publicanos. Plinius in panegyrico, Traianū laudat,  
quod uectigal uicesimarum sustulerit. C. Caligula principio sui principatus, ducen-  
tesimam partem rei, quam publicani ex auctionib⁹ extorserunt, remisit: post in exi-  
tialē tyrannum uersus, quadragesimam partem summæ, de qua litigabatur, uecti-  
galium nomine instituit: Nec impune fuit, si quis comperiretur amice cōposuisse li-  
tem, ne uectigal minueretur, author Suet. Tempore Valentis & Valentiniani impe-  
ratorum, octaua pars, uectigalium nomine exigebatur: & qui exigebant, octauarij

Octauarij.

q. Subscriptos. Inscriptos intellige: & est elegans loquendi figura. Sic Tertulia-  
nus in Apologerico, legem denarrat, quæ centiæra non amplius in cōnam subscri-  
bi iuberet. Et Aulus Gellius cum de censorijs notis loqueretur, cōdemnato quodam  
scurriliter iocante: In ærarios, inquit, eum retulit: causam quoq̄ iociscurrilis apud se  
dicti subs-

Subscribere.



dicti subscripsit, id est, inscripsit: & fuit peculiare Censorum, ut quæ notarent, subscriptiones nominarentur. Cicero in oratione pro Cluentio, eo uerbo in censorijs notis sapissime utitur. Apuleius in oratione secunda Apologetica, grauius habendum ait, quod in iudicio subscribitur, quæ quod in epistola scribitur. Idem in epitome Alcinoi de Platone, subscribit (inquit) ex materia & alias res publicas. Inuenio tamẽ subscribere accipi pro eo quod est, liti sese obligare. Sic Curianus quidam apud Plinium lib. v. epistolarum, licet cum cæteris hæredibus centumuirale iudicium subscripsisset, cum ipso tamen Plinio nõ subscripsit. Hinc uulgata emerit usurpatio, qua ad rationẽ se accusator subscribit, id est alligat. Asconius lib. i. Diuinationũ, subscriptores causidicis adesse docet, qui accusatorem adiuuare solent, submissius suggerentes quæ accusationi conferunt. Erat autẽ subscribendi munus secundarũ partium cum accusare primarum esset. Cicero in oratione pro Fonteio, in M. Fabium subscriptorẽ accusatoris amarissime uiscule iocatur. Quod uero subscribere pro adprobare sumitur, plus quæ notum est.

**C. Trebatius** † (Trebatius.) Hic insigni dignitate inter optimates erat, qui tamen contra Cæsarem partes Pompeianus secutus, cum fracto Pompeio diutius in bello perseverasset, exulare iussus est. Cæterũ Ciceronis opẽ (erat em̃ singularis inter eos amicitia) Cæsari ei reditum indulgit, & ita indulgit, ut eius & concilio uteretur, & tribunatũ militarem offerret, sine tamẽ onere militandi, quod sciret inermi militia nõ armata Iurisconsultos niti consueuisse, ut qui togã castris præferrent. Trebatius reiecto tribunatus officio, maluit adesse cõsiliarius, quæ militare munus uel nomine ingredi. Quem certe uirum nonnulli nostra ætate Doctores nõ imitantur, qui milites sese ex principalibus diplomatis creare patiuntur; cum tantũ absit ut militiẽ opera suscipiant, ut etiã ad nudum ensẽ cohortescerent, alienos induiti titulos parum laudati, qui in proprijs titulis cum honore uiserentur. Meminit C. Trebatij tanq̃ uiri boni & integri Suetonius in Cæsare. Extant ad eum plurimæ Ciceronis epistolæ, toto ferẽ lib. vii. plenæ iocis, salibus, & scommatis, quibus Iurisconsultũ esse ludit. Iuris ciuilibis em̃ scientiam Cicero, licet pro cõmodo forte suo aliquando cõmendare uideatur, eleuare tamen, id est, premere, uel certe sicubi poterat, submordere consueuit. Sed tempora captare (ne quid durius dicam) Cicero nouit: quapropter Liberius nimis ei obieisse dicitur, quod duabus sellis federe consueuisset; testis Seneca lib. vii. Declamationum.

† (Cornelij Maximi.) Cicero lib. vii. Epistolarum, cum ad Trebatium scriberis iocaretur, eius (ut puto) Cornelij meminit. Nam dixerat Trebatius se a Cornelio sapere didicisse: in quod Cicero capta pro re nata occasione, ibidem ludit. Quid si Corneliũ † Balbum intelligeres, qui ueluti Cæsari familiarissimus erat, ut Suetonius docet, ita Trebatij reconciliationem nõ mediocriter adiuuissẽ a Cicerone scribitur. Sed refragatur tex. qui Corneliũ Maximum nominat, ita enim Raphaël legit

† (Aulus Cassellius.) De hoc supra meminimus, cũ de P. Cecilio uerba faceremus. Cicero in oratione pro Cornelio Balbo, Cassellij meminit, quem prædiatorẽ fuisse his uerbis testatur. Etenim Q. Scauola ille augur, cum de iure prædicatorio consulere, homo iuris peritissimus consultores suos nonnunquã ad Fugium & Cassellium prædiatores reijciebat. Prædiator autẽ is dicitur, qui rerũ prædialium peritus erat: ut Burdeus uir doctus in l. Herennius, in fi. infra de euiet. docet. Legum prædialium meminit Iurisconsultus in l. utimur, infra de sepulchro. in qua tamen Accurs. cum eam non adsequeretur, quædam impertinentia cõminiscitur, Raphaël Cefellium nominat. Hic Cefellius insigni fuisse constantia clarus memoratur; nullo em̃ promoueri beneficio poterat, ut pro triumuirorũ placitis formulas æderet, quod eorũ conatus a legum ordine remotos esse censeret. Nec ab inimicis cohiberi potuit, quin de Cæsaris temporibus liberius loqueretur, senectuti suæ confusus & orbitatus; testis Valerius lib. vi.

† (Quintus Mutius.) de Mutiorum forte familia, de quibus supra satis scripsimus.

× (Volusij auditor.) Horatius ad Volusium scripsisse legit. Porro Volusium Iurisconsultum



- iuriconsultum Capitolinus adducit, sed qui tempore Antonini Pij floruerit. Alterius Volusij meminit Appianus lib. iij. qui a triumuiris proscriptus, dum aedilitatem gereret, sub ueste sacerdotis Iſidis, cane capiti imposito periculum euasit. Scribit Plinius libro. vij. L. Volusium tanti fuisse senis, ut omnium cōsulū, quos aliquando sen- L. Volusius.
- tentiam rogauerat, superstes esset, de quo & Corneli. Tacitus lib. xij. quem egregia fama tres & nonaginta annos exegisse, & bonis artibus plurium imperatorum in of-  
fensam malitiam euasisse tradit. Quem ex prædictis, uel an alium Iuriconsultum hic  
nominet, non est compertum: ultimum puto.

1. ¶ In illius.) forte Volusij, poterat em Mutius nepotem Volusij instituisse in præ-  
ceptoris honorem. Immensa em gratitudo præceptoribus debetur, quibus & melio-  
res reddimur & elegantiores, l. Aquilius. infra de donat.

2. ¶ P. Mutium.) nepotem Volusij. Sed quomodo cum esset Volusij nepos, nomen  
habuit testatoris? Dicitur potest, testatorem uoluisse, ut eius nomine nepos Volusij cen-  
seretur, arg. l. facta. §. quod si conditio, infra ad Trebel. nisi forte uice uersa intelligas  
P. Mutium, nepotem Q. Mutij a Volusio in honorem Mutij esse institutum.

† ¶ Addi. Et is  
est uerior intel-  
lectus.

3. ¶ Eius.) uidelicet Volusij. Vel secundū alium intellectum, dic, eius, scilicet Mutij.

4. ¶ Quæstorius.) utpote quod magistratui quæsturae uel præfuit, uel destinatus, ut  
ad id munus eligeretur. Nomina enim denominatiua magistratuum, ut consularis,  
prætorius, &c. significant uel functum fuisse magistratu, uel eius ordinis esse, ut ad  
eum magistratum eligatur.

5. ¶ Nec ultra proficere.) Quæ insignis erat eius uiri uirtus, ut mediocritati stude-  
ret, potius q̄ integritate & iustitia, q̄ fastuosis summorum magistratuum titulis ex- Mediocritas.  
cellere uideretur: ut qui sciret nihil esse durabilius, q̄ quod nec excessu superbiret,  
nec defectu inforduisset.

6. ¶ Peritor.) Cicero in quadam ad Cæsarem epistola, neminem Trebatio meliorem  
esse dicebat, aut prudentiorem: quem & a familia sua laudat, ut quæ singulari in iure  
ciuili memoria, & summa scientia sit celebrabilis.

7. ¶ Eloquentior.) Quo nomine eum Trebatio nō antepōnimus. Quamuis em Iuris  
ciuilis scientiam adprime deceat eloquentia, ornatricem tamē uolo, nō dominam: ut  
subseruiat, non præcurrat: nec em fandi, sed iudicandi præcepta uersamus. Vereor tñ  
complures nostra ætate in eloquentiæ & legalibus doctrinis doctissimos inueniri, in  
quibus cum Cassellio eloquentia potiores sedes obtinuerit: adeo eloquentiæ nitor  
studiosos sui illicet, ut sæpenumero securi aliarum rerum, in illectabili ea arte cū Cassel-  
lio conquiescant. Cæterum meminisse conueniet Antonianæ sententiæ: Iuris peritos  
magnarum rerum prudentia magis q̄ dicendi arte clarescere. Quo minus decet Accur-  
sios, Bartolos, eorum q̄ similes eo nomine conuellere, quod a dictionis elegantia nudi  
uideantur: eorum enim nō ingenia, sed tempora imposito sermone degenerabant. De-  
niq̄ ciuili philosophiæ profunda inuestigatio, florem orationis nō semper recipit.

- 8. ¶ Frequentantur.) Et sane in nostris Pandectis per quæ sæpe a Trebatij senten-  
tia receditur. Cicero ipsum in quadam epistola improvidentiæ arguit: Cum em inter  
pocula controuerteretur, posset ne de furto ante aditam hæreditatē factō, hæres fur-  
ti recte agere: Trebatius neminem id sensisse iactitauit: & tamen Cicero, S. Aclium,  
M. Manilium, & Brutum i. decidisse compererat, quod magnū argumentum præ-  
stat, nō esse temere, sed cum temperamento, super iure definiendū: effusus em sermo  
nocet, l. si. in fi. C. de dot. promiss. Sic Hieronymus. c. xij. in Ecclesiasten dicebat, quan-  
tum ipse recordari posset, passerem semper in bonam partem accipi. & Accursius no-  
stet in l. i. infra de leg. ij. dicebat se non meminisse legem arbitratorē cogi posse, sub  
dubio enim forte scripserunt sæpe periti.

Post hos quoq̄ Tubero fuit, qui Offilio operam dedit: fuit aut patricius, &



tricius, & <sup>c</sup> transijt a' causis agendis ad ius ciuile, maxime postq̄ <sup>d</sup> Quintum Ligarium <sup>e</sup> accusauit f nec obtinuit apud C. Cæsarem. Is est Q. Ligarius, qui cum Africæ oram teneret <sup>b</sup> infirmū Tuberonem applicare non permisit, nec aquā haurire: <sup>t</sup> quo nomine eum <sup>k</sup> accusauit, & <sup>l</sup> Cicero defendit, & eius extat oratio <sup>m</sup> (satis) pulcherrima, quæ inscribitur pro Q. Ligario. Et Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici & priuati, & complures utriusq; operis libros reliquit, <sup>n</sup> sermone etiā <sup>o</sup> antiquo usus <sup>p</sup> affectauit scribere, & ideo <sup>q</sup> parum eius libri grati habentur.

(Noricus tex.  
non habet hoc  
uerbū satis, &  
idipsum bene.)

<sup>a</sup> ¶ (Tubero.) Q. Tuberonem nominat Lucij filium: erāt autem de Aeliorum familia Tuberones progeniti. Alium autem Tuberonem hic significat, q̄ eum qui supra Stoicus fuisse scribitur.

<sup>b</sup> ¶ (Operam dedit.) studij nomine Offitio adhæsit: & est signata loquendi figura, cum operam præceptoribus dare dicimur.

<sup>c</sup> ¶ (Transijt.) aptior ut profiteretur, q̄ quod causas ageret. Sic Aelianus sophista ad scribendum se conuertit, cum se conspiceret declamationi minus accommodatum: testis Philostratus. Studium em̄ homo quod adsequi nō potest, sequi desinit: ut inquit Velleius Paterculus: & uelut occupatā relinquens materiam, quærit nouam: præteritō <sup>q</sup> eo in quo eminere non possumus, aliquid in quo nitamur, conquirimus.

Velleius.

¶ (Additio.) Seneca in lib. de tranquillitate uitæ, scribit, eo inclinandum esse, quote uis ingenij refert: sic & Socrates Ethorū leta manu a' foro subduxit, utiliore compondendis monumentis historiarum ratus. Male enim respondent coacta ingenia: reluctante natura irritus labor est, hæc ille.)

<sup>d</sup> ¶ (Quintum Ligarium.) Ciuis Romanus erat: qui cum præfectus Africæ post Confidium consulem relinqueretur, & bello ciuili inter Pompeium & Cæsarem iam gliscente, domum redire (quod maxime desiderabat) non posset, magis necessitate q̄ uoluntate mansit. Is Q. Tuberonem castra Pompeij secutum, ne Africam appelleret, prohibuit: quo nomine Tubero eum (uictō postmodum Pompeio) apud Cæsarem uictorem accusauit.

<sup>e</sup> ¶ (Accusauit.) Tanto ardore, uehementia' q̄ Ligarius fuit accusatus, ut Cæsar iam decreuisset damnare eum, nisi Cicero impetrata eius defendendi facultate, impetū Cæsaris (ut statim dicitur) auertisset.

<sup>f</sup> ¶ (Nec obtinuit.) Inuictæ em̄ Ciceronis eloquentiæ par esse non poterat. Verum enim uero si ueritatis loc<sup>9</sup> sit, Tubero prospere et salubriter succubuit, ut relictis causis agendis, ad ius ciuile se conuerteret: sicut olim Zeno feliciter naufragauit, ut philosopharetur. Quanto em̄ satius est legendo scribendo q̄ iuri operari, q̄ pertractandis litibus iudicij contere subsellia: Indignam me Hercule Iurisperito rem putauerim ob mercedum speculā omnia circumuolitare fora, perstrepere, uociferari: forensi q̄ eloquentia, quā ueteres caninam facundia nuncuparūt, multo sese latratibus impetere, deos fatigare & homines, maxime in causis iniustis: quæ tamen iniquorū aduocatorum pascua sunt, quos Plato accipitres pecuniæ appellauit. Hi em̄ Philodici nō iam tondere clientes, sed deglubere, sed & totos uorare cupiunt: securi, quem litis euentum fortuna ferat, dum eloculauerint, depilarint, exollarint, quos defendendos susceperant, eo noie salui putandi, si modicos saluos relinquunt: quæ uenandi uel potius prædandi usum, quis nō inhumanū insociabilem q̄ nominauerit? Aduocati (de quibusdam nebulonibus loquor) quæ paulo' ante ut honesta defenderant, mox siluicrum suadeat, uersutijis suis subuertunt, solis & iustitiæ oculos frustrant, calumpiantur, tergiuersantur, canillantur: ut lites trahant, differant, augeant, & ut cum gloss. dicam in l. quod si nolit, §. si mancipiū, infra de adil. edicto, causas pessimas facie honestatis

Rabula forenses.



nestatis induant: quos certe quomodo non iuris eueriores potius quam professores nuncupaueris? Quod si Tuberoni, qui tum causas non ad turpem questum agebat, fori uersura displicuit, quanto magis forenses mercedulas, quas iniquitas aduocatorum aucupatur, quisquis sapiet, declinabit? Cornelius Tacitus libro. xi. nihil publicæ mercis tempore Claudij tam uenale fuisse scribit, quam aduocatorum perfidiam. Quippe Suillius clientis sui iura nequissimus præuaricator prodidit, a quo tamen quadringenta millia nummorum accepisset: quapropter Plato causidicos urbe pepulit, qui nihil se indignum existimant, ut lucrentur: ut scribit Iacobus Faber in Hecato-

Faber Stapin-  
lensis.

g **C**oram teneret.) Supra diximus eum discedente consule Considio, præfectum Africæ mansisse.

h **C** Infirmum Tuberonem.) Hoc ex historijs non comperi, nec ex tota Ciceronis oratione colliges. Porro Quint. lib. xi. huius Tuberonis patrem a senatu in Africam missum ad frumentum coemendum scribit. Potest utrumque uerum esse, & quod historici, & quod Pomponius scribit.

i **C** Quo nomine.) Propter eam causam: & est elegans, tersa que figura loquendi, quæ sæpe Latini scriptores utuntur. Cicero in prima Philippica: Mihi, inquit, boni uiri gratias agebant, & tuo nomine gratulabantur. Idem alibi in secunda Philippica: Et eius uiri nomine me insectari audes. Idem in oratione pro Fonteio: Quid si hoc crimen optimis nominibus denegare possimus? Doctis nostræ ætatis is est peculiaris loquendi modus, & nos eum sæpe usurpamus.

k **C** Accusauit.) Eam accusationem Trapezontius, nisi adiumentis extrinsecus sumptis, negat consistere potuisse. Si enim Tubero simplici rectoque ductu Ligario obiecisset, quod is in Africa contra Cæsarem fuisset, in eo & Tuberonem quoque reprehendi potuisse: ergo Tubero per subiectionem ducturus, accusationem inscripsisse dicet, argumentis extra sumptis: tum quod Ligarius pro lubea rege, & Africanis, inimicissimis populo Romano, steterit: quod Quint. lib. xi. adduxit: tum quod Tubero Cæsari traditur erat Africam, nisi per Ligarium repulsi fuissent, his firmamentis accusationem per se debilem, ita fuisse instructam, ut iam damnationis calculum Cæsar animo certo destinauerit. Coniecturata hæc Trapezontij diuinatio, perita quidem est, sed ex ipsa Ciceronis oratione nescio an colligatur.

Trapezontius,

l **C** Cicero defendit.) Quamuis propter uehementem Tuberonum accusationem Ligarius defendi non posse uideretur (Cæsar enim eum omnino pro condemnato habuit) audire tamen Ciceronem tantum oratorem uoluit, quem longo tempore, ut dicit Trapezontius, non audiuerat. Vnde Cæsar ad amicos dixisse fertur, reum quidem damnare certissimum esse, nihil tamen prohiberi Ciceronem audire. Sed is fuit in Cicerone defensionis torrens, ut Cæsar uelut impetu dicentis a proposito detrusus, quæ destinatione animi damnauerat, sententia sua absoluerit.

m **C** Satis pulcherrima.) Elegantem & plane artificiosam eam fuisse orationem Aretinus testatur. Sed & Quint. in. iij. diuina ironia usum Ciceronem in principio eius orationis dicit: denique tanta gratia & plenitudine redundabat, ut Cæsar sæpe uultum

Ciceronis fac-  
cundia.



coloremque mutaret. Vbi uero Cicero Tiberonem commemoratione pugnae Pharsalicae impetijt, ita Caesarem extra se positum & quasi mente alienatum ferunt, ut toto corpore excusso, libellos condemnatorios, quos manu tenebat, abijceret, reumque ablueret. Verba Ciceronis ea fuere: Quid enim Tiberio ille tuus districtus in acie? harfai ca gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? quis erat sensus armorum tuorum? quae tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? & quae sequuntur. Ceterum quod Pomponius hic eam orationem satis a pulcherrima nominat, praerum eleganter locutus fuisse forte Laurentio Vallae uideri possit, cum uis superlatiui hoc uerbo, satis, adiuncto attenuetur. Sed arbitramur grauitati Iurisconsulti conuenisse, ne uim superlatiui effunderet, sed cum temperamento laudaret: ad excessum enim Orator sese comparat, non Iurisconsultus. Sic Hieronymus in epistola ad Eustochium (si modo Hieronymi sit) Satis, inquit, eam deuotissime angelus ueneratur. Non absimili loquendi figura Iurisconsultus in l. si alius. §. bellissime, infra quod uia aut clam, magnam & satis necessariam causam exceptionis recipiendae nominat.

*a* ¶ Add. Non est opus ea parte glossae text. Nor. non habet hoc uerbum, satis, et bene illuditur, ut supra dixi.

*b* ¶ Add. Et ita non habet text. Nor. ut non male diuinet haec glossa.

*n* ¶ Sermone tamen. Ita nos legimus licet uulgo legatur, sermone etiam: quod Latinae rei elegantia non recipit. Cum enim supra usus fuit dictione Quidem: dixit enim Tiberonem doctissimum quidem fuisse: recte nunc inferitur aduersatiua coniunctio, tamen: ea enim dicitio quidem (ut Vallae bene docuit) sermonem sub quadam exceptione qualificat, ut necesse sit aduersatiua sequi: ut cum dicitur: doctus ille quidem fuit, sed tamen parum fidelis. Quae obseruatio usque adeo recepta est, ut diuus Hieronymus in epistola ad Algastam decima quaestione, Paulum apostolum notarit, quod dicitio Sed, ei orationi ubi Quidem ponatur, non responderit.

*o* ¶ Antiquo. Loquendi sartagine Satyricus nominat, si salebrosa ista & nimia uerborum antiquitas usurpetur, & si quem uerrucosa Accij, Pacuique scripta delectet. Sic Thucydidis sermonem Cicero in primo libro de Oratore ab usu remouet, quod sit obscurus: maximum in oratione ciuili uitium esse dicens, obscuros adferre & abditas sententias, quae minime intelligantur: maxime si uerba, ut Quintilianus in primo ait, ab ultimis oblitteratisque temporibus, & ut Seneca dicebat, a Coruncanis repetantur. Sed & Gellius lib. xi. delicto adscribit, huiusmodi uerbis uti nimium obsoletis, & (ut ipse ait) exculcatis: sicut sunt apudae, floeces, bouinatores, & similia. Iniecit enim postera graet manus uetustati, ut Diomedes docet: & uelut disciplinam pristini seculi, ita & sermonem fastidire coepit. Sicut enim syluae folijs pronos mutantur in annos, ita uerborum uetus interit aetas. Proinde abolita & abrogata retinere insolentiae est: ut dixit Quintilianus, si quis dem plano utendum sermone, ut nummo, cui publica sit forma. Eos qui uerborum huiusmodi sordes & uoces nimis priscas sequuntur, antiquarios literati nominant. Fastidiebatur itaque Tiberio, quod ad uetustam antiquitatem sese composuerat. Nam nec Augustus Tiberio pepercit, qui exoletas interdum & reconditas uoces aucupabatur. Imperator Adrianus adeo superstitiosus uetustatis amator fuisse dicitur, ut Ciceronem, Vergilio Ennium, Sallustio Cecilium praetulerit: author Spartianus. Laedit tamen datum est Zenoni, quod ex oraculo monitus ad legendos antiquorum libros magno se studio contulerat: testis Diogenes, Senecam Gellius lib. xij. uituperat, quod sua eruditio nihil ex ueteribus scriptis haberet.

*Antiquarij.*

*Affectare.*

*† κακοζηλον.*

*p* ¶ Affectauit. Hoc uerbum uitium sonat. Tunc enim affectare dicimur, cum anxie & nimia diligentia, & uelut extra modum, uerborum uel cultum, uel nouitatem quaerimus, quod Graeci τὸ κακοζηλον, nos affectationem nominamus, ut dicit Quintilianus in viij. docens uitium in eloquentia pessimum esse, si sit affectata oratio. Augustus, ut docet Suetonius, Meccenatem nonnunquam exagrabat, quod nimis exquisito in uerbis cultu per affectationem lasciuiret, quo nonne & Tiberio in praesentia suffragatur. Sidonium Apollinarem eo affectationis uitio insignem fuisse, satis compertum est. Sunt & nonnulli nostra aetate uiri eruditi, qui hanc notam non effugiunt.

*Parum*



¶ Parum grati.) Scribere enim ut nemo intelligat, nullam gratitudini uicem parit. Aristotelē cum a Alexandro conquereret, quod libros Physicos adidisset, respondisse ferunt, aditos quidem, sed tanquā non aditos ob eorū obscuritatē fore. Heraclitus librū suum de industria obscurius scripsit, ut soli eruditi eum legerēt, ne si a uulgo passim legeretur, contemptibilis fieret: author Laertius lib. ix. Iuste itaq; fit, ut male audiant qui legalis sapientiae scita in uulgū prodere pergunt, meri impostores, qui & laicum seducunt, & iuris ciuilibis ueritatē eis incognitam, puritatem q̄ contaminant.

Post hunc maximae authoritatis fuere <sup>a</sup> Atteius Capito, qui Offiliū fecutus est, Antistius <sup>b</sup> Labeo qui omnes hos audiuit: institutus est autē a Trebatio. Ex his Atteius cōsul fuit, Labeo <sup>c</sup> noluit, cum ei offerretur ab Augusto cōsulatus, quo <sup>d</sup> suffectus fieret, & honorem susciperet: sed plurimum <sup>e</sup> studijs operam dedit, & totū annum ita diuiserat, ut Romae sex menses cum <sup>f</sup> studiosis esset, & <sup>g</sup> secederet sex menses, & conscribendis libris operam daret. Itaq; reliquit quadraginta uolumina, ex quibus plurima inter manus uersantur. Hi duo primum <sup>i</sup> ueluti <sup>k</sup> diuersas sectas fecerunt. Nam Atteius Capito in ijs quae ei tradita fuerunt, <sup>l</sup> perseverabat, Labeo <sup>m</sup> ingenij qualitate & fiducia doctrinae, <sup>n</sup> qui & <sup>o</sup> caeteris operibus sapientiae operā dabat, plurima <sup>p</sup> innouare instituit. Et ita Atteio Capitonī <sup>p</sup> Masurius Sabinus successit: Labeoni, Nerua: qui adhuc <sup>q</sup> eas dissensionēs auxerūt. Hic etiā <sup>r</sup> Nerua <sup>s</sup> familiarissimus Caesarī fuit. Masurius Sabinus <sup>t</sup> in equestri ordine fuit, & publice <sup>u</sup> primus scripsit <sup>x</sup> postea q̄ hoc cepit beneficiū, a Tiberio caesare (hoc tum illi cōcessum erat.)

<sup>†</sup> Morlus tex. habet: quod praeter ceteris sapientiae operā dabat  
¶ Alias: qui etiā praeter ceteris operā sapientiae dederat.

(Ista uerba nō sunt in tex. No.)

<sup>a</sup> ¶ Atteius Capito.) Is auo Centurione, & patre Syllano praetorio, in urbe Roma principem in ciuilibus studijs locū adsecutus est, ut scribit Cor. Tacitus lib. iij. in fine. Erat magni in senatu nominis, ut ei & Aruncio coercendi fluuij Tyberis tunc exundantis cura a Caesare demandaret. Qui cum consuluisent, uicina flumina & lacus, ex quib; Tyberis aueretur, uertenda esse: nō est recepta eorū consultatio, tanquam municipijs perniciosa: testis idem Cornelij, lib. i. Is Atteius nephas esse fanciuit, deorū formas insculpi anulis, ut Macrobius docet lib. vij. Videbatur is Iurisconsultus non nihil obsequentior in principem. Nam cum L. Ennius eques Ro. maiestatis accusaretur, quod effigiem principis ad usum argenti promiscuū uertisset, Caesar autē crimē leuiculum ratus, eum inter reos recipi uetuisset, Capito patum constanter in gratiam principis cranē magnificauit: quo nomine Cornelij lib. iij. eum infamia onerare uideatur, quod cū diuini & humani iuris esset sciens, bonas domi artes dehonestauiisset. Multa scripsit, & inter alia in libris collectaneorū, insigne tribunorum decretum de Mancino aedili narrat, qui cum sese a meretrice lapidibus ictum cōquereretur, iuste offensum esse, qui in magistratu esset, tribuni decreuere, quod fores scorti ui erupisset, quod eleganter Gellij lib. iij. tradidit, qui eius Iurisconsulti saepe meminit. Vel leius Paterculus, cum alicubi Capitonem senatorij ordinis, patrum suum fuisse scribit, coniectura temporis ducor hunc fuisse Capitonem.

<sup>b</sup> ¶ Labeo.) Hunc Labeonē, legum atq; morum populi Romani, Iuris q̄ ciuilibis doctorum apprime fuisse, Gellij lib. xiiij. scribit, caeterum nimia quadam libertate agitur, ut qui uel Augusti temporibus, sub cuius manu omnia erant, nihil ratū haberet, nisi quod in Romanis antiquitatib; iustum inuenisset: Atq; adeo ad tribunos plebis interpellatione mulieris uocatus, uenire nō uoluit, quod diceret eis non esse potestatem in ius uocandi: quod & apud Fenestellā legas. Deniq; eum Augustus super eligendo Tri-

Labeo Iurisconsultus.

gendo Tri



gendo Triumuiro, senatus legendi causa patres conuocasset, is Labeo M. Lepidum inimicum Caesaris elegit. Et interrogatus, num alij digniores legi possent: respondit, suum cuique iudicium esse: adeo libertas in eo uelut in contumaciam creuit: author Suetonius. Hinc libertatis ardorem Labeo a patre suo habuisse uidetur, qui & ipse Labeo nominatus cum ceteris contra Cesarem coiurauit, ut Plutarchus scribit. Deinde Bruto & Cassio bello deficientibus sese interfecit, ne seruienti reipublice subderetur: de quo Appianus lib. iij. Labeo (inquit) sapientiae nomine illustris, Labeonis eius pares, cuius ob legum experientiam celebre nomen est, locum in tabernaculo ad corporis sui modulum effodit, & ordinatis quae ad domum pertinerent, seruo iugulum obtulit. Hic noster Labeo, ut author est Augustinus lib. ij. de Ciuitate dei, numina bona a malis, cultus diuersitate distinxit: malos deos caedibus & supplicijs propitiari, bonos letis obsequijs, qualia sunt ludi, conuiuia, lectisternia, uenerari docens.

¶ (Noluit.) Pulchre is rationem constituerat, prudenti quae usus consilio comprobatur, qui magistratu abstinuit. Animi enim ornamenta, ut Hieronymus in Ecclesiaste, inquit, ex bona conuersatione, non ex tumentis & superflua dignitate nascuntur. Demique fortuna, quo altius euehit, ut Agamemnon dicebat apud Senecam, hoc magis uarios casus timere conueniet. Siquidem in publica hominum ambitione, calumniatoribus recta in deterius torquentibus, hominis iusti parata simplicitas est. Accedit quod lubrici sunt, ut ille inquit, humanorum gradus ascensuum, tremulus uertex, horrendum praecipitium. Aegre conscenditur ad eminentem statum, anxie ibi consistitur, grauius inde & repente descenditur: nam & saepius uentis agitatur ingens pinus, & celsae grauiore casu decidunt turre: ferunturque summos fulgura montes. Quanto securior aurea fuerit mediocritas, quam hic Labeo, superius Scaeuola secuti sunt: intra cuius fines qui se continet, uitam ille rectam & tranquillam continebit, inuidendae quae aulae periculis non concutiet. Mediocres enim ciues, ut est testis Aristoteli lib. iij. Polit. nec insidijs appetuntur, nec fraudibus succumbunt. C. Octauius iam tum adulescens, summa cum periculo potius quam humilia tuto proposuit, prosequi quae maluit, ut scribit Velleius Paterculus.

Mediocris  
commoda.

¶ (Suffectus.) Consules qui ex ordine creati, magistratum principio anni inibant, ordinarij: intra uero annum ultra functis, ij qui in locum eorum submitterentur, suffecti dicebantur: testis Lampridius. Nam sufficere submittere est, ut supra diximus. Ioannes Franciscus Picus in hymno ad uirginem, Tu lingua pia uerba precor, tu suffice carmine. Claudius Imperator apud Suetonium nouo circa principem exemplo in locum demortui consulis suffectus traditur. ¶ (Additio.) Fa. gloss. in l. ij. in fi. C. de officio eius qui uicem & hi uicem gerentes, etiam ordinarij erant, non delegati, gloss. ut supra. Vide quae dixi in l. morae, de iur. om. iud. Alex. in Rubr. de officio eius, cui est man. iuris.

¶ (Studijs operam dedit.) Itaque non ex ignauia magistratus contempsit, non delegit iners otium, ut cum Mario ab octaua biberet: ut poculis, scortis, impuritati, nequitiae uacaret, ut hesternam ructaret cum Antonio crapulam: sed ut studijs operam dando, prodesset posteritati: ut rem publicam, cuius in publicum administrandae subire honorem noluit, priuatus adiuuaret. Habet enim, pro sententia Senecae, ubi in priuato etiam lae sese explicet magnus animus, qui etsi otium suum absconderit singulis, tamen & uniuersis prodesse ualet, ingenio, uoce, consilio. Siquidem nec ille solus militat, qui in acie steterit, cornuque dextrum uel laeuum defendit: sed & qui portas tuetur, & statione minus periculosa, non tamen ociosa fungitur: uel an ille plus praestiterit, qui inter peregrinos & ciues praetor aduentibus ius dicit, qui de pace, de bello deliberat: an is qui uirtute instruat animos quid sit iustitia, quid pietas, quid sapientia, quid fortitudo, edocet. Ergo Labeo noster, qui tempus in studia contulit, qui publicae rerum uicem domestico labore reposuit, etiam in priuato publicum negocium egisse censetur: & forte tum melius, quod nec ambitione, publica peste, premeretur, nec calumniatorum carnificinam metuet.

Scitiosus



f. **¶ Studiosis.** Sic Tifernus, operā ait uigilanter amicis, aut studijs, quæ sunt mune-  
ra nostra, damus. Studiosos quib⁹ Labeo familiariter usus est, nō de media plebe sum-  
ptos, sed de principibus in repub. uiris fuisse conijcimus: quamuis em̄ Labeo honorē  
non cuperet, ut magistratus esset, homo tñ ciuiliſ, & ad publicā utilitatem natus, pri-  
marijs coniunctus uiris, doctrina; consilio, præceptis eos adiuuisse credit. Siquidem  
ut est apud Plutarchū, quem magnus Erasmus Roterodamus e Græco Latinis tradi-  
ditis ciuiliſ Philosophiæ fructus est, reipub. prodesse, exhibere iustitiam, condere le-  
ges; & quæ honestis conferant rationibus, eorū inscribere animis qui reipub. admi-  
nistrarint. Ceterū muta quies, ut Plutarchi, uel potius Erasmi uerbis loquar, uita q̄ se-  
dentaria in ocio semota, nō corporibus modo, uerum etiā animis marcorem cōciliat.

**¶ Additio.** (Dandā esse remissionē an̄is Seneca docet: meliores em̄ acriores q̄  
requieti surgent: ut em̄ fertilibus agris non est imperandum ( cito em̄ exhauriet illos  
nunq̄ intermissa fecunditas) ira animorū impetus assiduus labor frangit. Siquidē ex  
assiduitate laborum, animorū hebetatio quædam & languor enascit. Et paulo post,  
legum conditores, festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines publice coge-  
rentur, tanq̄ necessarium laboribus interponentes temperamentum: & magni uiri  
quidam, sibi menstruas certis dieb⁹ ferias dabant: quia aliquem diem inter ocium &  
curas diuidebant, Seneca de tranquillitate uitæ.)

g. **¶ Secederet.** Pertinacem laboris perseverantiā, robur & animi & corporis deij-  
cere, atq̄ ita labores leniri intermissione, & Plato & Philo docuere. Ocia em̄, ut Oui-  
dius ait, & corpus alunt & animum: Immodicus contra carpit utrunq̄ labor, hoc est,  
quod uulgo dicitur, nō esse durable, quod alterna requie caruisset. Polchro usus fu-  
isse temperamento Labeo uidef, qui anni curriculum ita distribuit, ut partē studiosi,  
partem studia uendicarent. Illic em̄ alterna rerum optimarū disceptatione animum  
eatenus remittebat, quatenus hic ad præclariora scribenda redderetur illustrior. Fe-  
stos dies Iuriconsultos instituisse Seneca docet, necessarium laboris temperamentū.  
Drusus tamen apud eundem conqueritur, sibi uni ferias nunquam contigisse.

h. **¶ Hi duo.** Capito & Antistius Labeo, quos supra recensuerat esse discipulos Of-  
filij & Trebatij. Fuisse illos ætate cæsaris Tiberij duo pacis decora, Cōr. Tacitus lib.  
iij. in fine scribit. Sed Labeo incorrupta libertate cōspicius, & ob id fama celebrator,  
Capitonis obsequiū dominantibus principibus magis probabat. Labeo intra prætu-  
ram stetit, Capito consulatū adept⁹ est: adeo obsequiū amicos, ueritas odiū parit. Sed  
præstat intra fines ueritatis & libertatis aduersa pati, q̄ cū adulabili impostura dñari.

i. **¶ Veluti.** Hæc dictio licet sub umbra ponatur improprietas, ornat tamen perq̄ *Veluti.*  
accurate, capitur q̄ pro eo quod uulgo dicimus, ut ita loquar. Salustius in Catilina:  
Inconsulto, ac uelut per dementiam cuncta agebat. Idem: Tanta uis morbi atq̄ ueluti  
tabes plerosq̄ militum animos inuaserat.

k. **¶ Diverſas sectas.** Ex quodā nature nexu fit, ut hoies facile dissentiat. Item si un⁹  
q̄ principaliter, infra de arbit. Velle em̄ sui cuiq̄ est, ut ille inquit, nec uox uiuiff uno.

l. **¶ Perseuerabat.** Argumentum quod a præceptorū doctrinis non sit facile rece-  
dendum: discipulum em̄ credere oportet, ait in Elenchis Philosophus, & Seneca, præ-  
ceptores deorū ritu cotendos existimat. Sed & hic discretio habenda est: perseue-  
randum em̄ in eorum traditionibus fuerit, quoad ueritas patiatur. Non em̄ bene in-  
ueniendis utetur, ut quidam ait, qui melius iam inuenta contempserit. Quod si de eli-  
narinta uia, eorū doctrina uel distinguenda est, uel cum temperamento accipienda,  
ut honor præceptorū habeatur, simul & ueritas asseratur: quod Cassius nosciff fecisse  
in l. dicere, infra de arbit. Et Paulus in l. i. q̄. adipiscimur, in fi. q̄. infra de acquir. pot.  
l. illud quoq̄, in prin. infra de pet. hæred. l. si q̄m exceptione. q̄. sed & si quis, infra  
quod met. causa. cum similibus. Temeritatis em̄ notam esse, Parisiensis Cancellarius  
dixit, uiros sapientiæ gloria cōspicuos uel statim erroi subdere, uel quod temperata  
resolutione

*Quatenus præ-  
ceptoribus fi-  
dendum.*



resolutione placari poterat, uelle subuertere. At uero si intolerabilius aberrarint ij, qui nos docuere, hic ab eis sine trepidatione recedendum puto. Plato enim mihi amicus, amicitior ueritas. Quapropter Cice, in lib. de finibus bonorū & malorū, leuitati & inconstantia adscripsit, aut falsum sentire, aut quod non satis explorate traditū sit uelle defendere. Ciceronē nulla uincula ligarunt ullius disciplinae, quin ex omnib⁹, ut ipse de se in. ij. Tuscul. fatetur, libaret, qd quocunq; maxime uarietatis species moueret. Sic & Horatius: Nullius adductus iurare in uerba magistrū: quocunq; eum tempestas rapuit, eo deferebatur. Proinde instituta quorundā excusare non possum, qui Accursianas glossas, aut Bartoli scripta tam enixe defendunt, ut ab eis nō esse recedendum arbitrentur, ubi etiā proprio eorū constet iudicio, diuersum in puncto iuris esse uerisus. Quæ (malum) funesta res est, ruinosis maiorum traditionibus ita hæere, ut ueritatis deseratur ratio? Quo non reatu dignos putes, qui lucem ostendant, sequendas tamē tenebras suaserint? Nos glossas & Bartolū magna ueneratione dignos quidem esse ultro fatemur, ut qui obscura quamplurima nobis peruia fecerint: sed nō ita afferendos, ut errata eorū tueamur: homines enim fuere, errori & lapsui, pro Ciceronis sententia, subiecti. Equidem ex eorū doctrinis succum colligo, nō totas herbas deuoro: ne dum salubria quærimus, ut Augustinus dixerat, lædentiā miscemus. Hoc si iuris nostri professores, uiri alioqui laudati & eminentes facerent, & nō peruicacius glossas, tanquā nescio cui barbaro, inepto & insipido, nedum stultissimo caroctio adhererent, iam legis ueritas planior esset & apertior: plurimum q; isti fastidiosi quorundam & erroribus pleni cōmentarij uel tollerentur de medio, uel refecarentur, in quibus immixta ueris passim nō uera uagantur. Quā mihi fideles uidentur interpretes, qui primorem in textibus elucidandis insumunt operā, in glossis uero, & Doct. cōmentarijs nō ad unguem omnia, sed quæ utilia, quæ uera sunt, clare, aperte, & plane exponant: ut sic fidelis lectio nō ex opinionū procellis pendeat, sed quid ueritas moribus utentium accommodata obtineat, collimato ordine consequatur.

m ¶ Ingenij qualitate.) Sallustius dicebat integrū ingenium inter bonas artes breui adolere: nihil enim est tam difficile, quod ingenij acumine inuestigari nō possit: cuius nobilitatem etiā auro præferendā esse, Ouid. existimauit. Et certe nihil inuita di-  
ces, facies uel Minerua. male enim respondent coacta ingenia, ut Seneca doceat.

† ¶ Addi. No-  
ricus tex. habet:  
quod præ cæte-  
ris sapientiæ o-  
peram dabat.

n ¶ Cæteris t operibus sapientiæ.) Labeo alias etiam philosophiæ doctrinas attigit, quod & Gellius lib. xij. tradidit, qui Labeonem Antistium, iuris quidem civilis disciplinam principali studio exercuisse scribit, & de iure publice responsitasse, cæterarum tamē artium nō fuisse expertem. Et sane, cū iuris prudentia ex uera philosophia pendeat. l. i. infra de iust. & iur. cum lex sit dogma sapientū, imo & cōmunē præceptū, uirorum q; prudentū consultio. l. i. & l. ij. infra de legi. & omnino ex diuinarum constet humanarum q; rerum noticia, l. iustitia, supra de iust. & iur. quomodo qui nullas philosophiæ partes cognouit, qui nec dialecticas rationes, nec ullam elegantis latinæ rei cognitionem unquam habuit, quin etiā omnium optimarū disciplinarū ignarus, quæstuaria quædam fori uas fragmenta ex Speculatore, uulgatis q; cōmentarijs conquisiuit, quomodo is iuris peritus recte nominabit? Vel quomodo illustres illos iuris consultos omnium propemodum doctrinarū eruditione clasos tractabit? Quomodo in legib⁹ ex ueritate colligendis uersabitur: cui si a uulgatis istis Salicetis, Curtijs, & alijs id genus cōmentatoribus discesserit, cum optimis literis nihil cōmune fuerit? Quā putas ingenti laude utrosq; Sozinos & Iasonem prædicari cōueniat, qui cum sint iuris cognitione illustres, in alijs tamen optimis scientijs, cum solida eruditione sunt uersati? Quibus quid esset absolutius, si in elucidanda ciuili scientiæ ueritate, Labeonis instituta (quod ex ingenio sum eminentia poterant) frequentius q; Capitonis sequerentur? Sed cōmunis opinionis ita hæsit nomen, ut qui etiam cum ueritate aliter sentiat, furere, insanire, errare dicatur, de quo tamen mox plura.

lanouare



Innouare instituit.) Miserum est, ait Iuuenalis, aliorum incumbere fama. Siquis dem ueluti horrea cito expendunt, nisi augmento reponas: thesaurusque facile profunditur, qui non instauratur: ita pro sententia Cassiodori, humanus sensus nisi nouo sarciat inuento, cito attenuatur de proprio: Quapropter Labeo fiducia doctrinae fretus, non quidem a fune predecessorum, ut Capito, pependit: sed sine cortice riare perrexit, ut & innouaret & dilataret, quo posteritati consulere. Et licet alias in rebus gerendis noua & insolita moliri non sit sine periculo, l. si negotia, infra de nego. gest. tamen in doctrinis non est ita: quae cum quotidie incrementum suscipiant, arg. l. legatis. §. ornatricibus, infra de leg. iij. semper laborandum est, si accessione aliqua studia illustrari possint: hoc est quod Iulianus Iurisconsultus dicebat, Si alterum pedem in sepulchro haberet, sese addiscere uelle, quod ea sola recta sit uiuendi ratio, l. apud Iulianum, infra de fideicommiss. libert. Sic & Solon in extremam usque senectam literis incumbere desiderauit, Et dicebat Augustinus ad Hieronymum, nullam sibi aetatem seram ad discendum uideri. Quae enim mens rationibus agitandis, exquirendisque alitur cum oblectatione solertiae, eam suauissimo literarum foueri pastu, Cicero in Tuscul. testatur. Ita tamen nouandum puto, ut utile sit quod scribatur, sit commodum, incognita referat, ueritatis profunda aperiat. Verbosos enim quorundam commentarios non laudamus, qui aliorum scripta fastidiose repetunt, disceptant in ijs quae obmitti poterant, inutiliumque questionum firmatis folia complent. Est porro hic argumentum non semper communibus opinionibus esse inhaerendum, non semper uerba togae sectanda: sed innouandum aliquando, dum ueritas comitetur: cum possit aliquando unius deterioris forte assertio peritiores alios ueritatis sententia superare, ut dicit Imperator in l. i. §. sed neque ex multitudine, C. de uet. iur. enu. Fit quoque saepe ut communes opiniones non ex ueritate, sed uelut ex fauore conspirato eorum prodeant, quorum doctrinas etiam si textu aliquo iuris non fulciantur, tueri pergitur. Nonnunquam etiam negligentia in causa est, ut dum quae ab alijs scripta sunt, sine altiori inquisitione alijs tradimus, & illi alijs, & ita deinceps, facile euenit, ut communes opiniones orientur. Et sicut olim in palaestris, primus cursu defatigatus lampada sequenti dedit, & ille alij: ita fit ut apud plerumque Doctores, consulta eorum non tam ex animi ratione, uerique fundamentis, quam ex alienis uocibus colligantur. Iulius Passerius clarissimus iuris utriusque Doctor, olim Fiscalis nunc Cancellarius illustris ducis Sabaudiae, uir cum doctrina celebrabili, humanissimus nobis, nuph Raphaeli allegabat, qui communes opiniones ouium gregi compararet: eorum enim uniuersum gregem tendere, quo prima ouis cursum direxisset. Denique opinionibus communibus tantum tribuunt nonnulli, ut eas sequi oportere censeant, etiam ubi suspicent ueritatem iuris esse in contrarium. Nos communes opiniones sequimur, cum uel textibus muniuntur, uel certe nulli textus nulla ue ratio iuris aperte refraget: alioquin impudenter ab eis non solum recedimus, sed etiam aliquando nomen communis opinionis suspectum habemus, cum saepenumero in re ambigua, in utramque partem communis citetur opinio: ut quod ratione non possunt, communis opinionis praetentum pergant euincere, quod non potest non esse malum detestabile: utpote quod legalis sapientiae puritas, exitiali isto abusu impuretur, sanctissimarumque legum scita, recta alioqui, in ambiguum detrusa, pro questu huc & illuc e mentitis forte testimonijs figantur & refigantur, in uulgoque tanquam fraudum aucupia uilescant. Nec tamen ignoro complures esse bonos, eruditosque uiros, qui eo nomine communes sine alio delectu opiniones sequantur: quod in portu, quam in alto mari nauigare putent esse securius. Quos & si nec probo, nec admordum oppugno, comonuisse tamen uelim, saepe in portu perichitatos fuisse, qui in alto tuti fuissent. Petrum Saluator in profundum ducere nauem iussit, ad dexteram tamen, ut cum fructu piscaretur. Ita nos si ad dexteram uobis scopus dirigitur in altum, ab opinionibus recedentes, saepenumero ueritatis rete cum fructu expandimus, ubi in opinionum portu, si modo portus est & non naufragium, mergeremur. Constat praeterea esse

Innouare periculosum, illustrare praclarum.



Quatenus com-  
muni heredum  
opinionem.

terea esse plerisque, qui communes opiniones ideo preferunt, quia iudices eisdem opinionibus facile flecti posse confidunt: Quam rem nescio an periculis, & quidem presentibus plenam putarim. Ferunt iudicem, qui a communibus opinionibus recedat, litem suam facere: qua traditione simpliciter accepta, nihil potest esse falsius. Equidem fateor communi assertioni, sed quae textibus iuris fulciatur, aut cui nulla sit lex contraria, ut supra diximus, haerendum esse: sed in uniuersum communibus niti opinionibus, si uel textus iuris aut ratio manifesta repugnet: hic nos certam ueritatis persequemur dicimus & contestamur, quas nisi iudex fugiat, & sese & animam suam damnabit, & iura partis subuertet. Vide qui sapis, qui probus es, qui iuris ueritatem amas, quae ancipiti periculo communes opiniones consistant. Si enim textibus fulciuntur, iam non quia communes sunt, sed quia iuris sunt, etiam si solus quispiam docuerit, obtinebunt: sin textibus obuiant, tanquam syrtes sunt euitandae. Sed plus nimio euagmur, scientes quae in plura nos diuersa sentientium iudicia incidimus. Communi opinionem sine delectu fidere, et ab ea ne latum quidem unguem uelle recedere, quae sit intuitum, nostri singulares Intellectus edocent.

p **M** Masurius Sabinus.) Equestri ordine fuit, ut in textu sequitur, cuius saepe Gellius meminit. Inter illustres fuisse Iurisconsultos, ex uersu Persij colligitur, cum dicit: Cur mihi non liceat iussit quaecumque uoluntas; Excepto si quid Masuri rubrica notauit.

q **E**as dissensiones.) Semper hic morbus literarum studia inuasit, & inuadet, quod in diuersas sectas diducimur, dum quisque suos praecipuos plus aequo praefere cupit, ut alibi diximus. Est quidem reuerentia praecipuo exhibenda, sed usque ad aras, & quousque honestas patiatur.

r **N**erua.) Cocceium Nerua significari puto, de quo in sequenti glossa dicemus.

s **F**amiliarissimus.) Ex Cornelio Tacito libro. iiii. & v. comperimus Neruam Tiberio caesari singulari fuisse familiaritate iunctum. Nam & caesarem, dum in Campaniam secederet, comitatus est. Et cum is Iurisconsultus moriendi consilium inisset, a caesare ut uitam produceret, est cohortatus. Sed uerba authoris subdere placuit. Cocceius (inquit) Nerua continuus principis, omnis diuini humanique iuris sciens, integro statu, corpore illaeso, moriendi consilium coepit, quod ut Tiberio cognitum, ad sidere ei, causas requirere, addere preces, fateri postremo, graue esse conscientiae suae, graue fame suae, si proximus amicorum Caesaris, nullis moriendi rationibus uitam fugeret: auersatus sermonem Nerua, abstinentiam cibi coniunxit, donec uitam efflaret. Dicebatur integerrimus ille uir mala reipublicae proxime futura prauidisse, atque adeo dum integer, dum intentatus esset, honestum finem uoluisset.

t **I**n equestri ordine, ) statu, serie, dignitatis eminentia. Est enim Ordo discretio status, hominum conditioni accommodatus. Gnato apud Terentium, quendam sui ordinis hominem, id est, conditione pauperem se conuenisse dicit. Cicero in prima Verriana contra Cecilium: Vestri, inquit, ordinis reos, fures putans & seruos nequam, ut Asconius exponit, sic in li. 4. sed & si seruus, infra de uentre inspiciendum. prouidetur, ut ordinum & dignitatum salua sit ratio. Origenes in Leuitico, de duodecim ordinibus rationalis creature esse, ex duodecim tribubus colligit. Erat & in militia ordo, qui ex certo numero militum constabat, eius ordinis ductorem Primipilum nominarunt. Apud Romanos tres praecipuos ordines fuisse, nemo est qui ignoret, senatorium, equestrem, & plebeium. Primi ordinis patricij erant, & ij qui in senatum legerentur, apud quos maiestas Romani imperij erat, antequam omnia in principem transferrantur: quapropter amplissimum eum saepe Cicero nominat. Spectandi locum in theatris primum habebant Orchestram appellatam. Post Senatores equester ordo medius erat: Equites dicti, quod equis publicis mererent. Eorum in insigne fuere anuli aurei, quibus a plebe distinguerentur: apud quos & iudiciorum potestas erat. Ab equestri ad senatoriam dignitatem ascendere poterat, Equestris in theatro loca, xiiii. gradibus concludebantur, quae & ipsi

Romanorum  
ordines.

Senatorius.

Equester.



qui & ipsi ordines dicuntur. Sape em̄ apud authores, Suet. Iuue. & ceteros de. xiiij. ordinibus mentionem fieri inuenies, per quos equeſtria loca. xiiij. graduum noie intelligi conueniet. Infimus ordo plebeius fuit, intra quem numerabant qui ciues Romanī, & ex aliqua tribu essent: loca eorum in theatris popularia dicta. Eius ordinis liberti nō fuere capaces, nisi essent uindicta manumissi, ut supra diximus in. d. initium, unde nec ciues Romanī erant, nec tribules, id est tribubus inferti: quod cum Accursium, uirum alioquin eminentissimū præteriret, uidetur in! patronus, in prin. infra de leg. iij. non nihil declinasse: cum em̄ ibi patronus hæredem grauasset, ut liberti tribum emeret, hoc est, ut in aliquā tribum Romanam insereretur, libertus aut ante moreretur, relicto quodam hærede clarissimo deciditur ibidem, æstimationem ipsius tribus, non tribum deberi. Non enim necesse erat, hæredi dicti liberti tribum emere, quam is, ut qui clarissimus esset, habuit: qui est intellectus facillimus. Accursius ibi ridicula quædam miscet, tribum, id est, progeniem seruorum exponens: & quædam uana super uerbo, deberi, adducens, quæ dum legerē, risum cohibere non potui. Sed ut ad præsentia reuertar, Sabinus medio ordine, quem equeſtrem diximus, continebatur, quod tamen ad dignitatem referas, non ad censum, ut mox dicetur.

Plebeius.

u. ¶ Primus scripsit.) Sed contra. deinde Sextus Aelius, cum multis. d. supra eo, ubi plures Iurisperiti recitantur, qui priores ante Sabinū plurima uolumina scripsisse comperiuntur. Sed dic Sabinum primum fuisse qui publice, id est, ex autoritate publica principis scriberet. Nam qui ante eum scripsere, nulla autoritate, sed priuato arbitrio usi sunt. Hic Sabinus saepe a Gellio recitatur, qui & de notis censorijs elegantia scripsit, ut idem libro. iij. & alibi.

x. ¶ Posteaquam.) Hic textus in omnibus, quos uidimus libris, ita fuit corrupte scriptus, ut non solum nulla sermonis elegantia, sed nec ullus uel sensus, uel intellectus, quin potius monstruosa barbaries nostro Iurisperito minime digna conspiceretur. Itaque eum periculo nostro, in hunc, quem supra uidistis tenorem correximus. Sed & Budæus hunc errorem attigit. Sensus est, Sabinum publice scripsisse, postq̄ hoc beneficium publice scribendi cœperat, id est, incœperat. Siquidem Tiberius Cæsar id ipsum beneficij loco tunc concesserat.

Et ut obiter sciamus, ante tempus Augusti publice respondendi ius non a principibus dabatur, sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant: neque responsa utique signata dabant, sed plerumq̄ iudicibus ipsis scribebant, aut testabantur qui illos consulebant. Primus diuus Augustus, ut maior Iuris autoritas haberetur, constituit, ut ex autoritate eius responderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit. Et ideo optimus princeps Adrianus, cum ab eo uiri prætorij peterent, ut sibi liceret respondere: rescripsit eis, hoc & non peti, sed prætori solere: Et ideo si quis fiduciam sui haberet, delectari se populo ad respondendum se præpararet.

a. ¶ Obiter.) id est, extrapropositu & uelut incidenter. Iuuenalis pro interea usurpat. Atque obiter leget, aut scribet, aut dormiet intus. Et alibi, Atque obiter faciem liuit, audit amicos.

b. ¶ Fiduciam studiorum.) Quæ labore, uigilijs, assiduitate parit, nō poculis, uoluptatibus, illecebris: quod utinā huius ætatis scholastici perpenderent, ne nō crescentibus admodū studijs, ipsi modico freti studio deſicerēt. Auditores nostros, quos & nobiles & alios plures habemus, diligentij noie asseueratē cōmendamus: quos suorum studiorum fiducia ( quibus tersiorem dictionis elegantiam quantum satis est, cum



Consilia signa-  
ri debere.

ciuili sciētia cōiunxerūt) olim & cōsulentibus utiles, & fama preclaros fore speramus.

**c** (Signata.) Argumentum q̄ consilia signata dari debeant, & hoc seruat consuetudo: pro quo facit Spec. in tit. de requis. consil. uersic. sic porro, qui consilia iudici secreto esse presentanda iubet. Hoc certe necesse est, ut Doctor suo consilio manu propria subscribat ad instar notarij. Paul. de Cast. in l. cum antiquitas, in fi. C. de testa.

**d** (Testabantur.) scilicet iudicibus: hoc est, testimoniū iuris scripti reddebant iudicibus, qui illos cōsulebant, arg. q̄ is qui consulit dicat̄ testis iuris. Proinde Spec. in tit. de requis. consil. uer. item fac eos, doctores consulentes iuramento adstringēdos esse admonet, cū pro teste sint, nisi aliqua iusta causa eos excuset. Quod si subscribens consilio alterius Doctoris testificari censeat, ut dicit Bald. in l. fi. secundo notabili. C. si cer. pet. quomodo non qui principaliter consulit pro teste habebitur? Quod utinā ij perpendent, qui partim cæci, ipsi cæca scribunt consilia, cæca iuris testimonia firman, partim consilijs aliorū, cum nec iura allegata unq̄ discusserint, nec acta causę uiderint, solo uel lucelli cōpendio illecti & intestati subscribūt, mutuū testimoniū græca fide ferentes: quos nō immerito Bald. in l. fi. C. plus ualere, detestari uideat̄. Sigdem ex eorū cæcis testimonijs mens iudicantis fallit, & subuertuntur iura litigantium.

**e** (Auctoritate.) Collige hinc Doctorum creatorū emeruisse originem, ut ea facultas de iure respondendi non temere cui libet liceat, nisi principis accesserit auctoritas, interueniente tamen publicorū gymnasiolorū examine, ut in tit. C. de profess. & med. libro. x. Qui enim præter scientiæ meritum magisterium suscepit, inaniter dici quod non est, concupiscit: ut in homelia Maximus dixerat.

**f** (Pro beneficio.) Non plane uideo, in quo id beneficij resideret: nec em̄ credo ea beneficia ex mercedum quæstu constituisse, quando sanctissima res est ciuilis sapiētia, quæ pretio nūmario non æstimet̄, l. i. §. proinde, infra de uar. & extraord. cog. Sed cōiungere licet fauorem eos populi meruisse, & per hoc ascensum ad reip. gubernacula pertuuisse, si quos forte creata ambitio tenuisset, ut honoribus accipiscendis uelificari pergerent, argumento eorū quę habuimus in §. post hunc maximæ, supra eo. & in proœ. instit. in fi. Deniq; & consulentibus honoraria largita fuisse nō negauerim: quæ tamē initio responsorū ab ulro offerentibus accipi poterant, peti in iudicio non poterant, quod forte textus in d. l. i. §. proinde, significat, si modo noiē sacramenti responsa peritorum intelligantur. Verū quamuis facultas respondendi de iure pro beneficio haberetur, non tamen caruit periculo. Nam Doctor qui consuluit in causa aliena, etiam in propria sequi id quod cōsuluit, tenet: ut eleganter uoluit Ang. in l. i. infra quod q̄que iur. Quod & Cicero significare in oratione pro L. Murena uidetur.

**g** (Non peti sed præstari solere.) Hoc est, non solū peti, sed præstari solere: ut hæc dictio, solum, subintelligat̄, per elegantē loquendi figurā, de qua infra in Antinomijs. Ceterū Accursius & oēs Accursiani hūc locum male accipiunt, uolentes q̄ facultas de iure respondendi, inhoneste peteretur, licet honeste concederetur, per d. §. proinde, cum multis similibus quæ huc aduehuntur: quæ omnia tam sunt ad hunc textum impertinentia, q̄ ab ipsa luce tenebræ distant. Quomodo enim inhoneste peteretur iuris respondendi facultas, quæ ab Augusto usq; ad Adrianum plus centum annis peti cōsueuit? id quod iam ante textus noster dixerat, quod uidelicet ex illo tēpore peti illud pro beneficijs cœperit. Non est ergo ea res unquam inhoneste petita, quæ tot annos a tot claris uiris petita fuit. Et hodie in pompis creatorū Doctorum cum insigni solennitate peti solet. Proinde dictio Solum, subintelligenda uenit, ut supra declarauī. Verū igitur sensus est, peti quidem posse ut de iure respondeatur, Ceterum non decere, ut ad solam petitionem ea facultas concedat̄, nisi is qui petit, p̄stiterit, hoc est, facto cōprobet se idoneū, ut ea auctoritate præorneat̄. Præstare em̄ eleganter pro eo sumit̄, quod est facto & ope ostendere: ut cū dicimus, præstata te uirū cui credi possit. Sic Livi. lib. xi. scribit: Fabiū Max. cum filio suo legatus daretur, operā suam pollicitū fuisse & præstitisse

Iurisconsultorū  
honoraria.

Præstare.



præstitisse, id est, factum ostendisse. Dicebat Lactantius loqui facile esse, præstare difficile. Recte itaque in præsentia Adrianus respondendi munus non peti, sed præstari solere dicebat: hoc est, non ad nudam petitionem, sed tunc concedi solere, quando petens facti euidentia idoneus uideret: & hoc ostendunt uerba sequentia, cum infertur, si quis fiducia sui haberet delectari se populo ad respondendum: hoc est, si quis fiducia sui delectaretur eo manere, is se præpararet, hoc est aptum ostenderet, qui intellectus uerus est, facilis & expeditus. Ex quo collige, non alium nisi iustum, honestum laborem, pro Ciceronis sententia, honoribus, præmijs, splendore decorari. Proinde euidentis est argumentum contra indoctos literatores, quorum alij extortis diplomatis, bullatos, quod uulgo dicitur, titulos circumferunt: alij cum iusto gradu iuris insignia sunt consecuti, relicto tam eleganti studio, in quo tamē cognoscendo mirifica sit luauitas & delectatio, ad rithmos, ad fabulas, ad nugas, ad gerras, ad uernaculas ineptias conuertuntur. Cæterum dolo non carent saltem præsumpto, uel certe a lata culpa non excusantur, qui cum sint imperiti, doctorum titulos adsciscunt: qui ampullis uerborum iactantiaculi, uultuoso supercilio minabundi peritiam foris ostentant, quam asserere tam non possent, quæ sunt ab omni legali studio alienissimi: de quo Doct. in l. ij. infra quod quisque iuris.

Indoctrini  
literatores.

<sup>a</sup> Ergo Sabino concessum est a Tiberio Cæsare, ut populo responderet: qui <sup>b</sup> in equestri ordine iam grandis natu, & fere quinquaginta annorum receptus est: huic nec amplæ facultates fuerunt, sed <sup>d</sup> plurimum a suis auditoribus sustentatus est. Huic successit C. Cassius Longinus natus ex filia Tiberonis, quæ fuit neptis Seruii Sulpitij, & ideo proauum suum Seruium Sulpitium appellauit: is & consul fuit cum Quarto temporibus Teberij, sed plurimum in ciuitate authoritatis habuit, eo usque, donec Cæsar eum ciuitate <sup>b</sup> expelleret, expulsus ab eo in Sardiniam, reuocatus a Vespasiano, diem suum obiit.

<sup>a</sup> Ergo Sabino. Propter longam digressionem, quam supra Iuriconsultus fecerat, iam ad Sabinum reuersus, per epilogum colligit quod supra narrauerat. Is enim oratoribus mos est, & pro instituto seruat, ut docent Cicero & Quint. cum narratio cœpta prolixioribus parergis & digressionibus suspendit, reuertit sub quadam recollectione ad ea solere, quæ principio sunt adducta. Glossæ nostræ sicubi talis recollectio in iure occurrit, dicunt Iuriconsultum repetere, ut addat: sed accuratiora sunt quæ iam diximus.

<sup>b</sup> In equestri ordine. Quomodo ei ordini Sabinus inserebatur, cui non essent amplæ facultates: siquidem lege Roscia cautum erat, ne equestri ordini adscriberentur nisi quibus quadringenta sestertia essent. Sed credimus Sabinum a principe dignitatis nomine in hunc ordinem receptum, non quod censu equestri ualeret. Denique princeps superior est lege, ut supra docuimus.

<sup>c</sup> Huic nec amplæ facultates fuerunt. Diodorus Siculus lib. ij. eas docet optimas esse leges, quibus non diuites, sed honesti prudentesque homines fierent. Paupertas enim honesta, inuincibilem legis athletam constituit, ut ait Nilus philosophus. Peculiare adeo est, ut diuitiæ bonis & probis absint ingenijs, ut Cicero in fine primi libri Officiorum rem difficilem putet, affluentibus copijs ditari sapientem. Porro Hieronymus in Ecclesiaste, magistrum quenque nobilem & prudentem paupertate premiscribit. Eius rei rationem Philosophus in problematis inuestigat, inter alia existimans ideo fieri, quod improbi per fas & nefas opes congerant. Hebræus apud Hieronymum, a facie diaboli fieri docet, ut stulti subleuentur. Proinde apud Aristophanem & Lucianum, Plutus diuitiarum deus, cæcus fingitur & claudus: ne probos & doctos, quibus eum committeret, dignoscatur quod magnus Erasmus Roterodamus lux doctrinarum in suis Adagijs eleganter profequitur. In Sueuia imaginem lapidis uetusti Cæco diuitiarum deo sacram, Diodo. Siculus.  
Plutus.  
reperitam



reperitam esse, mihi nuper quidam ex eruditis retulit. Herodis sophistæ diuitias oculatas fuisse, Philostratus testat, ut qui eis uti ex iusto nouerit. Ceteræ magno caret incommodo, quæ diuitiarum moles non presserit, utpote quæ eas curæ comitent, ut Octavius ait, & inquieta pectora. Crescentibus enim diuitijs, execranda auariciæ pestis crescit, quæ improborum corda angore, tormento, metu, cruciatu flagellet, diuidat, disperdat. Omne enim quod homini plus est quam sit necesse, Xysto philosopho teste, inimicum est ei.

Mimus Publianus.

Proinde solidæ felicitatis loco ponimus, bonis uiris abesse diuitias, tantum non egestate premantur. Inopiæ enim pauca defunt, auariciæ omnia, ut Publij Mimus habet. Modicitas ergo ad naturæ legem composita, sapientem tranquillat, & pro sententia Apuleij, philosophiæ est uernacula, frugi est & sobria, habitu secunda, ut quæ nec fastu sustollat, nec deprimat impotentia: quæ nec uentris, nec inguinum delicias uel uelit uel las, uel possit. Quæ cum ita sint, non immerito Iurisconsultus Sabinum eo maxime nomine commendare perrexit, quod amplitudine facultatum non molestabatur. Sic olim Fabrij, Curij, Quintij, Attilij, alij quæ clarissimi imperatores, paupertatis gloria excelluisse, sic Anatolius Theodosij imperatoris præceptor, diuitiarum sordes egregio animo suppressisse legitur. Quanto enim satius est animum probitate ornare & sciëntiâ

quæ putre corpus auro, sericis, gemmis contegere, animi nuditate relicta. (Plurimum a suis auditoribus.) Olim Antonius Gniphos insignis Grammaticus, quem & Cicero post forenses labores audiuit, ex discentium liberalitate plurimum consecutus traditur: testis Suet. de Grammaticis. Quintilianum modicum facultate, Plinius in collocanda filia adiuuit, quinquaginta milibus nummum eidem donatis. M. Antoninus imperator tanta in suos præceptores pietate fuit, ut imagines eorum aureas in latrio haberet, in quos & liberalissimus fuit. Quinetiam Appollonij domum discendi causa adiuuisse dicitur, etiam dum in imperatoriam dignitatem esset adscitus, ut scribit Capitolinus. Porro & Seuerus imperator, Hermocrati optionem dedit petendi quid uellet, eo quod petente tura quinquaginta talentorum ut deos colere paruum ratus donum quod plurimum meruisset: author Philostratus in Sophistis. Thales Milesius cum de solis magnitudine & meatu, Mandraytum Priensensem pulchra docuisset, adeo quod quantum uellet mercedem optare iussus esset, noluit mercedis quippiam, sed ne authoris nomen preteriretur expetiit, quod Apuleius in Floridis scriptum reliquit. Philager tamen sophista, cum auditorum educatione non multum gauderet, nec ipse ab eis multa est consecutus. Plutarchus in problematis, a ueteribus obseruatum tradit, ut literæ gratis docerentur, mercenarias uero doctrinas a Sp. Carbilio coepisse. Alcinous in epitome, Sophistam a philosopho, eo disseparat, quod hic gratis doceat, ille mercedem a discentibus recipiat; tametsi Damianus sophista, teste Philostrato, egenis mercedem dimiserit, ne pecuniarum inopia, bona laterent ingenia. Proclo Nancratidi, si quis centum drachmas penderet, is docentem audire semper potuit, nulla mercede repetita. (Socrati, cum multi multa, pro suis quisque facultatibus offerrent, Eschines pauper auditor, cum nihil quod Socrate dignum esset, inueniret, seipsum donabat. Quo munere Eschines, Alcibiadis & omnium opulentorum munificentiam uicit: author Seneca lib. i. de beneficijs.)

a Additio.

Staberius grammaticus temporibus Syllanis, proscriptorum liliis gratis, & sine mercede ulla in disciplinam recepit, testis Suetonius. b (In proscriptione triumuirali, cum puer ob diuitias proscribitur ad præceptorem graderetur, insequentibus eum interfecturibus, a præceptore arctius complexus amoueri non potuit, ut ita ambo interimeretur: author Appianus lib. iij. bellorum ciuiliu.)

b Additio.

Ambrosius diaconus Origenis documentis imbutus, male audijt, quod cum esset uir nobilis & diues, præceptoris sui egeni, senis & pauperis, moriens non sit recordatus, ut scribit Hiero. in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis. Aristippus in exaggerata mercede recipienda imparabilis fuisse, primus quæ Socraticorum quaestu philosophatus esse dicitur. Ceteræ Iurisconsultus uero iubet mercedes, non quas minimas poterint: sed habita patrimonij & dignitatum ratione



tionem, præceptorum exolut, in l. cum plures. §. cum tutor, infra de admin. tutor. Et est me Hercule celebranda in discipulis pietas, qui uitæ honestioris altorem ipsi mutua uice alerent: quod Aquilius ille optimus, de quo meminit Iuriscōsultus in l. Aquilius, infra de donat. egregie perpenderit. Artē artium nominabat Nazianzenus, hominem uel regere posse, uel imbuere: Ut non immerito Poëta, umbris maiorum optet tenuem & linē pondere terrā, Spirantes q; crocos, & in urna perpetuū uer: qui præceptorem sancti uoluere parentis esse loco. Admonebat Quint. lib. ij. discipulos, ut præceptorem nō minus q̄ ipsa studia amarent, crederent q̄ eos parentes nō quidem corporum, sed mentium: sic em̄ libenter & audient & dictis assentientur.

• **C** Caius Cassius Longinus, sub Tiberio in honore habitus, sub Claudio Casare præfectus Syriæ, legū peritiā cæteris præeminuisse legitur, & qui militarem disciplinam ad priscum morem reuocabat, exercebat legiones ac si hostis ingrueret, dignū id maioribus & familia Cassia ratus, ut est author Cor. Tacitus lib. xij. ad prin. Huic tamen Nero cum infensus esset, quod opibus uetustis & grauitate morum præcelleret, missa ad senatū oratione, crimini obiecit, quod is Cassius inter imagines maiorum, etiam C. Cassij interfectoris cæsaris Iulij coluisset, ita inscriptā, Duci partium: quasi per hoc semina belli ciuilibus meditaretur. Itaq; senatusconsulto exilio missus, in Sardiniam deportatus, author Cor. Tacitus lib. v. & xvi. post prin. Suetonius in uita Neronis, paria de hoc Longino Iuriscōsulto tradit, quem & luminibus orbatum scribit: quæ tamē pœna ei decreta sit, non aperit, licet ipsum inter eos enumeret, qui a Nerone mortem sustinuerint. Plinius lib. vii. epistolarum, Cassium Cassianæ scholæ principem & parentē fuisse scribit, cuius domū ideo cōmendat, quod eam Quadratus habitaret, qui non minor foret orator, q̄ fuerit ille Cassius Iuriscōsultus. Meminit item Suetonius, Lucij Cassij Longini consularis, cui cum C. Caligula sororem suam matrimonio collocasset, mox eam abduxit. Is quoq; Caligula, cum uaticinio admonitus esset ut a Cassio caueret, dictū Lucium Cassium Asiæ tum proconsulem occidendū mandauit, atq; ita Cassiorum fata in ætatem imperatorum satis infausam inciderunt. Beroaldus circa Cassios sibi ipsi parum constat.

f. **C** Proauum suum Seruium Sulpitium. Gloriabatur eo nomine Cassius, quod a duobus clarissimis Iuriscōsultis Tubero & Sulpitio descenderat. Deniq; Pomponius noster in nullo ante loco seriem nataliū tam operose collegit, ut hic in Cassio. Quod certe non est mediocre argumentū splendidis eos ornari maioribus, qui a Iuriscōsultis nascerentur, ut nō iniuria Doctorum liberi (si modo parentes & doctrina & integritate sunt monstrabiles) sanguinis seriem cum gloria recensere possint. Colligiporro euidens argumentū potest contra nobiles, qui cum frequenter legalis scientiæ operam dederint, nomen tamen Doctoris fastidiunt, cum legalis doctrinæ lumen, nobilitati magno interuallo præluceat.

g. **C** Casar. Neronem intelligas: Cornelio Tacito auctore. Extant tamē commentarij cuiusdam uiri non indocti, qui textum præsentem ita accipit, quasi Iuriscōsultus cæsarem Tiberium uellet, eo q; nomine textum improbare pergit: quod certe nō erat necesse, cum nihil hic urgeat cur Tiberius potius q̄ alius includatur.

b. **C** Expelleret. Hæc est magistratuū merces, hic finis: sic olim Papinianus cū plus in aula potens esset, q̄ uellet, ab Antonino Caracalla militum gladijs obiectus, securi percussus est. Sabinus q; ille posterior similia passus legit, ut postea docebimus. Sed & Martianum Iuriscōsultū honorum fastigia enecuerunt, ut scribit Politianus. Itaq; magistratum cauere præcipitia, & est ingentis prudentiæ, & fortunati propositi.

Neruæ successit Proculus. Fuit & tempore Neruæ filius: Fuit & alius Longinus ex equestri quidem ordine, qui postea ad præturam usq; peruenit. Sed Proculi autoritas maior fuit, nam & ipse plurimum



potuit, appellatiq; sunt partim Cassiani, partim Proculiani, <sup>e</sup> quæ origo a Capitone & Labeone cœperat. Cassio, <sup>d</sup> Cælius Sabinus successit, qui plurimū temporibus Vespasiani potuit. Proculo, Pegasus: qui temporibus Vespasiani præfectus urbis fuit. Cælio Sabino, <sup>e</sup> Priscus Iabolenus: Pegaso, <sup>f</sup> Celsus pater: patri Celso, Celsus filius, & <sup>g</sup> Priscus Neracius, qui utriq; cōsules fuere: Celso quidem <sup>b</sup> & iterum Iaboleno Prisco, Eburnius <sup>c</sup> Valens, & Tuscianus, item <sup>k</sup> Saluius Iulianus.

<sup>a</sup> ¶ (Proculus.) Multos in historijs Proculos inuenimus, sed de Iuriconsultis nō me mini me quicquā præcipuum legere, nisi quod Vlpianus Proculum non leuem Iuris authorem nominat in l. diui, infra de iure patre. Alibi duorum Proculorum testimonio patris & filij Celsus utitur, in l. & Proculo, infra de leg. ij. Apud Lampridium Iulius Proculus a Commodō interfectus esse legitur.

<sup>b</sup> ¶ (Longinus.) De Longinis supra satis diximus.

<sup>c</sup> ¶ (Quæ origo.) Hoc natura comparatum est, ut exempla nō ibi consistant ubi cœperint: sed quamlibet in tenuem reiecta tramitem, latissime euagandi sibi uiam, teste Velleio Paterculo, faciant. Nec em̄ quisquā putat turpe sibi, quod alijs fuit fructuosum. Quapropter recte Cicero, ab exemplo præiudicia sumi uoluit: nam ab istis Capitonum, Proculorumq; principijs, etiā hodie factiones uigent: ut in hæses, id est, sectas, a Doctoribus plus iusto abeat. Dicebat tamē Quint, Iuriconsultis concessum esse diuerfas tueri opiniones. Verum tanto feliciter Cassianis & Proculianis contigit, quod uiros in omni doctrina clarissimos sunt secuti: nos comparatione ad ueteres illos facta, & uolutamur barbarie, & uix umbras sequimur.

<sup>d</sup> ¶ (Cælius Sabinus.) Huius Cælij meminit Aulus Gell. lib. vij. qui scriptū reliquit seruos uenales, quorū nomine uenditor nihil euictionis præstaret, pileis indutos uenidifolere, tunc em̄ emptor de serui industria securus erat: recte, sicut ediuerso fugitiui serui, catenis uincti uanierunt, l. si tamē, infra de edil. edict. hunc Cæliū super seruorū uenditione diligenter p̄scripsisse, ex l. quis sit fugitiuus, eo. tit. facile apparere poterit.

<sup>e</sup> ¶ (Priscus Iabolenus.) Is Antonini Pij imperatoris temporibus fuit: Multa em̄ imperator de iure sancierat, atq; ita Iaboleni, aiorumq; Iuriconsultorū consilio utebatur, author Iulius Capitolinus, Plinius lib. vi. epistolarum, ad Voconium Romanū, huius Iaboleni meminit non eum laude: scribit em̄, dubiæ sanitatis fuisse hominem, adhiberi tamē consilijs, interesse officijs, atq; etiam ius ciuile publice respondere. Sed oratoribus prioris seculi non semper cum Iuriconsultis conuenerat.

<sup>f</sup> ¶ (Celsus.) Iulium Celsum, magno in precio apud Traianum fuisse, Spartianus scribit: incertum pater, an filius.

<sup>g</sup> ¶ (Priscus Neracius.) Tanti nominis apud Traianum imperatorem is fuisse legitur, ut idem Traianus ipsum imperij successorem relinquere destinaret: consilio tamen mutato Hadrianum adoptauit: author Spartianus.

<sup>h</sup> ¶ (Et iterum.) Morem ueterum sequitur: qui em̄ secundo cōsules creabantur, dicebantur non secundo, sed iterum creati.

<sup>i</sup> ¶ (Valens.) Hic tempore Antonini Pij in precio fuisse, eiusq; consilijs imperatori iura sanxisse, testis est Iulius Capitolinus. Extat epistola Plinij lib. iij. ad Fabium Valentem scripta: qui dicitur fuisse consul cum Vero.

<sup>k</sup> ¶ (Saluius Iulianus.) Insigni fuisse eminentia hunc uirum ex hoc apparet, quod ab eo progenitus est Didius Iulianus Romanorū imperator, ut testis est Spartianus, cuius uerba subiecimus. Didio, inquit, Iuliano, qui post Pertinacē, imperiū adeptus est, proauus fuit Saluius Iulianus bis consul, præfectus urbis, & Iuriconsultus, qd magis cum nobilem fecit, Politianus dicit auunculum Didij Iuliani fuisse, & ab Hadriano imperatore



imperatore in consilijs habitū. Seuerus eius decreta abolere uoluit, sed non obtinuit: author Spartia. Fuere & alij Iurisconsulti, qui a Iulio Capitolino in uita Antonini & Marci nominantur: ut est Vindius, item Verus, Lucius Volustus Metianus, quem Vlpianus in l. diui, infra de iur. patro. iuris ciuilibus, præter ueterem & fundatam peritiam, anxie diligentem nominat. Item Marcellus, sed & Serbidius Scauola, quo Iurisperito præcipue usus est Marcus imperator. Denique & Papinianus, qui cum Seuerus nondum imperatore dictū Scauolam audisse scribitur: nunc tamen Seuerus imperator filios suos Antoninos comendasset, alter tamē ex eis Caracalla post mortem patris, cum fratrem suum interemisset, etiam Papinianū iussit interfici, quod uir iustus fratris necem apud senatum excusare non potest, dicens non tam facile pericidium excusari posse quā fieri, author Spartianus. Bonum enim uirum, ut Nazianzeni uerba usurpem, nec tempus immutat, nec mutat potentia, nec rumpit necessitas, nec insolentia exulcerat, nec malorum hominum defatigat improbitas. Huius Papiniani assessores fuere Iulius Paulus, quem Lampridius nominat Iurisperitissimum, & Domitius Vlpianus, qui ambo cum Papiniano uerticē legitime disciplinæ tenuisse dicuntur, quod & ex l. lecta, infra si certum pet. colligas, in cuius legis principio Doct. in uerb. auditorij, declinare uidentur, quia historias nesciuerunt. Vlpianus tutor Alexandri optimi imperatoris fuit, quē quia uir iustus erat, sæpe milites impetiuere, sed Alexander eum obiectu purpuræ suæ defendit. Eutropius Vlpianū Alexandri scribentis magistrum fuisse lib. viij. ad fi. scribit: quod hodie cancellariorum & secretariorum est, ut supra diximus. Fuere & alij Iurisconsulti in Alexandri consilijs habiti: Fabius Sabinus, Sabini insignis uiri filius, sui temporis Cato dictus: qui senior Sabinus consularis & præfectus tempore Maximini imperatoris, per tumultū fusti percussus, & in publico relictus est. Item & Aelius Gordianus, Claudius Venatius orator amplissimus, Pomponius legum peritissimus, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venuleius, Tryphonius, Metianus, Celsus, Proculus, Modestinus, qui & filiū Maximini imperatoris erudisse dicitur: qui omnes iuris professores, discipuli fuere splendidissimi Papiniani, & Alexandri imperatoris familiares & socij: authores Herodianus, & uel maxime Lampridius. Hactenus uiri in re literaria, omni quæ philosophia principes iura ciuilia illustrarunt, hactenus sua iuri ciuili gloria, sua eminentia steterunt: quæ deinceps secula secuta sunt, cum Gothicis sordibus cœdarentur, legalis scientiæ splendorem, salebroso (ut ita loquar) sermone non nihil attenuasse uidentur: de qua tamen re parcius, ne inde uel præiudicio arma sumant homines nihili, qui saluberrimam iuris scientiā uel oppugnare pergunt, uel proterere.

¶ Additio.  
Imperator nos-  
ter in l. pe. C. de  
condict. indeb.  
Saluum Iulia-  
num sublimissi-  
mum testē, sum-  
maq; authorita-  
tis hominem &  
prætoriani edi-  
cti ordinatore  
fuisse scribit, &  
in l. inter anti-  
quam. C. de usu-  
fru. summum iu-  
ris scientiæ au-  
thore nominat,  
quem & Eutro-  
pius libro. viij.  
celebrat.

Habes candide lector, in hac l. ij. de orig. iur. exigua plane scholia, quæ certe non eo congestimus consilio, ut uel rara aliqua scriberemus, uel prægnantia: peritis em in re latina iuris omnia esse notissima quis non uiderit? sed in iustis historiā uel iuris ciuilibus sectatoribus commodare uolui, ne uesibula iuris adeuntes, rerum ignoratione mox primo in limine caderent: maxime quod Accursius utcumque doctus, uel modica, uel parū coherentia, uel omnino nulla, super toto hoc textu, quamuis pulcherrimo, scripserit. Denique quia summam ff. veteris, quam non sine labore, cæterum cum fructu maximo eloborauimus, nouum fortasse opus, & a nullo unquam ante ea serie tantatum, in lucem ædere meditamur, scholia hæc præmittere uoluimus: quæ & iusto operi uiam sternerent, & si quæ oforum terricula obuiarent, prætentō pectore amolirentur. Tu quisquis es, boni consule: si enim industriam nolis, fidem certe suscepti laboris, modo æqua mens sit, speramus te non uel operaturum.

Vale.

A 2 Vdalricus

Peroratio.



## VDALRICVS ZASIVS CLAVDIO

CANTIVNCVLAE, VTRIVSQVE IVRIS

Doctōri, S. P. D.



Laurentius Valla, Claudi celeberrime, rei latinæ adsertor egregius, elegantiarū opus, inter alia sua monumenta, posteris nō inelegans reliquit; qui si intra modestiæ fines mansisset, laudata prædicatione cum primis dignus erat. Quæ em̄ in linguam latinam eo ætatis nonnihil corruptam seripserat, posteris pulchre commodarunt. Sed liberiori quadam in boni nominis scriptores licentia inuectus, cum præter Ciceronem forte & Quintilianum, quoscunq; modico delectu impeteret, & uelut Rhadamantus quidam, non tamē a Ioue delegatus, sed qui sese ingesserit, acrioris iudicij censura uiros doctissimos notare uideretur, plurimorū ipse iudicia subiit: & quā ex bonis Latinæ puritatis præceptis gloriā meruisset, insolentiori ista temeritate immodice contaminauit: Quippe non solum compluribus doctis uiris, latinæ dictionis puritate conspicuis, Lactantio, Hieronymo, Boethio, alijsq; diem condixit: sed etiā augustos illos Heroēs, iuris ciuiliū authores, Vlpianum, Paulū, Venuleium, & ceteros, quos tamē præter grammaticas obseruatiunculas, in medullis ciuiliū scientiæ intellexisse nō credis, impetiit, quasi uel non proprie, uel parum terse, latini sermonis elegantia uterentur. Toleranda tamen fortasse improvida isthæc temeritas in homine licentioso fuisset, utpote qd eruditus literarum latinarū uiris facile perspectum esse potest, bonis ne an malis rationibus contra doctissimas animas moueatur. Nec em̄ ignotum est, nihil minus in omni doctrina ad solennes redigi formulas posse, q̄ latini sermoni præscripta. Cuius tanta est libertas, ut nouare doctis, transumere metaphoris, tropis uti (dum citra barbariem fiat) impune liceat: Adeo q; dum formulas imperiosius prænotat, dū pugnat qui a formulis suis excidat, causa cadere: iam nō tam confutandus de errore, q̄ ridendus erat de intemperato iudicio. Hoc uero dissimulare quis iuris ciuiliū cultor poterit, quod illustres illos iuriscōsultos, quasi inter sese pugnant, premere aggreditur, duos adducendo text. l. præcipiunt, & l. si. ff. de edil. edict. quos licet dissidere iactauerit: quo tamē in loco, cum plusscula essent in eis responsa, resultarent, nō aperuit. Ceterū sese iudicem cōstituens, nescio quā phanaticam sententiā pro Vlpiano pronūciavit, tam iudex frivulus, q̄ nulla inter iuriscōsultos lis uel fuit, uel ullo modo apparuit. Pro inde cōmittere nolimus, ut nihili iudex sibi ipsi pro stomacho male digesto sementē litis a sanctissimarū puritate legum sumat, eum q; qui nec accusatus unquā, nec reus peractus est, atro cōdemnet calculo. Nulla itaq; Laurenti, nec in dictis, nec in alijs legibus contrarietas est. Sicut em̄ in limine offenderis, quod Venuleius in d. l. si. q. si. seruū tam ueteratorem, q̄ nouitium esse scripsit: Vlpianus autē in l. præcipiunt, ueteratorem pro nouitio uendi ex edicto uetuit: Memineris inter duo illa nihil esse dissidij. Seruus em̄ in genere, & ueterator esse & nouitius potest: in specie autē ueterator pro nouitio venire nō potest. Nam & seruus atriensis dicitur & mediastinus, ambo em̄ serui sunt: at atriensem pro mediastino tractare nō liceret, l. sed & si quid. i. q. i. ff. de usufr. Sic animal, homo esse potest & asinus, in genere em̄ hic sermo exauditur: at tamē hominem pro asino quis usurpet? Venuleius ergo de seruo in genere locutus est, Vlpianus ad speciem respexit. Sed putabit forte uel Valla, uel alius, alio loco morbum esse. Siquidem Venuleius mancipia ueterana dicit & nouitia uoluit: Vlpianus contra, mancipia esse, quæ nouitia nō sint, tradidit. Sed eodem errore laborat. Quis em̄ nesciat mancipia in specie inueniri, quæ nō sint nouitia, uti sunt ueterana? Nec tamen obstat mancipia in genere utrunq; complecti. Sic in simili hæc enunciatio uera est, animal non est homo,

Antinomia ll.  
per Vallam nota.

Amolitur contrarietatem dictionum ll.

Alia dilutio.



est homo, si de asino intelligas: a qua non dissidet, si dixerò animal hominē dici & asinum posse. Hæc cum puluerarijs sint cognita scholasticis, quomodo Vallæ, qui uel cœlum cum gigantibus oppugnare potuisse uideretur, fuere ignota? quomodo ipse Dialectica tractauit, qui uestibularia ista non perspexit? Sed opponi posset, alio ad huc loco Martem feruere, qui placari non possit. Docuisse em̄ Vlpianum, ueterana ea esse, quæ trita sint, nouitia adhuc rudia intelligi: Et diuerso Venuleius ueteratorem ex nouitio fieri, etiã qui tritus non sit, sed nouiter ad officiũ aliquod assumptus. Sed nec hic ulla est reluctatio. Si em̄ in mancipio seruiendi assuetudinem æstimaris, ueterana erunt quæ trita sunt: quod Vlp. in d. l. præcipiunt, significat. Sin ex officio iniuncto, iam qui ante officiũ nouitius erat, post ueterator erit. Nec obstat, quod Venuleius d. l. si. ad si. ueteratorem non spatio seruiendi, sed genere & causa æstimandũ scribit: subauditur em̄ dictio, Tantum, ut sic negatio non pure, sed complexiue ueniat. Sic paulo ante in eadem l. morbum fonticũ Venuleius ex Cassio dicebat, qui perpetuus noceret, non qui ex tempore finiretur, id est, non tantũ qui tempore finitur, sed etiã, &c. Quæ loquendi figura Iurisconsultis peculiaris est. Sic in l. lex Cornelia. §. domum, infra de iniur. domus appellatione non proprietatem intelligi, sed domiciliũ: ubi de necessitate subaudies, tantum. Item in l. i. §. quod si, infra furti aduer. naut. si caupo saluũ receperit, furti actionẽ non dñs rei surrepta, sed & ipse habet: ubi orationis & naturæ seriẽs efflagitat subaudiri Tantum. Sed & Cice, ea loquendi figura usus est, Nam ad filium scribens. ij. Offi. eam orationẽ susceptã esse dicit: non de filio, sed de toto genere: ubiq; em̄ intelligas, non tantum. Sed hæc plus nimio: leuicula em̄ sunt, uel mediocribus Iuris professoribus: in quibus tamẽ Valla consistere non potuit. Et audet homo temerarius, ne dicam insanus, sese iactitare, quod iuris ciuilibus scientiam edocere eos, quos tanquã primarios iuris interpretes ueneramur, triennio q; meliores, q; Accursius glossas super iure ciuili facere possit. Vide quo erumpat improuida temeritas. Legerat Ciceronẽ Valla, ubi in oratione pro Murena, triduo se Iurisconsultũ futurum, si quis ei sto machum moueret, dicebat. Hunc tantum uirum, hoc doctrinarũ lumen fraterculus iste gigantum in suã effingere personã conatur. Pulchra me Hercule & lepida comparatio Ciceronis ad Vallam, lucis ad tenebras. Cicero se Iurisconsultũ triduo futurũ non iniuste pollicebatur, quia iuene Sœuolam audierat, a cuius latere non discesserat: qui iuris prudentes omnes pellegerat, in eis ita consueuerat, ut sicut erat oratorũ princeps, ita iuris ciuilibus scientia clarus haberetur. At Valla, in triuijs, in compitis fortasse, gramaticis suffarcinatus rudimentis, insignẽ iuris ciuilibus scientiam, ne a limine quidem unquã salutauit. Quo ergo pacto in sublimia iuris nostri scita, uel modicum scribere potuisse præsumetur? nisi forte ex triuialibus suis concertatiunculis, quibus cum Raudensi super capistro disceptabat, nostræ scientiæ abdita expenderit. Sed maius mihi offertur negocium. Nam Budæus ille, ille in quã Budæus, elegantia candore ad assem formatus homo, imo in politioribus literis copaucis princeps, in præclaro suo opere sup Pandectis, & Vallæ subscripsit, & insuper nonnullas alias, ut ipse opinatur, Antinomias recensuit: modestius tamẽ q; Valla, & doctius egisse uisus est: stilum em̄ non ita in Iurisconsultos, ut ille, sed in Tribunianũ strinxit, quem in Pandectis cõsarcinandis dormisse arbitratur. Quas aut collegit Antinomias, licet in mēdulla non dissideant, sunt tamen alicuius momenti: & earũ aliquę ita ad pugnam cõpositæ, ut uel iuris peritiõribus negocium facere uideantur. De Tribuniano & suis collegis (si modo de tantis uiris calculum ferre liceat) ita iudicamus, ut sit in eis quod cõmendes, sit item quod culpes. Quinquaginta em̄ illos Pandectarum libros, ex tam immensa iuris ciuilibus philosophia, ex tot infinitis prope excellentium authorũ uoluntatibus cõgeri, tanto, tam q; docto & breui ordine potuisse, insigni laude dignũ esse putamus. Et diuerso elegantissimos Iurisconsultorum libros, principes illos legalis scientiarũ, os, illustres illos philosophos, omniũ prope doctrinarũ duces, tot egregios,

Alia dilutio.

¶ Additio.  
Adde l. in illa,  
de uerb. oblig.  
ibi: non hoc sine  
guificatur.

Valla.

Antinomias per  
Budæum annos  
tate.



tot præstantes labores, tantam diuinarum humanarumque rerum ubertatem interuertisse (si modo interuenterunt) grande iudicio esse piaculum, nullo unquam nec sulphure, nec tæda expiandum. Quam nos irreparabilem iacturam, utilissimarum interitu doctrinarum fecimus. Perisse tot pulcherrima volumina quis unquam ex iusto complanget? Quæ tanta licentia suppressorem inuadere potuit: ut non iam fructum ligni scientiæ boni & mali, ut Adam, attentaret, sed totum lignum uel a stipite euerteret. Quanto illustrior, quanto laudatior, quanto omni ætati gratiosior Iustinianus foret, si qua diligentia Pandectas colligi curauit, eadem & doctissimorum uirorum libros omnigenam philosophiam continentem, adseruari procurasset: & qui in riuos attenuare flumina iussit, fonti certe pepercisset, & non ut Palæstini puteos, terra (ut ita dixerim) iniecta obstruxisset. Est ergo quod in Pandectarum architectis iure sit reprehendendum: est & rursus quod commendari conueniet: atque adeo sicuti de Apellis imperfecta Venere Plinius dicebat, in hoc commendationis lenocinio dolorem inesse fatebimur. Super Antinomias uero, uel legum repugnantibus non nego compluribus in legibus offendi posse, quæ pugnantia primis oculis appareant: si tamem introspexeris, si spicam excusseris, si ad medullam manus admoliaris, iam propemodum omnia tibi consonantia, concordia, & iunctissime amica esse comprobabitur. Nec crediderim, obiter aut ex incuria, sed altissimo consilio, legalia scita, quasi inter sese aliquando uariarent, collecta fuisse: prouiderant enim uiri prudentissimi complures uenturos esse rabulas, qui cum idiotæ, tum imperiti essent, legum tamen sinceritatem seruare, prophanare, uernaculis inuulgare uerbis aggredierent: id quod a nonnullis in nostra Germania, siue cucullo, siue stoliditatis mitra, tentatum esse cognouimus: hoc ne uel fieret, uel fieri posset, sub uerborum aliquando inuolucro, sub indeterminatas decisiones, quæ tamen alio loco determinarent, legalis philosophiæ eminentiam absconderunt, quæ non nisi a uiris doctis, a iuris interpretibus, ab his qui multa ætate legales doctrinas uersassent, aperirent. Ausim itaque non iam cum Accursio, sed cum ipso Imperatore asserere, non esse in legibus Pandectarum ullam tantam contrarietatem, quæ non conciliari possit & complacari. Sed industria opus est, quando archetypos libros, præstantissimos Iurisconsultorum labores, legalis sapientiæ fontem perdidimus: ex quibus si extarent, per tractatorum seriem, per præcedentia & sequentia aliquanto leuius expediremur: nunc ingenium addere, multa prospicere, ueritatem in profundo dimersam, ex latibulis eruere oportuerit. Rerum enim, negociorum, causarum, personarum, conditionum, qualitatum, temporum differentiis confusa distinguere, coercere effusa, moderari generalia, casum a casu discernere, seiungere colligata, separare compacta, & multis id genus coniecturis ratiocinari necesse est, ut in fossa eruant, eruderent congesta, ambigua dissoluant, & uelut lumine obscura illustrent: hoc enim Iulianus, hoc Ulpianus, hoc Celsus, hoc Paulus, alijque Iurisconsulti iussere, l. non possunt, cum l. seq. l. in ambigua. l. non est nouum, cum duabus. ll. seq. supra de legi. Huiusmodi igitur & alijs coniecturis, si Accursius, si Bartolus, si alij uiri docti utant, non iam ariolari, sed probabili & acutissima uti diuinatione mihi uidentur: Qua & Cicero in prima Verrina, & sæpe in suis orationibus, ubi eum testes, monumeta, aliaque probationum species defecerunt, cum laude usus fuisse comperit. Proinde Budæum, uirum in politionibus literis principem, aliosque eloquentiæ uertices hortamur, ut quas coniecturas in Rhetoricæ præceptis, non solum recipiunt, sed etiam ex eis præcipuum inter alios statum constituunt, in nostra legali scientia non subterant uel condemnent. Rhetoricæ enim artis coniecturæ, sine iuris doctrinis tantum non exarmanentur. Addimus nullam esse tam perspicuam scientiam, ne in diuinis quidem rebus, in qua non in uerborum cortice pugnantia appareant: quæ si a coniecturis, a diuinatione probabili discesseris, quomodo dissolues? Et ut interim uno sim exemplo contentus, quid diuersius? quid inter se pugnantius? quod unus ex Euangelistis saluatorem hora tertia, alius hora sexta fuisse crucifixum scribit, nisi qualitate alia & alia dissidium sis conciliaturus? Sed ad Antinomas Budæ

Concordantia legum.



mias Budæi procedimus. Putat Budæus pugnare l. per seruū. §. denique, infra de usu & hab. eum l. huic. §. i. infra usufr. quemad. caue. Siquidē in priore lege, fructus sine usu nō consistit, quod ademptio usu & fructus perit; in posteriore consistit, cū fructus sine usu legari possit. Non inficiamur a fronte apparere dissidentiam. Nam & tu uir clarissime eum nodū nuper ad me baptismatis lauātem retulisti. Sed nō est ulla inter huiusmodi leges contrarietas. Siquidē eum fructui ex natura rei insit utendī cōmoditas, quod nemo frui, nisi utendo possit; mirum nō est utendī facultate adempta, etiam fructum adimī, ut d. l. per seruū. Ad hoc de ea utendī facultate, quæ ex concomitantia fructura sequit, intelligi conueniet. Potest tamē nihilominus fructus legari sine usu, quæ sit separata seruitus, d. l. huic: quo casu fructuarius, licet fruendo utat causaliter, seorsum tamē uti iure seruitutis nō possit. Itaq; in l. per seruū, fructui inerat facultas utendī ex cōcomitantia, in l. huic, ius seruitutis usus, fructui formaliter nō inerat. Nec est hec diuiniatio impertinens; nam usus coniunctus fructui, nō potest alius esse, nisi uel concomitans, uel (ut nos loquimur) causalis: duo em̄ formalia iura coniungi nō possunt, l. i. de usu fruct. leg. quod & ipsa sani hominis ratio docet. Separatus itaq; a fructu usus, mox formalis est, & in ius seruitutis erumpit, qui coniunctus fructui, causalis erat, & proprii iuris nomē perdidit: recte, sicut apud Imperatorē Instit. de rer. diuis. §. si tamen alienā. purpura iuncta uestimento, potestate iuris cessat esse purpura: separata a uestimento, iam in nomine purpuræ reuertitur. Sic tegula, sic tignum iunctum domui, uim propriam perdidit & domui accedit: separatum a domo rursus tignum nominabitur, l. eum qui, infra de usucap. In istis tamē iuribus incorporalibus subtilius res procedit; aliud em̄ est, cum fructus legatur sine usu: nam tunc a principio, usus pro iure seruitutis non inest, utendī tamen cōmoditas inest; aliud cum usufructus legatur: hic em̄ usus a principio ita innectitur fructui causaliter, ut separari in ius formale nunquā possit, qui tamen a principio tanquā ius propriū per se stare poterat: quā subtilitatem in tigno & purpura, quæ exempli causa adduxi, non inuenias. Quod aut fructus sine usu a principio constare possit, probatur in l. sed si, in fi. infra de usu & hab. ubi proprietates fundi mea erat, fructus Titij, usus Flacci, hæc ergo iura formalia a sese mutuo separari possunt, quæ tamē coniungi, imo connecti & cōfundi uideant, si usufructus apud unum sit, & cessabunt esse iura formalia. Colligendo ergo, aut usus legat, aut fructus: si usus, nihil iam cōmune cū fructu, nec causaliter, nec formaliter habebit, l. i. infra de usu & hab. Sin fructus, hoc casu pro iure seruitutis separatus est, d. l. huic. pro concomitanti uero & causalī utendī facultate separatus non est, ut l. per seruū. Ad prædictam nostram elucidationem quā commodissime facit l. qui usufructū, §. sed qui, cum, §. se. infra de uerb. oblig. ubi qui actum stipulat, de inde iter, nihil agit: sic & qui usufructum stipulatur, deinde usum, nihil agit: utiliter tñ nouandi animo utraq; stipulare est. Cuius nulla est alia ratio, q̄ quod superioribus casibus, iter, id est cōmoditatem eundi: & usum, id est, cōmoditatem utendi causaliter stipulabatur, quo casu inerat: in posteriori responso, nouare, id est, seruitutē itineris & usus, formaliter cōstitui uoluit, quæ nō inerat: quā distinctionē etiā fundat l. si pupillus, §. qui actū, infra de nouat. Hæc qui intelligit, & cui procliuus sit ad ueritatē animus, in huiusmodi legibus non solū nihil repugnantia, sed etiā ordine positas determinationes inueniet. Quod si cui eæ tam clare dissolutiones nō satisfacerēt, cōsultissimum erit, nisi fortiora adferat, ut circa legales doctrinas nō fatigetur. Aliud obijcit contrariū Budæus de l. si pœnæ, §. i. de condict. indeb. ad l. repetitio. eo. tit. ubi qui soluit non debitū uero creditori, uno loco repetit, alio nō repetit. Sed si soluentium conditionē consideres, iam omnis pugna deflaccuit. Siquidē qui soluit suo noie nihil dubitans se esse debitore, is repetit, d. §. quamuis, fallebatur em̄ & proposito soluendi, & facto solutionis. Sin soluat ut debitor, sed non alio respectu q̄ ratione rei quam debuit, non repetit, d. l. repetitio. licet enim opinione falleretur, ipsa tamen solutio propter

Antinomia  
prima.

Antinomia se-  
cunda, quam  
annotauit  
Budæus.



¶ *Add. Concor dia l. repetitio. cū l. si pœnæ. de cōd. indeb. ex cōibus doctrinis fundata. Vide te xtiū cum gloss. in l. cū quis. de pe culio. ij. rñs ff. de Sol.*

propter rem debitam facta nihil sefellit. Exemplo res plana est in herede putatito, qui hereditatem tanquam credens se heredem possidet: is si creditoribus hereditarijs soluat suo nomine, nō ut possessor, euieta hereditate repetit, d. §. quamuis. Sin ut possessor soluerit, id est, propter hereditatem, nō repetit, d. l. repetitio. sed hereditati euieta imputat. Vtrobicq; erat hæres putatus, utrobicq; creditores suum receperūt: sed primo loco solutio debiti ex sola indebite soluentis persona fundabatur: alio loco, non solum ex persona soluentis qui nihil debebat, sed etiam ex re, id est, hereditate, quæ obligata fuit, processit solutio: unde merito illic condicatur, hic non condicatur. Et prædicta declaratio, tum ex d. §. quamuis, tum a sibi ex l. si quid possessor, supra de pet. hæredi. eleganter fundat, ubi Iurisconsultus possessorem hereditatis, qui soluendo creditoribus nō est factus locupletior, ab eo qui est factus locupletior, non alia ratione discreuit, q̄ q̄ hic conditionem indebiti habet, ille non habet. Cuius dissepationis quæ potest alia esse radix, q̄ quod alter suo, alter hereditatis nomine soluerat: Soluere aut̄ uel expresso hereditatis nomine posse, textus docet in l. si. §. sin autem. C. de pet. hære. Nec tamen id ago, ut dictam l. repetitio, ad solam hanc speciem hereditariæ solutionis coarceam: cum uarias ea lex adhuc species contineat. Nam si eum qui supra legitimum modum mihi donatū uoluit, creditor meo delegauerit, & is soluit: licet indebite soluat, tamen quia pro uero debitore soluit, & creditor suum recepit, cessat repetitio, l. pure. §. si cū, infra de dol. excep. Sic qui mihi obligatus quidem est, sed exceptione aliqua contra me tueri poterat, si delegatus solueret meo creditori, non repetit: & tamen indebitum (quod saltem exceptione opposita erat indebitum) soluit, l. si quis delegauerit, infra de nouat. Porro fieri potest, q̄ & usu quotidiano uenit, ut asserat sibi quispiam uillam, castra (ut cum uulgo loquar) iurisdictionem, dotem, peculia, uel alia quæ sunt iuris uniuersalis, is creditoribus dedita opera, & ex composito suo nomine soluit, ut possessionis uel umbra gaudeat: cur ille nō repeteret, si forte quod possederat fuerit euietū: cū suo & non rei nomine soluerit, per d. l. si pœnæ. §. quamuis. fa. l. si. de neg. gest. cum glo. si. Alter paria iura asserens, soluit q̄dem creditoribus, sed cautior id agit, ut nō nisi eius rei quam possidet nomine soluat: quomodo igitur comperto possessionis errore repeteret, quod uero creditori, eius rei nomine quam uere debuit, soluerat: Pōnit ergo d. l. repetitio, regulā, nescio an cōmendatissimam: Quod qui pro uero debitore uero creditori soluerit, non repetat, licet ex sua persona soluerit: ut adeo ad eandem legē tantillum uerborū ad finem supplendū sit, scilicet nomine debentis. Quæ certe supplementio nō est impertinens. Nam & Iurisconsulti legem. xij. tab. supplementationibus declararūt. Sed nec ulla scriptura sine supplementationibus constaret. Primæ igitur erit prudentia, ut si iuris ciuilibus pugnantia quæ appareant, discutere quis aggrediat̄, si ex prima uerborū figura belli facie conspexerit, non protinus ad arma ad arma conclamet, sed ex ueritate & iuris & rationis, rem examinet: in ipsam q̄ iuris medullam mentem intendat, si forte quid lateat, quo certaminis simulacrum conciliet. Vel an ignoramus ueteribus nō fuisse absurdū, has circūferre propositiones, lapis nō lapis, homo nō homo? Sicuti & Pīcus ille magnus eam defenderat propositionē, deum nō esse deum: quæ tætsi manifeste dissidere uidebant̄, relatis tñ ad diuersa terminis, nō dissidebant: quod & in iure nostro recipi quis uetuerit: ut & fructum sine usu consistere, & non consistere: itē & solutionem debiti, uero creditori a putato debitore factam, repeti posse, & non posse repeti dicamus? Quo genere & facta esse diuidua, & non esse diuidua docemus: docemus adoptionem esse genus, & non esse genus: docemus portionem hereditariā ab eodem herede repudiatam esse, & non esse repudiatam, & infinita prope paria. Quæ tamen tantū a dissidētia absunt, ut nihil possit eis esse placatius. Et fuerat certe omnino commodum in textibus non omnia esse aperta. Si enim legalis scientia sese uelut profstituta, quæ pro foribus sedet, cuiq; aduenienti, ne dicam irrumpenti, pro uoto exponeret, quæ esset eius dignitas: quod nomen altioris philosophiæ mereretur? Quod si Aristot

*Cōparatio quæ ad huius antinomie concordantiam uel in primis facit.*

*Nō protinus uociferandū, si qd dissidere uideatur.*



Aristoteles, si Heraclitus, suos libros (ut alio loco deduximus) obscuriuscule scripserunt, ne in uulgum exponerentur, quomodo in Iurisconsultis improbabis, quod philosophos non dedecuit? Nec opponat mihi quis Fabium Quintilianum, qui nihil esse in iure civili arduum, sed eius scientiam in multa duntaxat lectione uersari dixerat. Nam ex stomachi amaritudine, quae iam a Cicerone oratoribus inoleuerat, iudicasse uisus est. Vel certe ad ueterem iuris prudentiam necdum adulae frugis, sed imperfectam respexerat, quae & Ciceroni ansam extenuandi prebuit, ut credibile sit, nihil illorum iudicatos fuisse, si in illustrium Iurisconsultorum Papiniani, Pauli, Ulpiani, aliorumque tam alta, tam acuta, tam sublimis cognitionis volumina incidissent. Sed ad Budaei pugnantia reuertamur. Subnectitur enim alia contrarietas de l. quid tamen, ad l. cum ab eo, *Antinomia* infra de contra. emp. ubi uno casu constabat emptio aeris pro auro: alibi in mensa quae *tertia.* putabatur argentea, non constabat. Sed si dictas ill. inspicias, ipsae se soluunt. Quippe in l. quid tamen, materia erat mixta: confusum enim erat aes auro, ut sic in materia non fuerit profus erratum. Sed in l. cum ab eo, penitus errabatur in materia: mensa enim licet esset argento cooperta, laminis forte, in materia tamen nihil fuit argenti. Sic & qui acetum pro uino emit, si a principio acetum fuerit, nihil aget: secus si uinum ex post facto acuerit, l. in uenditionibus, in si. eo. tit. Sumitur & facilius solutio ex textuum serie: nam in l. cum ab eo, actum fuerat, ut mensa solida argentea uenderetur, quod in l. quid tamen, non erat. Porro antinomia, quam Budaeus ex l. cum quidam, & in l. in *Antinomia* fraudem, in prin. infra de iur. fisc. adduxit, quamuis non careat difficultate, si tamen *quarta.* ingenium intenderis, ex ueritate dissolues. Nam l. cum quidam, de reo loquitur, qui accusatus quidem erat, uerum nec damnatus, quod uerba indicantis non adquirendo, in fraudem fisci nihil commisit, quod adhuc dubium erat, condemnaretur, an non condemnaret. Regulariter enim acquirere nemo tenetur. l. qui autem, supra quae in fraud. cred. At in l. in fraudem, iam damnatus erat, qui lucra sibi oblata non adquisierat, merito in fraudem fisci fecisse censetur. Quod autem d. l. in fraudem, de condemnato loquitur, probatur ex i. rñs. eiusdem l. ubi res alienatae reuocantur: reuocari autem non possunt, nisi post condemnationem, per elegantem tex. in l. + defensionis. C. eo. lib. x. † *facultas* Praeterea & subtilius dici potest, quod l. in fraudem, de eo intelligatur, qui dum damnatus esset, directo & ex sua ipsius persona acquirere noluit, adeo quod rem illicitam fecit. Sed in l. cum quidam, reus actum licitum fecerat, quod necdum damnatus, filium emancipauit: quo casu licet in consequentiam non acquireret (haereditatem enim filio delatam filius sibi quaesuit) in fraudem tamen fisci fecisse non dicitur, tum quia adhuc accusatio dubia erat, tum quia administrare adhuc poterat. l. auferri. d. in reatu. ff. eo. Item causa filij fraudem excusabat propter naturae pietatem. ar. eorum quae not. in l. Iulianus, in si. infra si quis omiff. cau. test. Denique fraus tum facilius excluditur, quod reus, ut diximus, non directo & principaliter, uel ex destinato non acquirerebat: sed per consequentiam, & uelut per obliquum: quorum nullum in l. in fraudem, concurrerat. Quae est, ut nos opinamur, uera solutio, & forte rara. Bar. enim aliter & non bene sensit. Sed Accursij fidelis inuestigatio, quamuis & ipsa incerta, huiusmodi tamen nodi dissolutionem adiuuit, quae licet Valla implacabilis conuiciator, uituperanter proculcare pergat, in sublimibus tamen ciuili philosophiae scientijs, a quibus unis praecipue respublica stat, in minima sui ingenij particula, plus iusta eruditionis habuit, quam si terra Vallis uelut cyniphibus Aegyptijs repleteretur. Parcent mihi, ut spero, quicumque haec legerint: nec enim conuicijs appetere eruditos unquam libuit, sed receptissimae existimationis uiros tam turpiter inuadi, quam fecit Valla, dissimulare nec debui, nec potui. Inter doctos enim uiros, uetustis moribus receptum est, ut si a scriptoribus recedendum fuerat, res ipsa in disceptatione ueniret, conuicijs parceretur: quod utinam tam seruauerit eloquentes uiri, quam debent ad omnem modestiam esse compositi: cum Orator sit uir bonus, dicendi peritus: iam enim in adferenda maiorum nostrorum existimatione, non laboraremus.

B Obijcitur



*Antinomia  
quinta.*

*Antinomia se-  
cunda ex l. si fili-  
usfa. ff. de iud.  
dissolutio.*

Obijcitur & repugnantia, de l. hoc iure, & l. insulam, cum l. stipulationes. ij. infra de uerb. oblig. quasi in altera dies expectetur, in alijs non expectetur. Sed consideranti diuersam ubiq; naturam obligationis, non difficilis est resolutio. Nam in l. hoc iure, factum ad diem, & erat conditionale, & ad euentum tertij reijciebat: quo casu quando cunq; etiam ante diem conditio defecit, purata uel purificata iam erat promissio, ex communibus iuris regulis. At in l. insulam, factum promissore ad diem duntaxat explicandum fuit, unde tota obligatio tanquam non ens conditionem cuius euentus expectetur, in diem collata est, ut merito hic dies expectetur, illic non expectetur. Alius autem textus l. stipulationes, in si, se soluit: ibi enim ante diem, non ad totale factum agitur, sed ad id quod in partem interest non esse coeptum: proinde propria ratio quancq; legem defendit: quae tamen omnia in lectionibus ordinarijs, superiori anno, ex iusto explicuimus, ut hic breuitas non sit incongrua. Adde, quod in re certa & clara diffundi, hominis sit ociofi & sese mirantis. Tandem Budaeus urgere contendit, ex l. si filiusfa. infra de iud. & l. si, infra de uar. & extraor. cog. ubi in priore, iudex litem suam facere intelligitur, cum dolo malo egerit: in posteriore, iudex qui litem suam fecerit, cum ex quasi maleficio teneatur, nihil dolo fecisse uidetur. Sed satis leuicula haec sunt, & nullo negotio dissoluantur. Nam superius dolo fecerat iudex: secundo loco, non dolo, sed per imprudentiam: quod tum est clarius, quia ex ipsis met textibus fundatur. Nec enim procedit si ex indeterminata quispiam decisione legum nos impellere pergat. Nam sicut in Logica, indefinita oratio in accidentalibus non aequipollet uniuersali: ita in lege, pro regula seruatur, quod ab indefinita decisione, ad taxatiuam uel uniuersalem, aut precisam, nisi propria exigat ratio, non arguatur. Itaque cum d. l. si filiusfam. doceat iudicem tunc litem suam facere, cum dolo egerit, non sequitur quod igitur eo duntaxat casu litem suam facere dicatur: potest enim iudex dolo, potest & praeter dolum, ex imprudentia litem suam facere. Haec ad te Claudii breuibus mittere uolui, siquidem circa quasq; leges latius uersari potuisssem: sed quia arbitramur satis proposito nostro fecisse, uagari noluius, maxime ea de causa, quod Budaeo uiro tam eminenter docto obstrepere, graue prorsus & inuisum fuit. Nec uerbum scripsissemus, si huiusmodi putatiua legum repugnantia non fuisset mille & amplius exemplaribus in orbem diffusa. Unde scientiae ciuiliis causam asserere non dedecuit, ne recepta Budaei authoritas, quae & meis quoq; calculis alioquin urnam implet, quenquam moueret ueritatis specie, sicq; nostrae scientiae amplitudo, quasi contrarijs esset legibus dissecta, eleuaretur, & paruo initio, uel praeter Budaei consiliu, passim extraneis rerum ciuiliu insuetis proculcanda exponeretur. Tu igitur clarissime uir, nostrata haec aequa mente desumito, & cum sis in legalibus doctrinis cum florenti facundia inter primos eruditus, acri iudicio cuncta discutito, & si fracta fidelia uitium sonet, ostendito. Paratus enim sum, & Budeo in primis, si meliora habuerit: & tibi, si amplius dubites, ita respondere, ut & nostra amice tueri, si ueritas patiarur, effusius enitar: uel liti cedere, si necesse sit, non erubescam, qui ueritati & stamus & cadimus. Vole. Friburgi. iij. KL. Decembr. Anno M. D. XVIII.

☉ Responsio Zaslji contra assertam confutationem Stellae.

• Incidimus nuper in libellum Petri Stellae Doctoris Auelien. uiri ut apparet, non uulgariter doctus cum l. repetitio, de condi. indeb. repetendam sumpsisset: inter alia nostram concordiam, quam ad l. si poenae, eo. tit. dedimus, improbat, prolixius q; fundatius, & tandem utraq; h. sic conciliat, ut in l. repetitio, is cui solutum est aliquid, receperit rem suam propriam, cuius erat dominus, at in l. si poenae, rem debitam creditor receperit. Cui concordiae non cedimus, tum quia ex argumentis ambiguis se fundat: Ea enim dictio suum, non semper dominum, sed ius personale importat saepenumero. Porro dictio Nulla, etiam si sit negatiua uniuersalis, tamen coercesur ad materiam



materiam subiectam: ut supra in intellectibus docuimus. & sic fidem in re dubia, ea argumenta ambigua mihi non faciunt. Præterea d. l. repetitio, non esset dubitabilis: cur enim rem cuius sum dominus, restituerem, etiam ei qui ex errore soluisset? Plus igitur peritiæ & utilitatis nostræ habent resolutiones, quæ frigida isthæc non nisi ampullosis uerborum ornata. Denique cum repetitio, quæ ex conditione indebiti datur, tunc competat, cum soluendo res in dominium accipientis translata est, Instit. de oblig. quæ re contra. §. is quoque, cum uulg. & constat quod d. l. repetitio, in materia conditionis indebiti sita sit: unde iuxta exigentiam tituli in quo ponitur, & sic secundum naturam conditionis indebiti intelligenda est, arg. l. imperatores, de in diem addict. Quæ propter decisio d. l. repetitio, super ea tantummodo qualitate solutionis intelligi necessario debet, ex qua dominium in accipientem transijt. Quibus consequens est, peregrinum illum casum, quo dominus propriam suam rem ibidem accepisse prætenditur, in d. l. non posse intrudi. Proinde liquere putamus dominum Petrum Stellam, cum syncerum nostrum intellectum uellicare prætendisset, erroneum & a natura tituli abhorrentem sensum in suo commentulo inuexisse.

¶ Additio. (Verum est Petrum Stellam, quædam commenticia, ut suum errorem defenderet in diuersum scripsisse, cui tamen ex iusto respondimus, id quod in lucem prodijt. Sed non contentus is Stella, concertationis fortasse audis, rursus repugnauit, sed extra causam. Vnde cum uideam hominem victum eius esse pertinacis ut uinci nolit, in re cuius veritas pro nobis est, altercare diutius nolumus. Altercatione enim perdi veritatem, vulgo cognitum est, Ita aliorum iudicio rem relinquamus.)

V. DALRICVS ZASIVS IURISCONS. BONIFACIO

Amerbachio suo, S. P. D.



Vamuis Bonifaci expolitissime, Accursius ille noster Iuris Ciuilis obscuritatibus & tenebris, ut & de se ipse pronunciat, adcurrerit & succurrerit fideliter & egregie: pleraque tamen in eo desiderari non est ignotum: quod cum in alijs sæpe, tum in l. frater a fratre, ff. de condi. indeb. & item in vulg. §. Cato, ff. de uerb. oblig. liquere poterit. In illa enim si etiam multa subtilissima tradiderit, quædam tamen non fundata, nonnulla impertinentia, alia superflue adiecta inuenias: In hoc uero, ita sibi non constat, ut de ieres, non fuisse Accursium qui scripserit, ita obscuras, inuoluolas, & implexas ibidem glossas adnexuit. Sed habet tamen in utroque quo excusetur. Nam in l. frater, profunda rerum subtilitas ante eum male digesta hominem a statione tantum non mouisse uidetur: at in §. Cato, corruptissimus textus, vel ipsis Iuriscōsultis, nedum Accursio imponere poterat: qui iniquitate temporum totus prope spinis erat impeditus, & mendis foedabat. Itaque cum superiori anno supra memoratos titulos legerem, & quæ veritati, quæ elegantiae textuum obstabant, in dictis maxime legibus pro uirili amoluer: rogatus abs te, ut pro Accursianis expeditiones glossas adijcerem, quæ & lumen obscuritati præberent, & eliminarent corruptelas: tuis votis hæcenus subscribere volui, ut vires duntaxat periclitarer: non qui uel meliora mihi adfererem, uel ulla me doctrinæ prærogatione ostentarem: nec enim procul ab insania fuerit, quisquis in studijs ciuilibus diuinum Accursii ingenium præire contendat. Permouerunt me duo potissima, tum quod in l. frater a fratre, ex Bartoli, Baldi, Angeli, & inter recentiores Iasonis, commentarijs, & pulchre adiutus & opulentibus sum armis instructus: quorum & si dicta non sum ubique secutus, ex subtilibus tamen multa, quæ sine ipsis ignorata mihi fuissent, eorum ductu didicisse ingenue fateor. Hoc enim insigne maiorum nostrorum doctrinæ post Accursium habent, ut ex eorum uel erratis, si quando ut homines defecerunt, erudiamur. Deinde & altera erat causa: si quidem relectitias Ludouici Bolognini Doctoris Bononiensis



glossas, quas ad. **Q.** Cato, multa cum iactatione apposuit, eliminare placuit, ne ignobilis iste uia ductor, sicuti ipse cecidit, alios quoque sua secutos uestigia resupinaret. Tamen si em posteritati non mediocriter consuluerit, qui Angeli Politiani uiri eminentissimi auxilio, syncerum textum obtinuerit, obtentum tamen deprauando, ipse sibi laudem bona ex parte praecidisse uidetur. Tibi itaque Bonifaci integerrime, has dedico lucubratiunculas, ut qui hortator laboris fuisti, esses & eruditionis adsertor: & qui penitiora legalis nostrae philosophiae tanta diligentia scrutaris, tanta felicitate adsequeris, in his quoque nostris, quamlibet modica sint, inuestigandi tibi materia uel aliqua suppeteret. Vale. Friburgi, III. KL. Decemb. Anno M. D. XVIII.

**IN LEGEM FRATER A FRATRE, FF. DE CONDI.  
indeb. per Vdalricum Zasium LL. Doct. adnotationes.**

**AFRICANVS.**



**L**ater a fratre, cum in eiusdem patris potestate essent, pecuniam mutuatus post mortem patris ei soluit: Quaesitum est an se repetere possit. Respondi, utique quidem pro ea parte, qua se ipse patri haeres extitisset, repetiturum. Pro ea uero qua frater haeres extiterit, ita repetiturum, si non minus ex peculio suo ad fratrem peruenisset. Naturalem enim obligationem quam fuisse hoc ipso sublatam uideri, quod peculij partem frater sit consecutus.

**a** (Frater.) Meuius.

**b** (A fratre.) Titio.

**c** (Potestate.) Quapropter naturalis obligatio, non civilis inter eos orta est. Meuius enim patri (cui dicta obligatio acquirebatur, l. placet, infra de acquir. haered.) civiliter obligari non poterat.

**d** (Pecuniam.) patris, uel profecticiam, imo & aduenticiam, secundum illa tempora, ubique enim Titius suo nomine mutuans, fratrem obligabat: cum tamen in pecunia patris eius uoluntas accessisset, uel consumptio, l. si a furioso, supra si cer. pet. Sed & si patris nomine eius pecunia mutuata fuisset, constabat obligatio ratihabitione. In castrensi haec lex non procedit, nec hodie in aduenticijs, arg. l. ij. C. ad Mace. l. cum oportet. **Q. i.** de bon. quaelib. secundum Accursium.

**e** (Post mortem.) & post aditam hereditatem: idem tamen si Meuius ante aditam soluisset, secundum Azonem, quia ad eundem retro se immiscuisse censetur. l. omnis hereditas, infra de reg. iur. licet lo. & Hug. tenuissent non repetere, quasi initio inspecto, arg. l. qui ob rem. supra eo. Sed prima uerior.

**f** (Repetere.) Soluerat enim ex propria pecunia: secundum Accursium.

**g** (Ipse.) Meuius debitor.

**h** (Extitisset.) Ergo hereditatem adiuit: licet idem si non adisset, ut supra diximus.

**i** (Repetiturum.) Nam obligatio debiti ex persona Titij mutantis contracti patri acquisita, successione Meuij in partem extincta erat, arg. l. Stichum. **Q.** aditio, infra de solut. Et dic casum in hoc principio. Titius & Meuius fratres, in potestate patris erant: Titius fratri Meuij, qui in peculio decem florenos habuerat, mutuauit decem: patre mortuo, rebusque paternis per fratres haeredes diuisis, Meuius fratrem soluerat: quaesitum an pecunia ista tanquam indebite soluta repeti possit. Deciditur, quia Meuius patri, cui dictum debitum pro parte acquisitum erat, successit, ea successione partem debiti extinctam fuisse, atque ita Meuium quod soluerat, in partem posse repetere; reliquam

Totius legis  
exemplum.



re: reliquam partem pecuniæ exsoluæ non aliter a fratre repetiturum, q̄ si tantundē ex suo Meuij peculio ad eundem fratrem Titium peruenisset, quanta erat prædicta residua pars debiti, ut sic quinq; ex peculio Meuij acceptis, Titius sese soluisset in ea parte debiti censeretur. Nam dicta obligatio, qua Meuius in partem debiti tenebat, erat onus peculij Meuijani, & in eo inseparabiliter inhærebat: quod probat Iuriscōs sultus tribus rationibus, quæ post in textu sequuntur.

k ¶ (Pro ea.) scilicet parte bonorum patris defuncti, Nam fratres patri successerant uterq; in dimidiam.

l ¶ (Frater.) Titius mutuator.

m ¶ (Si non minus.) Finge decem fuisse in peculio Meuijano, iam quinq; ad Titium fratrem ex successione hæreditaria peruenere: ergo s̄ pars debiti quinq; fuere, nihil plus Titio debetur: unde quod insuper solutum erat, repetitur. Sed si Titius fratri triginti mutuasset, & iam dimidia peculij Meuijani, scilicet quinq; ad eundem Titium peruenisset, certe pars debiti, quæ decem essent, non tolleretur nisi in quinq;, scilicet pro modo & mensura partis peculij Meuijani, quod ad Titium peruenerat. Et licet alias debita pro portionibus hæreditarijs extingui soleant, l. si ab eo, C. de nego. gest. obligatio tamen peculiaris non respicit quotam hæreditariam, sed in peculio insidet, & pro tanto extinguitur, quantum ad cohæredem creditore peruenierit: ea est mensura Accur. licet sua glos. in uerb. si non minus, sit uel corrupta, uel obscure posita.

n ¶ (Ex peculio suo.) Meuij.

o ¶ (Fratrem.) Titium, propter diuisionem peculij Meuijani, cuius dimidia ad eundem Titium peruenerat.

p ¶ (Peruenisset.) Sed finge nihil ad Titium de peculio Meuijano peruenisse, certe Meuius solutum non repetet: cum naturalis obligatio eo casu non sit sublata, quæ repetitionem impedit: idem si Titius minus debito sit consecutus: nam tantum ab eo repetetur, quantum peruenierit, argumento textus nostri. Quod si Meuius fratrem Titium non soluisset, contra eum agi non posset, naturali obligatione obstante, l. legem. C. de pact.

q ¶ (Naturalem.) Quæ per Titium filiū mutuante patri quæsita erat, & post mortem patris in eum tanquā hæredem pro dimidia parte reciderat. Et sicut patre uiuente naturalis erat obligatio inter sese & Meuium filium, ita & post mortem patris inter fratres naturalis obligatio restitit. An autē una tantum naturalis obligatio apud Titium filium, post mortem patris resideat, an uero duæ? Accursius duas ab initio natas esse defendit, quod Titius d. contractu & sibi & per sese patri acquirat, quæ paterna obligatio post eius mortem in eundem Titium hæredem reflectatur, ut sic in Titio fratre duæ obligationes resideant: una quæ ex suo contractu apud eum remansit, altera quæ ex persona patris defuncti in eum sit refusa. Et hoc probat Accurs. arg. l. si id quod, infra eo. l. sed si damnū †. §. peculium. l. nec seruus, infra de pecul. ubi pater cōuentus de peculio, deducit quod & filijs debetur, & quod filij patri debent, ergo filijs deberi potest. Et ne obstet text. noster, qui dicit naturalē obligationē sublata uideri: æquiparat Accursius istas duas obligationes patris & filij, duobus reis credendi, ut ita successione Meuij utraq; obligatio extinguat, sicuti solutione uni facta extinguetur: quod licet in duobus reis quo ad successionē non recipiatur, in præsentī tamē casu patriam potestatem, quæ potentior sit, hoc efficere: nec eo casu patrem, si ei uiuenti solutum fuisset, filio mutuanti actione negotiorū gestorū teneri, quod in duobus reis esset: nam patris ius, tanquā potentius, obligationē filij absorbuisset, & c. ut latius per Accurs. Sed nō est uera eius opinio: una est enim obligatio, quæ ex prædicto mutuo Titij orta est, quæ & in patrē tota transfertur, ut apud filiū nihil remaneat, nisi nudum nomen, & uelut umbra obligationis. Est eam regula tritissima, quicquid filius acquirit, patri acquirit, Instit. per quas perso, ut ne momento quidē apud filiū ulla ob-

† l. peculium



Obligatio per  
filium patri parta  
in patrem non  
reflecti.

Quando in pa-  
trem obliquare  
reflectatur obli-  
gatio.

ligatio resideat, l. placet, infra de acquir. hered. Et quis Accur. hic uelit, q. d. l. placet, in  
ciuilibus tantummodo loquat, tamen non est uerū: naturales siquidem obligationes fa-  
cilius transeunt q. ciuiles, l. si eius, in prin. infra ad Trebell. Nec obstant iura per Accur.  
allegata, quia filij debitū, improprie & nullo effectu debitū dicit, d. l. nec seruus, infra  
de pecul. Quod uero Accur. opinat obligationē patris & filij mutuantis duobus cor-  
reis credendi assimilari, nihil est, quia non possunt esse duo rei, quorū obligationes ex  
diuerso fonte procedant, l. iij. de duobus reis. & hæc est ueritas. An autē obligatio patri  
per filium quesita contra patrem reflectat ex persona filij debentis, Azo contra Hug.  
tenuit non reflecti. Pater enim ex persona filij alijs creditoribus de peculio obligare  
tantummodo ciuilitur, non naturaliter, quæ tamen ciuilis habet uinculū exigendi: at  
inter patrem & filium nō est recepta ciuilis obligatio. Nos opinionē Azonis uerā quidē  
credimus, ratio tamē sua non uidet tuta: Si quidē patrem de peculio filij extraneis hæ-  
redibus ciuilitur & naturaliter teneri puto: quia concedendo peculium, etiam in obliga-  
tiones peculiare cōsensisse censebit, l. qui peculij, infra de pecu. Accur. in inuestigan-  
da ratione hic sese fatigat, & sibi ipsi parū constat. Vera tamen ratio est, quia non debet  
quisquam sibi ipsi esse obligatus, obstante regula perplexitatis, l. si Titius, infra de con-  
dit. instit. l. si Titius, infra de uerb. oblig. & facit l. si Stichum. §. aditio, infra de sol. l. si q.  
pro eo. §. i. infra de fideiuss. Sed si obligatio filij mutuantis quesita patri ex persona al-  
terius filij debentis in eum reflecteret, iam esset sibi ipsi ex eadem causa debitor & cre-  
ditor, & essent duo cōtraria in eodem subiecto, ex eadem causa, eodē tempore: quod  
est impossibile. Et hæc etiam ratio est, quare in §. quæsitū, infra ea. l. cum pater filio sit  
obligatus, ea obligatio non reflectitur. Sed opponas d. §. quæsitū, loqui de obligatiōe  
directa, qua uel pater filio, uel filius patri crediderit. At in casu nostro obligatio Titij  
fratris, patri per obliquū, id est, ex persona Meuij alterius fratris acquirit, ut sic in pa-  
trem reuerti deberet, d. l. si quis pro eo. Respondemus obliquas obligationes tūc in pa-  
trem reflecti, cum extranea persona interueniat, at ubi frater fratri mutuatur, licet uis-  
deatur per obliquū patri acquirit, tamen quia non interuenit extranea persona (ambo  
enim fratres sunt filij patris) unde ea obligatio ad naturam directam accedet, ut patri  
acquisita in patrem non refundat, ne ea obstet perplexitas, de qua supra diximus. Quæ  
autē de extranea persona dixi, intellige cum temperamento: utpote si extraneus princi-  
paliter cum filio actiue uel passiuē contrahat: hoc enim casu patri & in patrem obliga-  
tio acquirit, si quidem ex diuerso contractu hic debitor, illic creditor constituet, nulla  
obstante perplexitate. Ceterū si interueniat extraneus tanquam fideiussor, hic refert  
an pater filio det fideiussorem, & non tenebitur: fideiussoriam enim obligationem fi-  
lius patri aegre inueniret fideiussor eidem pro eodem esse obligatus: an filius pa-  
tri det, & tenebit: quia cessat ea perplexitas, d. l. si quis pro eo. §. i. Paria prorsus in ser-  
uilibus debitis decidi posse uidemus: seruus enim cū extraneis contrahendo, dominū  
obligat, & ei acquirit, arg. l. quam Tiberonis, in fi. l. si seruus meus. §. si. infra de pecul.  
Sin uero fideiussor extraneus interueniat, prædicta seruabit distinctio, ut d. l. si quis  
pro eo. At uero debita inter conseruos contracta, domino quidem acquiruntur, sed in  
eum non refunduntur, ne ipse sibi ex eadem causa obligatus inueniat. Proinde in to-  
ta hac re perplexitas uel interueniens, uel cessans, obliquas obligationes reflecti uel  
uetat uel admittit. Sic & qui seruus institutus est, sibi ipsi substitui non potest, in partē  
autē cohæredis & suam substitui potest, l. si plures. §. si. infra de uulg. & pup. quod per-  
plexitas illic obstat, hic temperetur. Prædictis cōsequens esse probabiliter credimus,  
quod si ex contractu inter cōseruos factō, dominus se debitorem credens manumif-  
so soluisse, posse solutū repeti, non obstante l. si id quod, infra eo, ut sic d. l. per hunc ca-  
sum noue limitetur, cū eo contractu uel a tantum sit orta obligatio naturalis, quæ ac-  
quisita domino, eum non obligat: ut modo declarauimus. Quæ omnia tanquam iactu  
digna, nec ab alijs ita resolute tradita, notari conueniet.

Fuisse



7 ¶ *Fuisset.*) patri quæ sita in totū, & soli patri, ut supra diximus contra Accurs. quæ tamē obligatio naturalis post mortē patris sublata est: tum quia pars debiti ex successione Meuij debitoris erat cōfusa, tum quia quo ad aliā partē debiti ad Titium creditorem, ex peculio Meuiano tantū ex successione peruenit, quanta erat eadē dimidia.

5 ¶ *Peculij.*) Meuiani.

4 ¶ *Frater.*) Titius mutuans.

¶ *Consecutus.*) ex diuisione, qua fratres peculiū Meuianum diuiserunt, sicut alia bona paterna. Cum em̄ quinq; ex eodem peculio sit cōsecutus Titius, iam est sublata obligatio in parte debiti extantis, ut iam diximus: ut merito quod Meuius insuper soluerat, possit repetere. Sed nonne idem Titius partē peculiij Meuiani, non tanquam a fratre in uim solutionis, sed ex causa hereditaria, et sic proprio iure est cōsecutus, ideo debetū fratris non extingui, nisi reali solutione interueniente, quod nonnulli tenuerunt, & eo modo textum presentē acceperunt: Sed nihil est: nam obligatio dicti Meuiani debiti in peculio suo, & in qualibet eius parte ita coheret, ut quocunq; peculium uel totum uel in partē vadat, onus debiti comitetur, sicut lepra leprosum, arg. l. si quis seruū, infra de pecul. ut merito cum pars peculiij Meuiani ad Titium fratrem ex diuisione uenerit, censeat cum onere suo, id est, cum parte debiti, quod Meuius tenebat, peruenisse, ut ita Titius ipse se persoluerit. Et hoc tenet Ioan. & docet aperte text. noster, cum dicit, quod peculiij partē sit frater consecutus: unde opinio aliorū per ipsum textū reprobatur. Accursius hoc ex sententiā Io. exemplo cōprobat. Finge in peculio filij mei decē esse, eum q; tibi in decē obligari: si tibi quinq; peculiararia donauero, iam tua obligatio in quinq; sublata est, cum tu illa quinq; peculiararia cū onere susceperis, & pater nō ultra peculium conueniat. Quod autē per Bart. pretenditur, ideo tibi donari, ut tuum debitū compenses, nō credo, quia tunc nō esset donatio, l. donari, infra de reg. iur. Verius ergo est, quod ista quinq; obligationē tuam pro dimidia tollant, nō alia ratione q̄ quia ad te cum onere transierint. Quibus cōsequens est, ut si etiā peculiū filij mei augeat, postea nō rediret obligatio in totū debitum: quia obligatio semel sublata, & c. Instir. quib. mod. toll. oblig. Nec obstat l. quæsitum, in prin. & d. is qui, infra de pecul. quia alio casu loquuntur. Sed finge in casu textus nostri, ambos fratres habuisse peculia: uideat ergo dictū debitū utraq; peculia respexisse: & proinde Meuius, qui ex peculio Titij fratris tantū cōsecutus est, quātū Titius ex peculio eius solutū nō repetet, sed cōpensabit: nam & altera pars debiti sic extincta uideat successione Meuij in utroq; peculio facta. Respondemus nō esse ita: prædictum em̄ debitū peculio duntaxat Meuij inhæsit, qui & ea ratione a parte debiti fraterni liberatus est, quod in parte eiusdē sui peculiij successerat cum onere. Vnde merito sit, ut Titius frater, ad quē altera pars peculiij Meuiani peruenit, onus debiti, quo ad eandem partem, etiā agnoscat: & sic utraq; pars suis est finibus contenta, arg. d. l. si quis seruū. De peculio em̄ Titij nihil hic disceptatur: utpote quod libere, sicut alia bona paterna, inter fratres diuidatur, nulla habita ratione debiti prædicti. Accursius prædicta multū obscure attingit: qui etiā quædam diffuse tractat, ad hoc quod ostendat debitū peculiare esse onus peculiij: sed nō erat necesse in eo tantopere laborari, cum id ipsum ex textu nostro tribus argumentis colligatur. Vnde prætereunda hic putamus, quæ & per Accursium commode præteriri poterat: in sequenti tamē glossa aliqua eorū attingentur.

Donation non est  
quæ ad compen  
sationem redit.

<sup>a</sup> Adeo, ut si prælegatum <sup>b</sup> filio, eidemq; debitori <sup>c</sup> id fuisset, deductio huius <sup>d</sup> debiti <sup>e</sup> a fratre <sup>f</sup> ex eo fieret. & Idq; maxime cōsequens esse ei sententiæ, quā Iulianus probaret, si extraneo quid <sup>b</sup> debuisset, & <sup>i</sup> ab eo post mortē patris exactum esset, tantū iudicio eum famul. Her. <sup>k</sup> recuperaturum <sup>l</sup> a cohæredibus fuisse, quantum ab his <sup>o</sup> creditor <sup>a</sup> actione de peculio consequi



consequi<sup>m</sup> potuisset. <sup>n</sup> Igitur etsi<sup>o</sup> re integra famil. Her. agatur, ita p<sup>r</sup> peculium diuidi æquum esse, ut q<sup>d</sup> ad quantitatem eius indemnis<sup>r</sup> a cohærede præstetur. Porro<sup>s</sup> eum quem aduersus extraneum defendi oportet, longe magis<sup>t</sup> in eo quod<sup>u</sup> fratri debuisset, indemnem<sup>x</sup> eum præstandum.

<sup>a</sup> ¶ (A deo.) Ea quæ supra deciderat Iurisconsultus, scilicet debitum esse onus peculij Meuiani, nunc tribus rationibus confirmat. Et est prima ratio: Si pater filio Meuii suum peculium prælegasset, quod prælegatum pro parte dimidia, quam habiturus fuisset Titius frater, constitit. l. qui filiabus. §. si. c. l. seq. infra de leg. i. certe Titius deducere potest partem debiti ad se, propter successionem spectantis ex dicto peculio prælegato, anteq<sup>m</sup> hoc Meuius accipiat: utpote quod hoc debitum in peculio tanquam in subiecto sit infixum. Ceteræ rationes post sequentur.

<sup>b</sup> ¶ (Filio.) Meuius debitore fratris Titij.

<sup>c</sup> ¶ (Id.) peculium. Nam pater filios instituendo peculium Meuii prælegare poterat, sed pro dimidia tantum, ut dixi, constitit hoc legatum: quia Meuius aliam dimidiam tantam hæres habuit, d. l. qui filiabus. gloss. l. quid ergo. ij. de leg. i.

<sup>d</sup> ¶ (Debiti.) quod adhuc pro ea tantum parte constitit, quia Titius mutuans patri, hæres successit: aliam enim partem debiti successione Meuii alterius fratris, confusam esse supra diximus.

<sup>e</sup> ¶ (A fratre.) Titio.

<sup>f</sup> ¶ (Ex eo.) prælegato peculio. Sed quid si dimittat Meuius hoc prælegatum, nulla facta deductione? Putamus fratrem mutuantem, si errans dimiserit, condicere posse condictione incerti: id quod ad eum peruenisset, quasi pinguis solutum, q<sup>m</sup> fieri debuerat, arg. l. sed etsi me putem. §. si. supra eo. l. qui exceptione. §. si pars. l. si is qui, infra eo.

<sup>g</sup> ¶ (Id' q<sup>m</sup>.) Secundo argumento ostendit Iurisconsultus, mutuum fraternum esse onus peculij. Nam si dictus Meuius filius extraneo aliquid, puta decem debuisset, & is creditor ab eo post mortem patris debitum exegisset, Meuius contra Titium fratrem, ad quem dimidia sui peculij peruenisset, iudicio famil. Her. experiri potuit: & tantum recuperabit pro parte peculij Titium respiciente, quantum creditor ab eodem Titio, si eum conuenisset, consequi potuit.

*Nota.*  
filius extraneo  
dupliciter obnoxium esse posse.

<sup>h</sup> ¶ (Debuisse.) filius Meuius. Obligatur ut filius familias extraneo dupliciter. Aut enim ex peculio, & tunc hætenus tenet, quatenus sunt uires peculij: quæ actio contra eum cessat, adempto per patrem peculio: Tunc enim pater iuxta uires peculij, saluis deductionibus peculiaribus, tenetur, nisi dolo ademerit. l. summa. §. i. l. si quis cum filio. & l. seq. infra de pecul. Quo casu posset procedere opinio lo. qui dicebat, adempto peculio, filium nec naturaliter teneri, scilicet de peculio quod ademptum est. Aliquando ex persona sua conuenitur, & tunc in solidum tenet: exigi tamen in uita patris non potest: ut not. in l. deniq<sup>m</sup>. §. sed utrum, supra de mi. Si tamen post mortem patris exactus soluerit, a cohæredibus, inter quos suum peculium diuisum est, recuperabit quod plus sua parte peculiariter soluerat: & tenebuntur cohæredes in tantum quantum ex peculio ad eos peruenerat: sed non nisi pro partibus hæreditarijs: ut post dicit. Ceterum si filius uel non habeat peculium, uel minus peculij sit, in solidum nihilominus post mortem patris exigi potest, nisi ei competat priuilegium: de quo in l. i. infra quod cum eo. Et hoc casu cum filius ex persona sua conuenitur, uera est opinio Hug. uolentis filium, etiam adempto peculio, teneri. l. & ideo, infra de pecul. nec a cohæredibus, cum ad eos nihil peculij peruenierit, iudicio famil. Her. quicq<sup>m</sup> consequetur: ex suo enim contractu soluit, arg. l. si unus. §. ante omnia, supra de pact.

<sup>i</sup> ¶ (A deo.) Meuius filio extraneus creditor exegisset: tunc enim a cohæredibus recuperat, ut supra plenius diximus.

<sup>k</sup> ¶ (Recuperaturum.) Licet enim hoc debitum esset hæreditarium, & sic etiam alios cohæredes



cohaeredes respiceret; tamen quia Meuius a creditore in totum exigi ex suo contractu poterat, d. l. *quæsitum*, §. i. l. & ancillarum, §. illud, infra de pecul. unde partem debiti, quæ suum cohæredem respiciebat, necessario soluit; & propterea hoc iudicio eiusdem debiti excursum recuperat, l. hæredes, §. sed si unus, supra famil. Her. secus si hæres uoluntarie pro cohærede solueret, quia tunc nego. gest. cõpetit, l. si quis putans, §. i. supra communi diuid.

l. **C**A cohæredibus, Titio, ut sit plurale pro singulari.

m. **C** Potuisset, Sed nonne creditor extraneus totum exigere poterat a Titio cohærede, si uires peculij diuisi hoc paterentur? quod etiã Accursius tenuit, fa. l. certũ, in fi. C. famil. Her. l. quare, d. l. si quis seruum, infra de pecul. Videtur ergo ex textu nostro inferri, fratrem debitorẽ, si creditor totũ ab eo exegisset, a Titio fratre totũ quod soluit, secundũ uires peculij posse recuperare; sed hoc esset iniquum, ut totũ recuperaret qui & ipse ad partem tenebatur. Respondemus, textum cum temperamento accipiendum. Cum em̄ dicitur, Meuium tantũ recuperaturum, &c. supple, ita tamẽ, ut cohæres ultra portionem hæreditariam in peculio nõ grauetur: licet em̄ creditor debitorum, siue totũ, siue partem, a quolibet cohærede iuxta uires peculij persequi possit: is tamen qui exactus est, iudicio famil. Her. quod plus exoluerat, recuperabit, habitatione partis hæreditariæ, text. est in l. his cõsequenter, §. si filius, supra famil. Her. & sic temperabitur d. l. certum, in fi. principij, fa. quod creditor exacturus hæredem debitorum de peculio, cogitur mandare actiones cõtra cohæredes: quæ cessio nõ ultra operabitur, q̄ partes debiti sint in cohæredibus peculiaribus, d. l. *quæsitũ*, §. si uero, infra de pecul. l. modestinus, infra de solut. & utrobicq; hoc tenet Accurs. Nec obstat l. *quæsitum*, §. i. in fi. infra de pecul. ubi dicitur, hæredem ex parte tantummodo cõueniri: quia intelligit ex parte peculij quod ad eum peruenit, quod idem, §. in prin. clare demonstrat. In exigendis igitur debitis peculiaribus, creditor peculium persequitur, nõ habitatione partis hæreditariæ, sed in recuperãdo a cohæredibus, quod hæres plus parte peculiari soluerit, pars hæreditaria considerabitur. Ex quibus apparet Bartolum nõ bene sensisse, dum uoluit cohæredem in peculio nõ nisi pro parte hæreditaria a creditore conueniri potuisse: imo in tantum conuenietur, quantæ sunt uires peculij Meuiani, quod ad eum peruenerat, ut iam diximus. Et nisi textus noster sub dicto temperamento intelligatur, sequentia præcedentibus male cohærebunt.

*Moderanda legis uerba.*

*Corollarium.*

n. **C** Igitur, Tertio argumento ostẽditur obligationem peculiariẽ esse onus peculij: Nam si extraneus habuisset Meuium obligatum, & nondum ab eo exegisset, ipsi aut̄ duo fratres iudicio famil. Her. accepto, bona paterna cum peculio Meuiano diuidere repergerent, Meuius suum huiusmodi peculium nõ aliter diuidere cogetur, q̄ Titius frater cautionẽ iuxta quantitatem peculij ei cedentis præstat de seruando Meuii fratre indemni, si forte a creditore impeteretur. Quæ cum ita sint, & Titio incumbat defensio fratris aduersus creditorẽ extraneum, quanto magis idem Titius aduersus seipsum indemnitati fratris prospiciet, si partem peculij acceperit: atq; ita repetenti Meuii restituet, quod post diuisionem indebite fuit solutum.

o. **C** Reintegra, id est, anteq̄ Meuius filius a creditore peculiari sit exactus.

p. **C** Peculium, Nota peculium profecticiũ sicut ceteras res paternas diuidi debere, non conferri.

q. **C** Ad quantitatem, pro mensura & modo quantitatis, quæ ex peculio Meuiano ad Titium ex diuisione perueniret, in tantum em̄ indemnitas præstabitur. Si tamen Meuius in totum exigeretur, non plus ex ea cautione recuperabit, q̄ supra suam partem hæreditariam excurrerat: ut supra diximus.

r. **C** A cohærede, Supra dixerat, cohæredibus, sed libertas numeri, quæ teste Quintiliano magna est, hanc uariationem recipit, ut iam singulari, iam plurali numero uti liceat. Thema tamen textus nostri de uno cohærede fratre loquitur. Sed quid si mor-

C tuopatre,



tuo patre, plures essent confratres? Bartolus putat textum nostrum eo casu non procedere. Nos subtilius, credimus non referre, etiam si plures sint, siue cum creditore extraneo contractum sit, siue Titius Meuius mutuarit. In creditore extraneo, qui Meuius mutuasset, res aperta est: quia quemlibet ex fratribus creditor pro quantitate peculij diuisi exiget, & alia procedent quæ supra diximus. Sin uero frater fratri, cum plures essent fratres, mutuasset, adhuc procederet textus: nam mortuo patre, obligatio peculiaris pro ea parte, quæ frater debitor successit, confundetur: pro partibus residuis obligatio naturalis ex persona patris, cui erat ea obligatio quæ sita, apud alios confratres residet: qui & omnes pariter ex persona patris creditores erunt. Attamen si ex peculio fratris debitoris tantum ad eos perueniret, quanta erat pars debiti extantis, talis obligatio etiam eo casu extingueretur: quod iam quilibet ex fratribus creditoribus sese ex peculio Meuiano soluisset. Vnde si idem Meuius frater debitor, eis postea tanquam assertis creditoribus solueret, repetere posset iuxta uires peculij penes hunc uel illum existentis: saluo tamẽ, quod dicti confratres iudicio famil. Her. inter se prouidebunt, ne ultra hæreditariam portionem grauentur: ut supra in præcedentibus glossis diximus.

5 (Eum.) fratrem debitorem.

t. (In eo.) Mutuo, quod Meuius fratri mutuanti debebat.

u. (Fratri.) Titio mutuanti.

x. (Eum.) Meuium fratrem debitorem. Et est sensus: si Titius Meuium fratrem antequam peculium diuideretur, aduersus creditorem indemnem reddere teneretur, longe magis aduersus seipsum indemnitati fratris prospiciet: ut sic post peculium diuisum a sese repeti possit quod insuper solutum erat. Alij hunc textum aliter acceperunt: sed is est uerus sensus quem etiã lafon probat. Colligit hic Accursius argumentum, quod in aliorum persona facere cogar, & in mea oportere: ut plene per eum notatur in l. cum in eo, supra de pactis.

IN .§. CATO. L. EADEM DICEMVS, FF. DE VERB. OBLIG.  
per Vdalricum Zasium, LL. Docto, Scholia.

P A V L V S.



( Antiquus textus habuit, quod: plerique quem.)

† In antiq. tex. erat, uel non fieri

( In antiq. tuc, & ita in plerisque alijs recens excusis.)

( prestare.)

( In antiquo, ut in illam.)

† In antiquo, neq; per hæredem tunc.

Cato a libro. xv. scribit: poena b certæ pecuniæ promissa, si quid aliter c factum sit, mortuo promissore, si d ex pluribus hæredibus unus contra (quã) cautum sit e fecerit, aut ab omnibus hæredibus poenam committi pro f portione hæreditaria, aut ab uno b pro portione sua. Ab omnibus, si id factum de quo cautum est, indiuiduum sit, ueluti k iter fieri †: quia quod in partes diuisum non potest, ab omnibus quodammodo l factum uidetur. At si de eo cautum sit m quod n diuisionem recipiat, ueluti amplius o non agi, (tum) eum hæredem qui aduersus ea fecerit, pro portione sua p solu poenam q committere. r Differentiæ hanc esse rationem, quod in priori casu omnes commisisse uidentur: s quod nisi in solidum (peccari) non poterit t (illam) stipulationem per te non fieri †, quo minus mihi u ire, agere liceat. x Sed uideamus ne non y idem sit hic, z sed magis idem quod in illa stipulatione, Titium hæredemq; eius ratum a habiturum. b nam hac stipulatione c & solus tenebitur, qui non habuerit ratum, & d solus aget, a quo fuerit peccatum, id est



titum. (Idē) & Marcello uidetur, quamuis ipse dominus pro parte rati (Ant. Idē) tum habere non potest.

a ¶ (Cato.) Finge secundū uerum intellectum. Promiserat mihi Titius iter fieri: hoc est, iter exhiberi, id est, pati & non prohibere, ut ire & agere mihi liceat. Secundo loco promiserat se nō amplius acturum contra me ad fundum: & utrobique fuit adiecta pœna pecuniæ certæ, si contra fieret: mortuo promissore, relictis hæredibus, unus ex eis me prohibet ne iter faciam, id est, uadam: & porro unus ex eisdem hæredibus pro parte sua agit contra me ad fundum: queritur qualiter pœna committatur? Respondet Cato: In promissione prioris facti, quod est indiuiduū: scilicet iter exhiberi, & præstari patientiam, uno contra faciente, omnes teneri ad pœnam, sed pro portione hæreditaria. At in altera promissione facti, quod est diuiduum, scilicet amplius non agi, solum eum hæredem teneri, qui ad fundum pro parte sua egerat, cæteros non teneri, & esse differentię rationem inter utrosque casus. In facto em̄ indiuiduo omnes commisisse uideri, quod iter fieri, quæ est indiuidua stipulatio, in partem committi non poterat. Hactenus decisio Catonis. Post plura temporum interualla uenerat Paulus Iurisconsultus, & uidens hanc distinctionem Catonis imperfectam, adiecit manum perfectiorem, inquit: Videamus ne non hic, scilicet in posteriori stipulatione, amplius non agi, idem sit quod in superiore, uel an potius idem sit cum stipulatione rati: & hoc sub figura dubitationis approbat, scilicet stipulationem amplius non agi, cum sit diuidua, potius conuenire cum stipulatione rati, quæ cum iter fieri. Probat Iurisconsultus, quia in stipulatione rati, qua Titius promittit se ratum habiturum aliquid, si moriatur relictis hæredibus, & unus ratum non habeat, solus tenebitur: sic in stipulatione, amplius nō agi, si unus ex hæredibus egerit, pari modo solus tenebitur: & si mortuo etiā stipulatore, relictis hæredibus, unus ex hæredibus promissoris egerit contra unum ex hæredibus stipulatoris, iste solus aget ad pœnam, a quo fuerit petitum: quem casum textus noster hic adduxit. Et hoc etiam Marcello placuit. Ipse tamen promissor, si uiueret & sub pœna promississet se ratum habiturum, non posset in partem contra facere. Hic est uerus & indubitatus intellectus: de quo nihil minus quæ de ipsa ueritate dubitare conueniet. Zasius.

Epitome legis  
huius. §.

Zasiana expla-  
natio.

b ¶ (Certæ.) id est certa pœna, secundum Accursium: præsumitur tamen quantitas loco pœnæ adiecta, etiam si non exprimatur.

c ¶ (Factum sit.) quæ promissum est.

d ¶ (Ex pluribus hæredibus.) scilicet mortui promissoris: In hæredibus uero stipulatoris non recipitur usquequaque hæc distinctio, l. ij. §. si. supra eo.

e ¶ (Fecerit.) Et sic obligatio incoepit ab hærede.

f ¶ (Portione hæreditaria.) scilicet tantum: secundum Accursium. Sed contra l. ij. §. ex his. ij. rñl. supra eo. Sol. ibi agitur ad ipsum indiuiduum, unde quilibet in solidum tenetur: hic autem ad pœnam, quæ pro portione hæreditaria committitur. Et nota hic dictiones simpliciter positas, sub taxatiua intelligi: de quo sæpe in iure diximus.

g ¶ (Ab uno.) Ut si pœna erat uiginti, & quatuor hæredes, cadet contra faciens in quinque, & alij nullo modo.

h ¶ (Pro portione sua.) Accursius hic intelligit, quod quilibet teneatur pro portione sua, etiam uno solo faciente contra promissionem: Quod certe non est uerum, & est contra textum: quia in hoc facto diuiduo amplius nō agi, alij cohæredes in nihilum tenebuntur: quod & idem ipse Accursius alibi tenuit.

i ¶ (Ab omnibus.) committitur scilicet pœna, sed pro portione hæreditaria. Sed contra l. de pupillo. §. si plurium, supra de op. no. pun. Solutio, ibi factum non descendebat a causa hæreditaria. Sed contra hoc est, in depositi, cum l. sequen. supra de pos. Solutio, ibi in contractu bonæ fidei, uel ibi in factorem restitui: quod nō est simpliciter



placiter indiuiduum; nec uno delinquente, omnes excessisse uidebuntur: quod in repetitione nostra latius tractamus.

k ¶ Iter fieri.) Antiquus textus adiecit ea uerba, uel non fieri, quæ tamen sunt subdicia & adulterina: quapropter glossam Accursij super uerbo, Non fieri, super uacaneam putamus. Quod autem Accursius in fine eiusdem glossæ, differentiam ponit inter iter fieri, & non fieri, &c. ita scilicet, quod iter fieri intelligatur, ut & fiat iter, & præstetur: Nihil habet momenti: licet Docto. glossam hoc loco commendent, quod fefellit forsitan Accursium latiniõr figura loquendi. Nam tunc dicitur iter fieri, quando iter exhibetur, & is qui ierit, non impeditur: id quod Latinis hominibus est manifestum. Sic & in l. i. supra de his qui deie. & effu. in prin. dicitur: in eum locum quo uulgo iter fiat, id est, quo uulgo uaditur. & in l. i. supra de itin. & act. priua. in uarijs locis. Ergo iter fieri, sub breuitate sermonis tantum complectitur, quantum ire, agere, licere.

Iter fieri, & nõ fieri, quo minus &c. idem esse, contra Accursium.

l ¶ Factum uidetur.) Sed ille qui deliquit, familiæ tenetur Herciscundæ cæteris cohæredibus, secundum Accursium, & facit ad hoc l. hæredes. §. idem iuris, in fi. supra famil. Hercif.

m ¶ Quod.) Accursius hic exponit, quod, pro quia: in quo satis improuidenter labitur: nam quod, relatiuum est, refertur ad factum.

n ¶ Diuisionem.) Speciale in hoc facto, quod sit diuiduum, cum sui natura alia facta sint indiuidua, l. ij. in prin. supra eo.

o ¶ Non agi.) Forte ex conditione certi, quæ ex mutuo uel ex stipulatu descendit, uel quacumq; alia actione, ut Rog. & Accursius hic notant.

p ¶ Solum pœnam committere.) Accursius opponit de l. proxima. §. fi. infra eo. Respondet secundum eum: cum aliquid fieri uel non fieri promittitur, hanc distinctionem diuidui uel indiuidui esse adhibendam, ibi cum aliquid dari promissum est: secundum lo. & Ir. per hæc uerba, distinctio diuidui & indiuidui ad factum pertinet, non ad dationem, &c. Rationem esse dicit: quia quod ab uno dari debet, melius per alium dari posse, q̄ unius factum per alium explicari: & ideo non imputari cohæredi, si non adimplet factum alterius, cum est diuiduum: nec etiam cohæredem facere posse, ut ratum haberetur, sicut potest pro eo soluere. Vel hic & ibi committitur scilicet pœna, sed non quantum ad exactiõnem: de quo plenius, ut not. l. si seruus. §. fi. supra si quis caut.

q ¶ Committere.) quia actiones hæreditariæ ipso iure inter hæredes diuisæ sunt.

r ¶ Differentiæ hanc esse rationem, quod in priori casu, &c.) Hæc omnia cõtinenter & coniunctim lege, ubi Cato differentiæ rationem dat, quod in priori casu, scilicet iter fieri, &c. omnes commisisse uidentur. Est ergo hoc uerbum, quod, hoc loco coniunctio expletiva, ut quæ ponatur explanatiue.

s ¶ Quod nisi in solidum.) Hoc loco expone, quod, pro quia. Ponitur enim ratio, quare stipulatio, iter fieri, sit indiuidua: & si in textu nostro, primum quod, explanatiue, secundum quod, pro quia, causaliter sumitur. Et est sensus: differentiæ rationem propter quam in priori casu omnes commisisse uidentur, eam esse, quia non poterit peccari, nisi in solidum illam stipulationem, per te non fieri, &c.

t ¶ Illam stipulationem per te non fieri.) subaudi, quam supra nominauimus, iter fieri: in effectu eum eadem sunt, nisi quod altera explicatius deducitur, altera sub compendijs breuitate relinquitur. Ea enim stipulatio, iter fieri, non est alia, q̄ cum stipulamur per te non fieri, quo minus mihi ire, agere liceat: sicut cum stipulamur, habere licere, perinde est ac si diceretur, per te nõ fieri, quo minus mihi habere liceat, supra de eu. l. habere. & ita in similibus. Cum ergo sub pœna iter exhiberi promittitur, indiuidua est stipulatio, & unius hæredis facto cæteri tenentur, pro quo textus hic est clarus. & concordat l. in executione. §. quod si stipulatus, infra eo. ubi aperte dicitur, in eadem stipulatione unius facto omnes teneri. Quapropter Bologninus iste

Stipulatio iter fieri.

Bologninus



Bononiensis imprudenter labitur, quæ ut ulla possit ratione excusari, qui huiusmodi stipulationem primo defenderat esse diuiduam: & mox uariando, partim diuiduam, partim indiuiduam dicebat, opinatus quod per uerba textus nostri, cum dicitur, illam stipulationem per te non fieri, &c. nouus casus quasi sub interrogatione introducebatur: quod certe omni caret & ratione & doctrina. Sed nec orationis contextus tam absurdam reflectitiam quæ structuram ullo modo patitur, tersior quæ illa Iurisconsultorum elegantia, in intolerabilem barbariem degeneraret. Porro iura quæ Bologninus allegat, non solum nihil pro eo faciunt, sed etiam suam erroneam opinionem ultro subuertunt: quamuis ipse prædictum, quod si stipulatus, misere detorqueat, & nunc huc, nunc illuc subsiliens, uacillando nesciat ubi subsistat. Sed in mala causa omne patrocinium infelix est. Credimus tamen Bologninum, ut cui non sit magna cum re Latina cognatio, ea sermonis elegantia deceptum esse, qua usus est Cato, cum dicebat, illam stipulationem per te non fieri, peccari non posse nisi in solidum: putabat forte quod hoc uerbum, peccare, accusatiuum respueret: at si ei tersioris lingue peritia fuisset, hoc non controuertisset. Verba enim neutralia eleganti compendio accusatiuum assumunt: ut cum dicitur apud Plutarchum in uita Thesei, seruire tempus: item, laborare ærumnas. Et præsertim uerbum peccare, accusatiuum uelut iure quodam recipit. Nam in Leuitico, ut Origenes homelia quarta docet, sic scribitur: Peccauerunt unum aliquid de istis. Et item: Quod peccauit, a sanctis reddet. Et alibi idem in Matthæum: Omnia magna & pessima peccauit. Cicero ad Atticum libro nono: Nec unquam peccare aliud ex alio destitit. Isocrates magni Erasmi, Peccat plurima. Cicero pro Murena: Non multa peccas. Quod autem Bologninus ex Ciceronis Paradoxo sese iactans, authorem textus nostri putat fuisse Catonem Uticensem: non est uerum. Is enim Uticensis Stoicus philosophus fuit, nec legitur unquam iura professus. Vnde Catonis senioris Censorini filium maiorem natu, qui ipse Cato nominatus est, authorem fuisse conijcimus, ut qui Apollinare grammaticum apud Gellium testante, egregios iuris civilis libros dereliquit: quod & in commentarijs nostris in l. ij. supra de orig. iur. attigimus. Desinat itaque Bologninus se iactitare, quod nouam de cælo progeniem produxerit: desinat ipse Doctores, qui tam ex corrupto textu ueritatem, uti possibile erat, attigerunt, stultos & tardos corde nominare: sciturus tantum abesse eum hoc loco a doctrina, quantum optimi illi uiri absunt a stulticia.

¶ (Ire liceat.) id est, possit ire. Est enim elegans loquendi figura, cum licere pro posse usurpatur. Vnde qui promittit ire, agere licere, intelligitur stipulatori dedisse potestatem & facultatem eundem agendi. Barolus in l. stipulatio ista, §. hi qui, infra eo, quædam impertinentia in eo uerbo distinguit, quod forte elegantiam Iurisconsulti non satis perpenderit.

¶ (Sed uideamus.) Hæc uerba Pauli sunt, non Catonis. Is enim post multa, ut supra diximus, ætatum interualla, cum distinctionem Catonis imperfectam cognouisset, adiecit lumem perfectius. Accursus in glossa sua magna hanc literam scrupulosam dicit, quod non erat mirum: corruptus enim textus uiro docto præstrinxit oculos, cum non nulla impertinentia uerba sincero textui adulterine sint supposita, ut a principio postillando signauimus. Igitur Accursus misere affligitur in tora sua glossa, quomodo textum intelligat & defendat: quæ glossa sic est intorta, perplexa, plena inuoluolis, ut nec ipse Accursus, nec ullus ex doctoribus sese ab ea explicare possit. A quo tormento subleuamur (de quo sit benedictus deus) cum ex uero textu, beneficio Politiani, ubi nusquam satis laudati, omnia sint plana & facilia reddita. Docet enim Paulus posteriorem stipulationem, scilicet amplius non agi, non esse similem stipulationi, iter fieri, sed magis simile stipulationi rati. Sub eleganti tamen dubitationis figura Iurisconsultus decidit, licens: Videamus ne non hic, id est, in posteriori stipulatione, idem scilicet sit,

Sub particula  
ne non, asser-  
tionem esse.

C 3 quod in



quod in iter fieri: quasi diceret, nō est idem, sed magis idem quod in stipulatione rati. Et hoc Iurisconsultus approbat, licet sub dubitationis serie procedat: ipsa enim quærendi figura vim decisionis habuit: ut si dixerō: Videamus ne non iustum sit deferere annicos, sed magis flagiciosum. Qui loquendi modus Latinis hominibus, & maxime apud Iurisconsultos peculiaris est. Sic in l. uenditor ex hereditate, §. sed ubi, supra de hered. uend. ibi, Videamus ne nihil tibi debeam ex empto, & in l. unde querit. §. sed si, supra cōmod. ibi, uidentū erit ne cedere debeat. fa. l. certū, §. si quis absente, supra de confess. ibi, uidentū nunquid non debeat pro iudicato haberi: cū multis similibus.

2. ¶ Idem fit hic, scilicet in posteriori casu, amplius non agi, quem Cato secundo loco deduxit, & non erat prosecutus. Duas enim stipulationes proposuerat: unam scilicet iter fieri, quam postea nominat, per te non fieri, & c. alteram, amplius non agi. Primum executus est Cato, cum rationem differentie posuit: hanc alteram Paulus prosequitur. Nectumultueris, si sub pronomine, hic, posteriorem stipulationem intelligamus. Habet enim Latine lingue doctrina, ut duobus propositis, id quod secundo loco proponitur, per pronomen, hic, proferatur.

3. ¶ Sed magis, Totam orationem cōtinenter legas cum superioribus, ut sit sensus: Videamus an stipulatio amplius nō agi, magis assimilatur stipulationi rati, q̄ superiori.

4. ¶ Habiturum, Quæ stipulatio secundum Accursium diuidi potest.

b. ¶ Nam hac, Ponitur ratio eius, quod ante sub dubitationis figura assertum fuit. Sicut enim in hac stipulatione, scilicet rati, solus ex heredibus tenebitur qui non habuit ratum, ita & in stipulatione amplius non agi, seruabitur.

c. ¶ Et solus, ex heredibus promissoris, secundū Accursium, nomine pœne tenebitur.

d. ¶ Solus aget, scilicet ex heredibus stipulatoris, secundum Accursium: Nam ex stipulatione rati solus aget, a quo fuerat per promissoris heredes petitum: utpote quod solummodo aduersus eum nō fuerat ratum habitum. Et sic textus noster circa finem semper loquitur de stipulatione rati: quod satis liquere potest. x. l. inter cohæredes, §. si quis stipulatus, supra famil. Hercif. quamuis Iurisconsultus stipulationem amplius non agi, paulo ante ad hanc applicauerit.

e. ¶ Non potest, Imo potest secundum Accursium, infra rem ratam haberi. l. procurator. ij. responso. Solutio, ut ibi. Item facit supra ad l. falc. l. pœnales, §. Iulianus, & infra de prætor. stip. l. prætorie, §. insertam, & d. l. inter cohæredes, §. si quis, supra famil. Hercif.

Non ignoro ex uiris doctis esse nonnullos, qui prædictum, §. Cato, in quibusdam aliter intelligant. Putant enim quod in ea stipulatione, qua promittis per te non fieri, quo minus mihi & heredi meo ire, agere liceat: uno ex heredibus contraueniente, omnes in solidum teneantur, ita quod solida pœna ab hoc uel alio herede possit exigi, & c. Sed uereor ut hæc assertio procedere non possit. Primo, quia id nullo iure relatū est: nec credo ostendi textū ullum posse, qui hoc doceat. Nam nec ex d. §. Cato, ea opinio colligitur, ut supra in glossis nostris satis patuit. A textu enim uero, qui ex Pandectis Florentinis nouiter patuit, non recedimus. Porro si promittis per te nō fieri, neq; per heredem quo minus ire, agere liceat, nihil promittis aliud, q̄ ire, agere licere, uel iter mihi fieri, id est, exhiberi: nisi quod prius illud sub duplici negatione, quæ in effectu affirmat: hoc uero posterius sub simplici affirmatiua promittitur: & hoc cum ad sensum pateat, negari non potest, addimus tamen textum id ipsum probantem. Nam d. l. ij, §. item si in facto, eo. tit. ea promissio explicite ponitur, uidelicet per te non fieri, neq; per heredem tuum, quo minus mihi ire, agere liceat: quam promissionem Iurisconsultus mox postea in §. si, affirmatiue pronunciat: sic enim scribit: Contra autem si stipulator decesserit, qui stipulatus erat sibi heredi q̄ suo ire, agere licere, & c. & loquitur tamen de eadem promissione Iurisconsultus utrobique: nisi q̄ primo personam promissoris tractat, deinde stipulatoris, ne quis separatos ibi casus tractari putet. Itē

in stipu



in l. stipulatio ista. §. hi qui. ff. eo. tit. expresse deciditur, paria esse si quis stipuletur habere sibi licere, aut per se non fieri, quo minus stipulatori habere liceat. Cum igitur utraq; promissio non nisi uerborum positura differat, in effectu sit eadem, non possunt diuerso iure censerī, siue promittas iter fieri, siue per te non fieri, &c. Et proinde, si in promissione poenali iter fieri, uno ex hæredibus contra faciente, alij hæredes non nisi pro hæreditaria portione ad poenam tenentur, recipi non potest quod altera promissio, per te non fieri, &c. omnes hæredes in solidum obliget: sic enim una eademq; obligatio, hæredes eodem respectu & obligat et in partē duntaxat & in solidum, quod implicaret. Voluit igitur Cato Censorinus in d. §. Cato, quod si sub poena facultas eundem promittitur, siue promittatur iter fieri, siue per te & per hæredē non fieri quo minus ire, agere liceat, &c. uno ex hæredibus contraueniente, alios non nisi in partem teneri hæreditariam. Et est is text. in hoc notabilis & singularis, quia per eum multa iura, quæ in dubium defecti poterant, declarantur: Dum enim in l. hæredes. §. in illa. ff. famil. Hercif. deciditur uno prohibente, in solidum committi stipulationem, intelligendū est solidam quidem poenam pelli ab omnibus, sed a quolibet pro parte hæreditaria, sic & in l. inter hæredes. §. quod ex facto. eo. tit. & in l. in executione. §. quod si stipulatus. ff. de uerb. oblig. in l. Iulianus. ff. eo. cum simi. Omnes enim istæ ll. ex eleganti decisione Catonis ad partem hæreditariam reducuntur, quod & in d. l. ij. §. item si in facto, recte prouisum est. Sed putant qui diuersam opinionem tuerentur, differentiam esse, & quidem non mediocrem, inter promissionem iter fieri, & per te non fieri, &c. Priorem enim promissionem transfundi ad hæredes ipsa uel obligationis, & sic ab uno, nempe a defuncto, in plures hæredes transfundi, meritoq; inter eos diuidi pro parte hæreditaria: Diuersum esse in altera promissione per te non fieri nec per hæredem, &c. illic enim promissionem a defuncto in hæredes non transfundi. d. l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de uerb. obli. sed ab hæredibus incipere, & propterea non esse hæreditariam, ut quæ nunquam ex persona defuncti unita, sed ab origine diuisa fuerit: ut merito uno ex hæredibus contraueniente, omnes alij ac si essent debitores principales in solidum teneantur, cum factum sit indiuiduum, &c. Sed hæc mihi non satisfaciunt: quamuis enim diuersa opinio textu urgente, nempe d. §. si quis ita, moueatur: credo tamen si rem ipsam ex uero inuestigauerimus, nostram doctrinam esse tutiorem. Quo nomine aduertendū est, quod iter fieri, uel per te non fieri quo minus, &c. dupliciter in conuentiones uenire solet. Aliquando enim ire, agere licere, simpliciter & sine hæredis adiectione promittitur: & tunc in dubio factum personale promitti non inficior, nisi probetur precessisse seruitus: quia sufficit si cui uel in paucis, &c. l. tutori. C. de nego. gest. & ita intellige Insti. de stipula. seruo. §. sed cum factum, & fa. l. Lucius, in ratione sui. ff. com. præd. arg. in l. pater, ad fi. ff. de serui. leg. ubi præsumitur affectus personæ cui prouidetur, nisi de hæredibus testatorem sensisse constiterit, ad idem facit text. in l. Gaius. ff. de ann. leg. cum simi. Sin uero facta sit mentio hæredum in dicta promissione, ut si quis stipulet sibi hæredi q; suo ire, agere licere, uel per te & hæredē non fieri, quo minus ire, agere liceat: hic audacter dico eam stipulationem iure seruitutis processisse intelligi, atq; adeo esse ad hæredem transitoriam: hæredis enim persona dubitationis tollendæ causa exprimitur, & ne credatur promissio esse facti personalis, d. l. pater, cum simi. Et non obstat d. l. stipulatio ista. §. si quis ita. quia similitudo ibi sumit a genere, non a qualitatibus: id quod in iure frequenter usuuenit. Et est Iuriscōsulti intentio: Sicuti ex promissione usufructus Titio & hæredi facta, ex stipulatu agitur: ita si ire, agere Flacco & hæredi promittatur, ex stipulatu actio competet: per hoc tamen non sequitur, quod sicut diuersi sunt fructus in Titio & eius hærede, ita & diuersa sit facultas eundem in Flacco & eius hærede: Est enim magna inter utraq; dissimilitudo, cum promissio usufructus semper personalis sit, ita ut non possit fieri realis, maxime in eodem fructu: facultas autem eundem Flacco & hæredi promissa, realis esse potest, & ad hæredes transitoria, Et is intellectus

uerissimus



uerissimus est, quem etiam glossa ibidem tenuit: Impossibile enim est, quod qualitas utriusque promissionis & natura obligationis sint similes, ut iam declarauimus: quauis Barto. & Doct. diuersum, sed nulla iusta ratione sensisse uideantur. Quod autem ista stipulatio, qua mihi & heredi meo ire, agere licere promittitur, sit hereditaria, tex. est in euitabilis in l. inter heredes. §. quod ex facto. ff. famil. Hercis. qd & ex tex. nostro in d. §. Cato, subtiliter constare poterit, ut adeo uideri non possim, cur ea promissio ad heredes transmitti negetur. Verum assertio diuersae opinionis eam promissionem pro tanto hereditariam esse opinatur, quod per defunctum heredibus quaesita fuerit &c. Sed certe isthaec euasio quamlibet acuta, non potest subsistere. Quae enim per defunctum heredibus quaerunt, iure hereditario quaeri in dubio intelliguntur, arg. l. pactum, de prob. cum vulg. nisi conuentionis natura aliud exigat. At in casu nostro nihil uetat, ex communi regula eam stipulationem ad heredes transmitti iure hereditario, ut supra declarauimus, accedente maxime d. l. inter heredes. §. quod ex facto, quae effugi non potest. Denique satis absurdum esset, si in tam pluribus iuris nostris, nempe in d. §. quod ex facto, item in l. heredes. §. item in illa, ff. famil. Her. porro in d. h. §. item in facto. d. l. in executione. §. quod si stipulatus. d. l. Iulianus, de uerb. oblig. in heredibus nouum & diuersum factum eundi ubique intelligeretur. Tandem quomodo heredes qui uno contraueniente damnium passi sunt, familiae Herciscundae iudicio contra offendentem sibi consulere, si eius stipulationis obligatio a defuncto in eos hereditario iure non esset transfusa, quod ultimum mihi uidetur iugulum porrigere. Quae cum ita sint, ex una promissione geminam in casu nostro fieri oportere non putamus.

† ¶ Additio. (Addimus quod ire, agere, ex natura & origine non est ita personale, quod ad heredes non transeat, sed iuris praesumptione non est transitorium nisi haeres exprimatur. At uti, frui licere, ex sui natura non transit ad heredes, adeo ut si etiam heres exprimatur, adhuc manet personale: ut in herede sit nouus fructus de nouo constituendus, noua cautione opus, las. in d. §. si quis, quod in ire, agere, non dicas. Item si uti, frui, licere promittatur iure seruitutis, adhuc non transit, quod non dicas in ire, agere licere: Non est ergo dubitandum quin istae duae stipulationes non in omnibus assimilentur.)

FINIS.



209  
NOBILI ET CLARISSIMO VIRO HIE

RONYMO BALDUGNO DE LEONIBVS, V. I. DOCTORI, IL-  
lustrissimi principis Ferdinandi Regis Romanorum &c. Can-  
cellario dignissimo, Vdaticus Zasius LL. Doctor, &  
ordinarius Friburgens. sese commenda



Ubstitutionum materiam, Clarissime & doctissime uir, quam in scho-  
lis meis nuper publico auditorio, in modum summarij tractatus legi,  
& plus semel recognoui, a compluribus qui me audierunt, & qui inge-  
nio & eruditione sunt laudati, hortatus sum ut æderem: & licet subste-  
rim initio, & quidem non sine ratione: cum isthæc materia & sit ul-  
trò difficilis, & a doctoribus pro cuiusq; uel ingenio uel commodo, usque adeo discepta-  
tionibus & opinionum procellis inuoluta, ut quo plus in eorum commentarijs proce-  
datur, tanto minus certioris itineris semita appareat: Attamē desiderijs eorū deesse no-  
lui, Itaq; tractatū breuem quidem pro materiæ amplitudine, sed utilem & commodū,  
ut spero, in lucem emisi. In quo tria maxime obseruare contendi: tum ut eam materiā  
exemplis & declarationibus, uel usq; ad minutiora, clarissimam redderem: Tū etiam,  
ut uehementes opinionum concertationes uel amputarem, uel conciliarem. Et tan-  
dem, ut resectis superfluis, quorū magna in commentarijs sylua est, ea docerem, quæ  
& utilia esse, & nostræ saltem Germaniæ conferre possent. Quicquid hoc sit laborculi,  
sub Clarissimo tuo nomine ædidi: non tam q̄ omni officij genere metibi debere pro-  
fitear, qui magna me semper humanitate es profecutus, q̄ quod sub egregiæ dignitatis  
tuæ nomine, si singularem tuam eruditionem taceam, meas uigilias tutiores futuras  
spero. Nec enim obscura est tuæ doctrinæ eminentia, qua a iuuenta præ cæteris omni-  
bus claruisti. Iuuenem te audiuius Aeneadū Vergiliū magnam partem memoriter  
recitantem: Carminis facilitatem & elegantiam, cum sententiæ pondere, cū perspi-  
cuitate, & quadam poëtica diuinitate in te iuuenem sapius admirati fuimus. Iuris ciuilibus  
doctrinam, iam tū minor natu, supra ætatis uigorem ita cohauseras, ut & publice tra-  
ctaueris. Sed nemo hoc mirum fecerit: ab inclyta enim familia tua, cum isthæc igenij  
processerit nobilitas, quid aliud q̄ fecuram præclaram proferreret: Patrem habuisti cū  
doctrinarum genere omnifarum ornatum, tū Summi Pontificis & Diui Cæsaris Ma-  
ximiliani dignitatibus & priuilegijs illustrem: qui & omni de re, qua de quaerebatur,  
respondere cum laude poterat: Si interim taceam cognatos tuos Ioannem & Caspa-  
rem Baldugnos, illum patrum, hunc auunculum: Quorum alter cum honestioris fa-  
mæ & nominis integritate uitam soluit: alter uel hodie assessor sacri Romani Imperij,  
egregiam iuris dicendi exercet prouinciam. Quo loco multa transeo, ne & adulari ui-  
dear, & epistolæ leges transgredi. Hoc habeto, meos istos labores nemini q̄ tibi com-  
mendare felicius & tutius potuisse, qui ex solidissima fide, & uelis, & pro incompara-  
bili doctrina possis a maleuolis eos defendere. Nō deerit defensionem, si ita res ferat, no-  
bilis ille Federicus Frantz ab Schneberg, Diui Principis nostri consiliarius insignis,  
quem ego primæ ætatis iuuenem a Diuo Maximiliano meæ commendatum præce-  
ptioni & tutelæ, non minori fide & amore, q̄ filium propriū educaui. In quo uicissim  
tantâ præ omnibus iuuenibus erat in præceptorem pietas, ut nihil omitteret quod lau-  
datissimū præstaret alumnum, & simul pulchra eruditione commendabilem sese red-  
deret: ut nemo mirum fecerit, qui Diuorum Principum nostrorum curiam iam ab a-  
dulescentia cum dignitatis honore secutus, inter primos primus claruerit. Sed deo  
aliàs plura. Vale. Friburgi, VIII. KL. Februarij. Anno M. D. XXXII.

D



# SVBSTITVTIONVM

TRACTATVS PER VDALRICVM ZASIVM LL.

Doctorem, & Ordinarium Friburgē.



**A** Vemadmodum institui dicuntur, quæ principaliter ordinata sunt & statuta, ita & substituendi uerbum ea cõplectitur, quæ subordinantur, & utriusq; uerbi significatio late patet: Nam & uita institui dicitur dum componitur, & leges institui dicitur dum ordinamus, statuimus, sic & uerbum substituendi ad multa usurpatur: substituantur em̄ procuratores, substituantur iudices dum subordinantur: Item & arbores substituit usufructuarius in locum demortuæ, & si quæ sunt similia, fa. l. pe. iud. sol. l. agri, de usufru. Ceterum in materia ultimarum voluntatum uerba instituenti & substituendi ex communiter accidentibus successionem uniuersalem respiciunt: qui em̄ hæres generaliter ordinatur, institui, & is qui sequenti loco subordinatur, substitui dicitur. Et ita usu obseruatur. In singulari aut̄ successione, quamuis uerbum substitutionis ad legata & ad donationes causa mortis accommodatur, l. ut hæredibus, de leg. ij. l. Titia. d. seio. d. libertis. ff. eo. l. si cui. de dona. caus. mor. cum si. Non tamen inuenio quod institutionis uerbo, testatores in legatis & donationibus usi sint, fortasse ne ordinationes successorie, quæ discretæ esse debent, miscerentur: uerum ex uerbi significatione, nihil impedit si & legatarij & donatarij (ut Polito satis faciamus) institui dicantur. Est ergo, ut propius ad materiam accedamus, substitutio nihil aliud, quam sequenti loco facta subordinatio. Quod & Accur. in rub. de vulg. & pup. attigit, dum substitutionem secundam esse institutionem definiuit. Superuacaneas aut̄ disceptationes, quibus Socci, in d. l. i. ff. eo. in prin. suæ repetitionis inuoluitur, transeo, ut quæ ad nihil aliud quàm ad fatigationem studiosorum, & ad obscuritatem materig, quæ tamen ultro difficilis est, tendere uidentur. Sunt aut̄ uerba institutionis & substitutionis inter sese ita confinia, ut uerbo institutionis aliquando ad substitutionem abutamur, ut in l. mulier, in fi. de cond. insti. l. gallus, in prin. de lib. & posthu. l. quæ conditio, de cond. & demõn. Porro uarij gradus substitutionum fieri possunt: testator enim Titio hærede, primo loco instituto, deinde Sempronium secundo loco uel gradu, & porro Flaccum tertio loco uel gradu, & ita deinceps potest instituerẽ, ut in l. ij. de lib. & posthu. cõsi. Et quamuis Politus ingenij sui subtilitate, differentiam inter illa uerba primo gradu uel primo loco facere uideatur, glo. tamen in d. l. i. in prin. gradum pro loco sine differentia posuit, per tex. in l. ij. d. defertur, de ho. poss. secun. tab. ubi non refert hæredes primo gradu, an primo loco sint scripti: quod certe ad uitandam obscuritatem expeditius esse credo, quicquid alias tenuerim, &c. Adde secundum Socci, ea uerba primo uel secundo loco uel gradu, &c. ad uulgarem referri, non ad pupillarem, quæ secundarum tabularum, nõ secundi gradus dicitur, per l. ij. ad si. uerl. si ita, de vulg. & pup. Hoc quoq; non est prætereundum, substitutionem sine institutione esse non posse, id quod glo. in d. l. i. ad prin. recte docuit: siquidem & uerborum uis id ipsum efflagitat, licet a nonnullis oppugnetur per l. si quis ita hæres instituat, de hære. insti. in quibus substitutio facta esse apparet, nullo hærede instituto: sed uerior est assertio gloss. quom̄ etiã las. post Doct. sequitur. Et certe uerborum natura exigit, ut nemo subordinari possit eo, qui non sit ordinatus. Et nõ obstant iura in contrarium facta: quia recte intelligendo in utrisq; ll. non fit mentio substitutionis, sed potius institutionis sub condicione factæ, quod etiam dicitur tenuisse Imol. ut eum Socci. legat. Nam in d. l.



Nam in d.l. si quis ita, ex illis uerbis: si legitimus hæres nõ uendicet: euidenter apparet, quod legitimus hæres non ex testamento, sed ab intestato succedere poterat: unde cum dicitur conditionem testamenti defecisse, ea conditio ad institutionem pertinere intelligenda est, non ad substitutionem. Sic in l. ex facto, Sempronius non erat substitutus, nec lex hoc dicit, sed fuit sub cõditione, licet frustratoria, institutus: quomodo eñ substitutus diceretur, cum nullus institutus præcesserit cui substitueretur: eo accedente quod d.l. ex facto, uarie intelligitur, ut ibi per glos. Quod si quis moueretur contra glos. ex eo, quod in legatis & donationibus cau. mor. substitui potest, cum tamẽ nulla præcedat institutio, ut etiam supra meminimus: sed non obstat: Nam glos. nostra ad successiones uniuersales hæredũ respexit, non ad legata. Deniq; cum in legatis substituitur, uerbum legandi, quod præcedit, institutionis uicem referre intelligitur: & tantum de præludijs.

Nunc ad substitutionis materiam accedentes, substitutionem in determinate sumptam ex mente Doct. in Directam & Obliquam diuidimus. Directa est, per quã substitutus directe, inmediate, sine ministerio alterius capit hæreditatem testatoris, ut cum dicitur: heres esto. At Obliqua est, per quam substitutus hæreditatem ex manu alterius, & sic uia obliqua capit, ut cum dicitur: hæres restituat hæreditatẽ Titio, Inst. de fideicom. hære. per tot. de qua postea suo ordine plura dicent. Porro directa substitutio subdividit in quinque species solẽt, in uulgarem, pupillarem, exemplariam, breuiloquã, & cõpendiosam. Nec te moueat quod substitutionem in quinque species diuiserimus, cum tamen Iurisconsultus in l. iam hoc iure, eo. tit. breuiloquam tertium genus substitutionis nominauerit. Nam eo loco genus pro specie more legali sumitur, id est, pro re determinata, quæ ab alijs certa qualitate differat. Sic enim Iurisconsultus uerbo generis frequentissime abutitur, ut in l. ij. §. genera, de acquir. poss. cum dicit, genera possessionum tot esse, quot sint cause acquirendi, &c. Nihil enim aliud, quam differentia & qualitates possessionum intelliguntur, sicut latius in Intellectibus nostris in tractatu generis eam rem explicauimus. Et per prædicta cessat superuacua ea disceptatio Socci, & aliorum, an breuiloqua sit propria species separata a cæteris, quia imo si speciem acceperimus pro re quæ certis qualitatibus determinata, ab alijs differt, recte separata species dici poterit. Nec enim ignotum est, eam a cæteris non parum differre, sicut in capitulo breuiloquæ latius dicetur.

Ut autem clarius ac distinctius doceri dictæ species substitutionum possint: propter quas præsens labor præcipue insumptus est: nostrum hunc tractatum in sex capita partimur. Primo de uulgari, deinde pupillari, tertio loco de exemplaria, & quarto de breuiloqua, quinto de compendiosa, & tandem sexto miscellanea quædam adiungemus, pro ut uaria lectio subministrabit. Accedens ad primum caput, nempe ad uulgarem, iuxta mentem Bart. uidentum est primo, quid sit, deinde quotuplex, tertio quibus uerbis fiat, quarto quis eius effectus, & tandem quomodo desinat uel extinguatur.

In primo puncto, ametsi Doct. definitionem uulgaris substitutionis controuertant, tamen Politum secuti uulgarem definimus subrogationem uel subordinationem esse hæredis substituti, in locũ instituti qui deficeret. Dicitur autem uulgaris secundum Bar. & Doct. ideo, quia a quolibet, cui est testamenti factio, cuilibet idoneo & capaci, uulgaribus, id est, simpliciter, apertis, & communiter usitatis sit uerbis. Nec ignoramus quo pacto Socci, & Politus post Doct. in eo diffundantur, sed quæ poterant omitti, transeunda putauimus.

In secundo puncto quotuplex sit uulgaris, Bart. tres ponit species, expressam, tacitam, & partim tacitam, partim expressam. Quæ diuisio licet non sit ubiq; iuta, tamen causa traditionis facillioris, eam cum temperamento sequemur, dum hoc præmissimus, aliqua exprimi posse in genere, id est, indeterminate, aliqua in specie, id



est, determinate: et tandem aliqua singulariter, ut quæ cum certiori determinatione  
**D** veniant: cum enim hominem dicimus, indeterminate & in genere iuxta legales tra-  
 ditiones loquimur: cum stichum dices, determinata est species: cæterum cum stichum  
 album nominas, ea est indiuidua determinatio: sic & in vulgari substitutione uerba  
 possunt esse plus uel minus expressa. Itaque ex sententia Politi, expressa vulgaris est,  
 quæ uerbis quibuscumque generalibus, specialibus, uel singularibus proprie significa-  
 tur, & semper expressa dicitur, siue uerba sint plus uel minus determinata: quæ tamē  
 omnia post videbimus. Tacita autem vulgaris dupliciter dicitur, aliquando enim ex  
 uerbis testatoris colligitur, licet ex eis proprie non significetur, ut est exemplum in l.  
 Titius, ij. cum l. seq. de hære. insti. ubi testator instituerat Titium & Sempronium uter  
 ex eis uiueret, hic colligitur tacita vulgaris, scilicet alter uter non esset hæres, quæ ex uer-  
 borum quidem significatione non uenit, sed ex sensu colligitur. Alio modo tacita non  
 minatur quæ nec ex uerborum significatione uenit, nec ex eis colligitur, sed quæ po-  
 testatis legis etiam contra uim uerborum præsumitur. Exemplum est in l. iam hoc iure,  
 de vulg. quia cum pater pupillum instituit, & si intra ætatem pupillarem moriatur,  
 Gaium substituit: ista est pupillaris expressa ut post dicitur: in qua tamen pater alium  
 casum (nempe si pupillus hæres non esset) omiserat, unde lex eum subintelligit: præ-  
 sumit enim testatorem si de eo cogitasset, uoluisse quod substitutus etiam hoc loco uoca-  
**E** retur, unde improprie tacita dicitur: sed magis proprie ex sententia Politi, præsum-  
 pta vulgaris nominabitur, ideo, quia contra uerborum significationem sola præsumptio-  
 ne legis recepta est, ut postea latius declarabitur. Sic fortasse & ius accrescendi posset  
 saltem improprie nominari præsumpta substitutio, quia lex eum, qui ius accrescendi  
 habeat, quasi substitutum nominat, in l. si Titio & Meuius, §. i. infra de leg. ij. De vul-  
 gari autem partim tacita partim expressa postea tractabimus.

Tertium punctum prosequamur, quibus uerbis vulgaris fiat substitutio: & repe-  
 tenda sunt quæ supra diximus, vulgarem aliquando generalibus, aliquando specia-  
 libus, & item singularibus uerbis fieri solere. Verba generalia hæc sunt, cum testator  
 dicit: instituo Titium & Sempro. eosque inuicem substituo: quæ vulgaris in breui-  
 qua usurpatur. Specialibus uerbis vulgaris sic explicat, ut cum instituit testator Ti-  
 tium, & si hæres non sit, Gaium substituat. Hæc sunt uerba specialia magis determi-  
 nata quam superiora, uerum quia ex uarijs casibus fieri potest quod aliquis non sit hæres: ali-  
 quando enim, quia non uult, aliquando quia non potest & similia: ut in l. cum propo-  
 nas, C. de hære. insti. unde si substitutio vulgaris alios etiam casus ad indiuiduum enu-  
 meret, dicitur singularibus uerbis expressa, ut cum testatur Titium hæredem insti-  
**F** tuat, & si nolit esse hæres uel non possit, substituat Seium, &c. Idem est cum testator  
 Titium, si filius se uiuo moriatur, uel si filius non nascatur, &c. qui casus ideo singula-  
 res uel particulares dicuntur, quia sunt ad indiuiduum (ut diximus) expressi. Quo  
 loco ex sententia Bar. aduertendum est in vulgari substitutione, duo extrema consi-  
 derari: unum quod ad heredem refertur, cui sit substitutio, ut cum dicitur, si Titius in-  
 stitutus hæres non sit: Alterum eum respicit, qui substituitur, ut cum dicit testator: Gai-  
 um substituo: hoc enim ad substitutum pertinet. Primum extremum semper est ne-  
 gatiuum, scilicet si hæres non sit, uel si filius non nascatur, &c. Alterum est affirmati-  
 uum, scilicet Gaium substituo, & hæc obseruantur siue vulgaris substitutio uerbis spe-  
 cialibus fiat, siue singularibus. Cæterum vulgaris generaliter expressa, uerbis affir-  
 matiuis semper explicatur, ut si instituitis Titio & Sempronio dicit testator: uos inui-  
 cem substituo: uel cum filium instituit, & ex eo nepotem, & si quæ sint similia. Verum  
 quamuis ista vulgaris, quæ in genere exprimitur, uerbis affirmatiuis fiat, primum ta-  
 men extremum, uel ipsa, est negatiuum, ut cum dicit testator: uos inuicem substituo:  
 uel si dicat: instituo Titium & substituo Gaium, semper intelligitur, si alter non sit hæ-  
 res, alter hæres sit. Paria obseruantur in tacita vulgari, quam supra duplicem esse dix-  
 imus, scilicet quæ ex uerbis colligitur, quæ recte tacita dicitur: & quæ legis potestate  
 præsumitur



præsumitur, quam uerius præsumptam nominabis. Nam utraq; uerbis affirmatiuis concipitur, sed primū extremum, quod negatiuum est, subintelligitur: exempli gratia: cum dicitur: filiū & nepotem instituo, uel si dicat testator: Titium & Sempronium, uter eorū uiuat instituo. Hic em̄ colligitur tacita vulgaris, scilicet si alter hæres nō erit, d. l. Titius. ij. cum l. seq. De alia uero tacita vulg. quæ præsumpta dicit, exemplum habes in expressa pupillari, in qua præsumitur vulgaris tacita: ut supra declarauimus, & post latius dicemus. Et ut summam dicam, nō potest dari vulgaris substitutio, quæ ista duo extrema expresse uel tacite non contineat, ut recte dicit Bart. in d. l. i. Et licet primum extremū aliquando taceatur, necesse tamen est, secundū extremum semper exprimi, ex sententia Politi, id q; exemplis supra positis patuit. Quæ cum ita sint, necessario consequens est substitutionē partim tacitam, partim expressam, quo ad uerba, nō esse separatā speciem: cum em̄ in tacita vulgari primum extremū semper taceatur, secundum uero extremum exprimatur, ut iam supra diximus, necesse est q; tacita vulgaris semper sit partim tacita, partim expressa. Quapropter, quo ad uerba, substitutionē partim expressam partim tacitam, Bart. pro separata specie male posuit, cum tacita vulgaris (ut iam dixi) nihil aliud sit, q̄ partim tacita, partim expressa. Quod mirum est Doct. nō peruidisse. Ceterū quo ad casus particulares uel singulares, negari nō potest, quin substitutio quadā differentia sit partim tacita, partim expressa. Cum em̄ hæredem instituo, & si nolit esse hæres substituo Gaium, hic tacetur alius casus, scilicet si non possit esse hæres, qui tamē reducitur ad casum in substitutionē expressum, ut postea dicit. Et in hoc Bart. bene docuit: crediderim tamē substitutionē partim tacitam, partim expressam, quo ad casus inueniri nō posse, nisi in vulgari singulis uerbis expressa: separata tamen species esse nō poterit, ut quæ sit mixta.

Quartum punctum, qui sunt effectus substitutionis vulg. Bart. quinque enumerat. Ego causa melioris declarationis septē pono, & alio ordine, q̄ Bart. Primus effectus, q; vulgaris in uno casu expressa trahit ad alium nō expressum. Secundus, q; per substitutionem vulgare de suo & necessario hærede fit uoluntarius. Tertius, q; ista uerba, si hæres non sit, comprehendunt non solū ipsos institutos, sed etiā alios qui ex illorū personis succedunt. Quartus, suum & minorem respicit, cum hereditatem recusant, & tamē aliquo beneficio reponunt. Quintus, q; testamentū uiciatum in primo gradu, uirēs a secundo gradu potest accipere, nempe a vulgari. Sextus, q; vulgaris expressa continet pupillare tacitam. Septimus, q; per vulgarem soli testatori succeditur.

Primus igitur effectus est, q; vulgaris in uno casu expressa, ad alium trahitur non expressum, ut si Titio hærede instituto, si hæres esse nolit, substituat Flaccus, certe si institutus etiam nō poterit esse hæres, locus erit Flacco substituto, ut sic nolle & nō posse, hoc loco a pari procedant, ut uoluit Bart. in tertio effectu sui ordinis, qui allegat. d. l. i. §. usus, de procura. Alia exempla habetis in l. gallus. §. & quid si tantum, de lib. & posthū. ubi cum dicit testator, si filius me uiuo moriatur, substituo nepotem, intelliguntur & alij casus nō expressi, scilicet si filius exportet, exbanniat, si emancipet: qui casus omnes cum nō sint ad indiuiduū expressi, sub expresso tamen casu, scilicet, si filius me uiuo moriatur, intelligunt, & ad eum reducuntur, fa. l. si. C. de insti. & substiti. ubi dicebat testator, si filius nō nascatur, certe quamuis iste filius sit natus, sed postea mortuus ante aditam, adhuc locus erit substitutioni: quo nomine si testator instituat fratrem suū, & si is se uiuo sine liberis moriatur, substituat Titium, si frater institutus etiam post mortem testatoris uixerit, sed ante aditam hereditatem sine liberis decesserit, adhuc locus erit substituto, exclusis hæredibus legitimis ab intestato. Et ita Raphaël in alio casu non dissimili per d. l. si. C. de insti. & subst. consuluisse dicitur. Quod autem diximus nolle & non posse alterum reduci ad alterum, contra hoc fortiter opponitur de l. pater Severinam, in prin. ff. de cond. & demon. ubi pater filie sue quam nō dum nubilis erat, legauit prædiū si Aelio Philippo nupserit, & si nō nupserit,

D 3 legauit idem



**D** legauit idem prædium Aelio: ista filia obiit anteq̄ esset uiri potens, & propterea nō nuplit quia non potuit, Aelius tamen legatū non consequitur: quia ista conditio: si non nupserit, intelligitur, si nolisset nubere, non autem, si non potuisset: & sic non dicitur noluisse filia quæ non potuit. Bart. in d. l. pater, putat legatum non nisi in pœnam filia nolentis nubere, translātū fuisse in Aelium: unde cū nubere nō potuerit, cessare penā etc. quā solutionē Socci, in d. l. i. col. xiiij. latius explicat, ut ibi patet. D. Crotus in c. Rai nutius, de testa. dicit, q̄ in d. l. pater, dicti casus non parificent propter præsumptā uoluntatē testatoris: q̄d & satis ex tex. colligit: ibi, in conditionibus testatoris: At hæc solutio in effectu nō discrepat a solutione Bar. & credo D. Crotū bene sensisse. Quod ergo dicit substitutionem vulgarem factam in casu expresse, comprehendere omnes alios sibi similes nō expressos, qui occurrere possent, tunc procedit cū subiectæ materiæ ratio talis est, ex qua præsumi possit, testatorem etiam casum non expressum prouisurū fuisse si de eo cogitasset. q̄d & las. in d. l. i. bene attigit, allegando l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posthu. uerū quia ea res late extendit, remitto me ad Doct. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, & quæ diffuse tradit Socci, in d. l. i. col. xiiij. cum seq.

Secundus effectus est, quod per vulgarem substitutionem de suo & necessario hærede sit uoluntarius. Nam iure nostro constat filium fa. a patre institutum, suū dici & necessarium. Ideo enim dicitur suus, quia domesticus: quasi ad proprium patrimonium ueniat, eius q̄ successio quadam continuatione paterni domini facta esse intelligat, Insti. de hære. quali. & diff. §. sui, cū. §. seq. & in l. in suis, de lib. & posthu. Necessarius autē ideo dicit, quia uelit nolit, erit hæres, etiā si repudiat hereditatem paternā: licet prætor ex humanitate ei beneficiū abstinendi dederit, si forte occasione hereditatis in dānum incidisset, l. necessarijs, de acquir. hered. sed nihilominus erit hæres de iure ciuili: quia prætor nō potest uel facere uel tollere hæredē, Insti. de bon. poss. §. quos aut. Ceterum si pater dederit filio fa. vulgarem substitutū, hoc est, si dicat: filiū Titium heredem instituo, & si nō sit hæres, substituo Catum: iam filio libertas dat repudiandi etiā de iure ciuili: Nec opus est beneficio prætoris, cū dando ei substitutū vulgarem pater, sustulit necessitatem succedendi. Quo casu factus est uoluntarius. An autem iuratis iura tollat substitutus vulgaris dubitari potest, Bar. in l. si filius heres, de lib. & posthu. tenuit etiā iura iuratis tolli, quod Doct. cōmuniter sequi dicunt. Socci, tamē in d. l. i. col. xix. dicit Bal. & quosdā modernos contrariū tenere: quod certe mihi uerius uidef. Nā iura iuratis in tribus præcipuis consistunt: tum quia domestici hæredes dicunt, tum q̄ primū gradum, & præcipuā causam succedendi habent, d. §. sui, cū. §. seq. Et porro q̄ uiuo patre quodam modo domini paternæ res existimant, d. l. in suis. Hęc tria iuratis iura quomodo ex vulgari substitutione intercidāt & elidant, non satis uideo. Verū hæc in præsentia latius nō discepto, qui in hac materia per cōpendia procedere, quantum licuit, proposui, maxime in his, quæ præteriri possunt.

**F** Tertius effectus, quo illa uerba, si hæres non erit, etiam eos comprehendunt, qui ex instituti hæredis persona succedunt. Quorū uerborum hæc est uirtus, si ne hi qui instituti fuere hæredes sint, nec alios hæredes faciant: tūc enim admittitur substitutus. At hi qui ex institutorum persona succedunt, in quadruplici sunt differentia. Aut em̄ seruus alienus institutus est, & is facit dominum hæredem: aut filius fa. instituit ab aliquo extraneo, & hæredem patrem facit: aut hæres institutus nō adita hereditate mortuus, transmittit ius deliberandi ad hæredes ipsius: aut ex delicto hæres indignus redditur, & facit fiscum hæredem. Primo casu, cum seruus alterius institutus est hæres, is hereditatem de facto adire potest, sed dominum facit hæredem. Nam seruus pro nihilo, quo ad ius ciuile, habetur, l. quod attinet. l. seruitutem, de regu. iur. Vnde licet de facto hereditatem adeat, sicut asinus sellam portat, dominum tamen facit iustum hæredem, id est, iuris successorum. Possit autem seruus nolle adire de facto, etiam si per dominum excarnificaretur, d. l. cum proponas, in fine. C. de hæredib. instituen. quo casu



quo casu domino noceretur. Cæterum si testator eum quem instituisset, nesciret esse  
 seruum, putar e liberum hominē, tunc cæteris paribus inter dominū & substitutum **A**  
 hæreditas diuideretur, l. si paterfa. in fi. de hæred. insti. uerum in seruatorū materia, me  
 nō diffundo, cum nostra Germania nesciat tales seruos. De monacho autē est quæstio  
 impeditior, an uidelicet monasterium hæreditatē monacho delatam adire possit sine  
 facto monachi, & an eo inuito. Socci, in d. l. i. col. xxvij. per sex col. tractat: At mei pro  
 positi non est, hoc fastidiosum & inutile pelagus concertationum inter canonistas &  
 legistas intrare: credo tamen quia monachus se & sua deo dedicauit, uouit q̄ obediē  
 entiam, quod super huiusmodi successiōibus nec uelle, nec nolle habeat, obstante  
 obedientia, fa. glo. in l. deo nobis, ad fi. in uerb. quasi legatum. C. de epi. & cle. cum  
 alijs iuribus per Doct. allegatis: & sic opi. canonistarū uerior mihi uidetur, quæ &  
 in nostra Germania consuetudine nōtissima seruatur, nisi ante ingressum monachi,  
 omnia sint per cognatos diligenter prouisa. Aequiparatio autem monachi, qua is ali  
 quando filio, aliquando seruo comparatur, mihi in præsentī materia non multū pro  
 batur, cum monachi tota conuersatio in tribus uotis & religione consistat, & ad mo  
 nasteriū omnis temporalis administratio pertineat. An autē substitutus vulgaris mo  
 nasterium excludat: non credo, quia aut filius iam ingressus instituitur, dato ei sub  
 stituto vulgari, & is casus est insolitus: constat em̄ monasterium haberi loco filij: aut **B**  
 ante ingressum substitutio vulgaris facta est, & adhuc non puto substituto locū esse,  
 cum ad monasteriū omne ius monachi sit totaliter deuolutū, nisi fortasse monasteriū  
 repudiaret. Quæ tamē res maiori explicatiōe per Doct. tractatur. Videri Socci, po  
 test l. i. col. xxxi. cum seq. & Politus in tractatu suo. Hoc tamē inuestigari posset, si mo  
 nachus fuisset uagabundus certos annos, & nesciret quo loco degeret, & interea hæ  
 reditas ei ab intestato, forte a matre, deferretur, an monasteriū adire posset, quibusdā  
 dicentibus eum ante delatam hæreditatē mortuum, alijs cōtrarium contendentibus.  
 Vidī sententiā ante. xxx. annos latam, per quā monasterio Carthusiensium facul  
 tas adeundi data est. Quæ sententiā post curriculum triginta annorū in controuersiā  
 ab agnatis deducta fuit, sed Carthusiani præscriptionis exceptione defensi sunt.

In secundo casu cum filijfa. hæredes instituuntur ab extraneo, non a patre, tunc  
 ex eorum persona olim de iure, ff. de acquir. hære. succedebant patres, ita, ut tota hæreditas eis  
 quæreretur, ut ne uno quidem momento apud filium institutum resideret, l. placet,  
 ff. de acquir. hære. hodie uero aliud est, humaniore iure utimur. Nam si filiusfa. ab ali  
 quo institutus hæreditatem adeat, proprietatis filij est, patri autem usus  
 fructus quæritur, l. si. in prin. C. de bo. que lib. uerum si filius hæreditatem adire re  
 cusaret, pater suo iure eam adire potest, d. l. fi. d. i. Quo loco quæritur, quod si filius **C**  
 ab aliquo institutus, haberet substitutum vulgarem, & adire recusaret, an substitutus  
 admittatur patre excluso, an pater, excluso substituto? Doct. uariant, glo. in d. l. fi.  
 d. i. tenet substitutū excludi propter patrem adire uolentem: quod & Bart. ibi sequi  
 tur: Cum enim ea uerba: si filius hæres non sit: ita intelligantur: si & alium hæredem  
 non faciat, non potest vulgari substitutioni locus esse, cum filius recusando, mox hæ  
 redem patrem faciat, ut & is pleno iure, & taliter admittatur, ac si ipse ab initio esset  
 hæres institutus, d. l. fi. d. simili modo, fa. regula, quæ per manus traditur, quamdiu  
 stitutioni est locus cessare substitutionem, l. quamdiu, de acquir. hære. Et hæc doctri  
 na cōmuniter tenetur. Politus contrarium tenet, uidelicet, quod patre excluso, sub  
 stitutus admittatur. Nam q̄ in d. simili modo, dicitur patrem admitti ac si ipse esset in  
 stitutus, intelligendum esse cum filius non habeat substitutum. Dato enim substituto  
 ea uerba non operari quod substitutus iudicium expressum habeat testatoris, & c.  
 iunctis quibusdam alijs. Quam opinionem Politus & quidam ex auditoribus  
 meis Theobaldus Bapst, & Theodoricus Hadstei, nunc Doctores insignes, &  
 in excutiendis nodis legalibus uiri spectati, in circulari congressu sunt secuti.

At uero



**D** At uero nos in hoc casu non prorsus expedito, cōmunem opinionem credimus esse sequendam, nisi fortasse talis cōditio esset substituti, de quo uerisimile foret quod testator eum prā dilexisset, tunc em̄ non negauerim patrem excludi: & ita Politus cōmunem opinionem limitat.

In tertio casu huius tertij effectus, ubi hāeres institutus hāredem facit transmissione, aduertendum est, q̄ quamuis hereditas nō adita regulariter ab alijs nō transmittatur, l. quoniā sororem. C. de iur. delib. l. i. §. in nouissimo. C. de cad. tol. tres tamen species (quantum ad prāsentiā satis est) excipiuntur, in quibus locum habet transmissio.

Prima est, in qua filij parentum suorū hereditatem non aditam, etiam clausis tabulis ad eorū propriam sobolem transmittunt, non autē ad alios cognatos de latere, l. unica. C. de hijs qui ante aper. tab. Et in ea specie, substituto vulgari prorsus nō est locus, ut bene sensit Bart. in d. l. i. de vulg. & est tex. in d. l. unica, quo casu hic effectus sine distinctione procedit, scilicet q̄ filius institutus sobolem suam transmittendo hāredem faciat, excluso substituto.

Secunda species transmissionis est, in l. apud hostes. C. de suis & legit. ibi patre apud hostes defuncto, si līa hāreditatē patris, nō aditam ratione suitatis, etiam ignosrans ad matrem transmisit, uel forte matre non extante ad alios ascendentes. Quo casu si filia institutē dedisset pater substitutum vulgarem, an substitutum vulgarem impediat transmissionem, pendet ab eo articulo, an per substitutum vulgarem tollantur iura suitatis, q̄ cōmuniter tenetur, ut supra diximus; unde stante veritate cōmunis opi. crediderim substitutum prāferri, in quod & Socci. inclināt, licet alio fine. Cāterum si teneamus iura suitatis non tolli, quod mihi probabilius uisum est, transmissio per substitutum nō impeditur. At quia hic casus per Doct. uarie diducitur, suā cuiq̄ sententiam dimitto.

Tertia species transmissionis est ex l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. ubi cautum est, quod si cui sit delata hāreditas, & is intra annum deliberandi moriatur, hereditate necdum adita, hoc ius deliberandi transmitti, ad quoscunq̄ hāredes ipsius intra dictum annū. Quo casu quæritur, si testator hāredi instituto vulgarem substitutum dedisset, & hāeres intra deliberationis annū moreretur, an successores hāredis defuncti iure transmissionis substitutum excludant; an uero substitutus eis prāferatur. Dubia est apud Doct. quæstio & in qua in ambas partes ualide pugnatur. Cōmunis opi. post Bar. tenet hāredes seu successores defuncti substituto prāferri. Nam ista uerba, si hāeres non erit, intelliguntur uel si alium hāredem ex persona sua nō faciat, d. l. si paterfa. de hāre. insti. & Insti. de vulg. substi. §. si. cum alijs per Bar. & Doct. allegatis. At in casu nostro hāeres qui ante aditā hāreditatem decessit, ius deliberandi ad proprios hāredes suos transmisit, & sic ex persona sua alios hāredes fecit d. l. cum antiquioribus, vnde substitutum merito excludit, quia quam diu est locus institutio ni, & c. d. l. quam diu, de acquir. hāre. Et pro cōmuni ista opi. tex. esse uidetur in d. l. unica. §. in nouissimo, iuncto. §. cum in superiori. C. de cad. tol. ubi cum imperator regulam poneret, scilicet hāreditatem nō aditam non transmitti, sed locum substituto esse uel fisco, excipit duos casus, unum in d. l. i. C. de his qui ante aper. tab. alium in d. l. cum antiquioribus, iunctis multis alijs fundamētis. Ex d. verso Ang. in l. cum proponas. C. de hāre. insti. hanc assertionem improbat, uolens q̄ in casu d. l. cum antiquioribus, si extaret substitutus, eum prāferri hāredibus transmissorijs. Quod & Salic. sequitur in d. l. cum antiquioribus, per multa bona fundamēta. Porro & Politus in tract. substi. uers. xcij. diffusē reprobāt opi. Bar. & D. Crotus in d. c. Rainucius, dicit opinionem contra Bar. esse in puncto iuris ueriores. Quæ opinio & mihi placet, maxime ea ratione, q̄ successores hāredis, qui hāreditate non agnita decesserāt, non ueniunt nec ex mente, nec ex proposito, nec ex uerbis testatoris, quin etiam nec ex mente legis



mente legis antiquæ, quæ est prohibitiua, quod hæreditas non adita non transmittatur, licet transmissio sit recepta de iure Codicis. At ediuerso substitutus habet mentem expressam testatoris, uocatur ex uerbis testatoris, unde is merito præfertur. Denique (ut corollam addam) finge stare hic substitutum vulgarem, & testamentum præferre, legere sese scriptum in testamento, alibi autem hæredes transmissorij compareant, sed nihil pro se habeant, nec uerba nec mentem testatoris, nisi quod a remotis argumentum sumitur ex d. l. si paterfa. de hære. insti. utri subscribes. secundum quem dabis litem: procul dubio secundum substitutum vulgarem. Nec porro dubitari potest, si is substitutus ex l. si. C. de edict. diui. Adri. toll. possessionem peteret, & prolato testamento sese prima figuram literarum substitutum ostenderet, quin cognatis, successionis uerba iactantibus, longe præferretur. Quæ una ratio licet a Doct. forte non tacta, hæc litem sine disceptatione dirimet. Et sic non obstat vulgaris ista doctrina, si hæres non sit uel hæredem alium non faciat, &c. quia adhuc disceptatur, an ea doctrina hic locum habeat. Propterea a dubijs argumenta sumere contra artem est, ut uoluit Bart. in l. in ambiguo, de reb. dub. Nec obstat. §. in nouissimo, iuncto. §. cum superiori. quia structura sermonis non patitur eam repetitionem, quæ per las. commenticie colligitur, quod legenti facile patet, ne nimis corrigatur ius antiquum quod transmissione prohibet, sed nec alia fundamenta per Bar. allegata eum tuentur, sicuti per Doct. no. B stræ opi. satis sunt sublata.

In quarto genere transmissionis, cum hæres indignus redditur, quia necem defuncti non uindicauit, an hæreditate necdum adita fisco locus sit, ita quod bona defuncti ad fiscum transmittantur, excluso substituto vulgari, Bart. putat excludi substitutum a fisco: allegat l. si sequens, in prin. l. cum fisco bona. ff. ad sille. l. in seruitutem. §. ei. ff. de bonis lib. l. recusare. §. si fisco, ad Trebell. quam doctrinam Socci. in d. l. i. col. xl. dicit esse communem. Sed Politus in tract. suo, uers. lxxij. eam improbat. Et mihi quoque opi. Bart. non placet: quomodo enim is, qui necdum hæreditatem adiit indignus hæres dici poterit, qui non sit hæres? arg. a parte in modo ad suum totum negatiue. Et quod per manus traditur non entis nullas esse qualitates, l. eius. ff. si cer. pet. cum vulg. Porro quid imputari poterit hæredi instituto, qui fortasse potius carere hæreditate uult, quam criminaliter accusare occisorem, cum magni periculi sit accusatio, & a quo deterrere Iurisconsultus uideatur in l. si cui, in prin. de accusa. qua ergo ratione is qui probato more pericula accusationis uitare pergit, ut indignus locum fisco faceret? Eo igitur hæreditatem repudiante, recte substituto locum facit, fisco excluso. Et non obstant iura per Bart. adducta. Nam l. si sequens, loquitur de hærede qui adiit, ut glo. ibidem intelligit. Nec obstat l. recusare. §. si fisco, imo nihil facit: nam uerbum uindicauerit ibi positum non importat uindictam, sed uendicationem qua bona uacantia uendicantur, ut in l. marcellus. §. si. ad fi. ibi, hæreditas fisco uendicata est, eo. tit. uerum Doct. uerb. uindicauerit salua uenia non intellexerunt, ut dixi latius in additionibus intellectu meorum: Nec obstat l. cum fisco bona caduca: quia cum uerb. caduci generale sit, possunt bona caduca intelligi etiam quæ a dominio heredis cadunt, ut est arg. in l. ij. §. si. ff. si quis aliquem test. prohi. & constar quicquid cadit caducum dici, ut per Politum recte deducitur. Verum tamē doctrina Bart. duobus casibus saluari potest: Tum si hæres institutus in fraudem fisci, & sic improbo more adire negligeret uel recusaret, quod & per Socci. animaduersum est: Tum etiam si testator dicatur a sua familia occisus: tunc enim ante haberi quæstio, suppliciumque de seruis sumi oportet quam hæreditas adeatur, l. necessarios. §. non alias, ad Silla. l. si quis in grau. uescente. §. non tantum. ff. eo. tit.

Quartus effectus partim suum hæredem, partim minorem respicit, qui si etiam hæreditatem repudiant, tamen ex poenitentia reponi possunt. Videamus primo de suo hærede: is siue sit maior natu siue minor, si repudiat hæreditatem, poenitere intra

E tempora



tempora per legem præstituta potest, & hæreditatem acceptare, l. fi. C. de repud. hære. quod sine dubio procedit si non habeat substitutum vulgarem: Sin uero substitutum habeat, in hoc dubitari posset, quia si aliquorum Doct. opinio procederet, qui uolunt iura suitatis tolli per substitutum vulgare, hæres beneficio d. l. fi. destitueretur, quæ solum loquitur de suo, ut dicit Politus. Verum quia nonnulli contra tenent, uidelicet, iura suitatis non tolli, id quod & nos supra secuti sumus (Quomodo enim suitatis iura quæ ex origine naturæ radicanur per aduenticiam substitutionem vulgarem tolli possent? cum constet naturam potius, quæ alicuius emergentis qualitatis casum esse spectandum, glo. in l. uendicatio, ff. de rei uend) quapropter putamus suum hæredem adiunctione substituti vulgaris, beneficio d. l. fi. non destitui. Sed dato quod diuersa opi. procedat, quam tamen non puto tutam, adhuc crederem filium fa. d. l. fi. beneficio uti posse: Nam sufficit quod uel radix suitatis reluceat. Sic enim alibi Iurisconsultus filios hæredes suos nominat, licet sint instituti sub conditione si uoluerint, ut in l. iam dubitari, in principio, de hære. insti. quam ad hoc ponderauit uir doctus Politus uers. xxxvij. De minore uero, xxv. annis qui habet substitutum vulgarem, satis constat, etiam si non esset suus hæres, sed extraneus, si tamen repudiando hæreditatem læsus esset, in integrum restitui posse ex communi beneficio minorum: habet tamen post tempora restitutionis, quæ sunt quatuor anni, adhuc tres annos, in quibus ei hoc beneficium competit, d. l. fi. paulo' ante fi. C. de repud. hære. & fa. d. l. necessarijs, ad fi. de acquir. hære. l. quod si minor. §. scæuola, ff. de mino. Hoc autem certum est, quod licet suus & minor facultatem habeant repudiandi & iterum poenitendi, ea tamen facultas substitutum vulgarem non impedit, quin mox quæ repudiarunt hæreditatem ex substitutione adire possit. Nec attenditur ea facultas, uidelicet poenitere posse, ut quæ sit ex beneficio speciali, quod non consideratur, arg. in l. iij. §. i. ff. de fideicom. lib. quod Bart. hic bene attigit: unde talia substituta, qui iure communi uenit, non morantur. Quod autem diximus suum & minorem repudiatam hæreditatem resumere posse, uerum est, si omnia adhuc integra essent, & hæreditas in suo statu duraret, per d. l. fi. Sin uero res non esset integra, si aliqua bona hæreditaria alienata essent, uel alias substitutus hæreditatem a suo statu commutasset, tunc minor extraneus, qui non esset suus, non posset repellere substitutum, per d. l. quod si minor. §. scæuola, secundum intellectum Politii: similiter & suus qui esset maior, eo casu non audiret, d. l. fi. post prin. Caterum si filius fa. & suus esset & minor, tunc non obstante, quod res non esset integra, & quod per substitutum aliqua essent alienata, is substitutus nihilominus cedere cogeretur, per d. l. fi. in fi. Quo casu decisio Scæuolæ in d. §. scæuola, locum non haberet: quæ est notabilis concordia Politii ad dicta duo iura, quæ alias inter sese differerent.

Quintus effectus, quem Bar. in suo ordine pro secundo ponit, nempe quod testamentum vires a secundo gradu, id est, a vulgari accipiat, Bart. distinguit, ut ibi per eum: nos quatenus ad præsentem tractatum sufficere credimus, per duas conclusiones resoluiamus. Prima conclusio: si in testatore defectus fuit in præteritione uel exheredatione, uidelicet, quod præteriuit vel exheredauit filium, tunc testamentum cadit, nec instauratur a secundo gradu: cum enim eo casu exhereditus uel præteritus, iura sua contra testamentum tueri possit, nullus locus esse poterit substituto, l. nam si sub conditione, in fi. ff. de iniust. & rup. testa. Secunda conclusio: si defectus sit in primo gradu, qui non afficiat substitutionem vulgarem, tunc cessante primo gradu, testamentum vires a secundo, nempe a substitutione accipiet: cuius plura possunt recenseri exempla, ut si institutus sit incapax, l. nam si miles, de iniust. test. l. i. C. de hære. insti. uel si seruus in fraudem creditoris institutus esse præsumatur, l. si is qui soluendo, ff. eo. tit. uel si alias institutus non posset aut non uellet adire, his & similibus casibus locus erit substituto vulgari, nisi aliqua transmissionis specie impediretur. hæc habentur in d.



bentur in d. l. cum proponas. C. de hære. insti. l. quamdiu. iij. de acquir. hære. cum A  
 concor. ibi per glo. Et habent prædicta locum quo ad substitutionem vulgarem ex-  
 pressam. Quid autem de tacita vulgari quæ continetur in expressa pupillari? An  
 testamentum patris pupillo ante aditam hæreditatem mortuo, vires sumat a tacita vul-  
 gari? Bart. in d. secundo effectu sui ordinis, post recitationem opinionum duos vi-  
 detur complecti casus: unum si pupillus post mortem patris hæreditatem eius non adie-  
 rit, Alterum si pupillus uiuo patre decesserit. In primo casu concludit testamentum  
 hæreditate non adita, ex tacita vulgari vires assumere posse, atque ita substituto locum  
 esse: quæ assertio quantum ex Doct. comperi non admodum controuertitur, licet super  
 iuribus per eum allegatis quidam mordeant. In altero casu, cum pupillus uiuo tes-  
 tatore moritur, Bart. distinguit, quia aut statim post pupillum decesserat pater, ita quod  
 ei tempus mutandi testamentum non suppetebat, & substituto ex tacita vulgari locum  
 esse: aut diu post decessit: quo casu, quia testamentum mutare poterat & non fecit, sub-  
 stituto ex tacita vulgari non esse locum, per l. tractabatur, de mil. testa. l. iij. C. de in-  
 off. testa. Cæterum Doct. post Bart. usque adeo variant, ut facilius fuerit Nisi fontes  
 inuenire, quæ eius nodi exitum consequi, Alex. & Ias. multa volunt, Socci. in d. l. i.  
 col. 50. cum. xij. seq. hanc materiam recitando, probando, & improbando Doct. im-  
 peditissimam reddit: At cum mei propositi non sit impetuosis istis procellis fatigari, B  
 puto, saluo peritorum iudicio, concludendum esse, quod siue pupillus moriatur in uita  
 patris testatoris, siue post eius mortem, hæreditate non adita, substitutum ex tacita  
 vulgari sine distinctione admitti. Moueor ratione non improbabili: cum enim taci-  
 ta vulgari sub expressa pupillari, non uirtute uerborum (alias enim uiciato expres-  
 so uiciaretur tacitum) sed legis potestate, legis præsumptione, etiam contra uerba pu-  
 pillaria ueniat, debet in casibus supra dictis dicta tacita vulgari sine distinctione ulla  
 potenter operari, cum lex parem habere videatur casum super tacita vulgari præsu-  
 mendi tunc loco sicut alio. Nec obstat quod dicitur, hæreditate non adita tabulas con-  
 cidere pupillares, l. ij. de vulg. l. eam quam, ibi glo. cum concor. C. de fideicom. l. quod  
 si filius, de capti, quia hoc uerum est quo ad tabulas pupillares, & in eis descripta, ta-  
 men quo ad tacitam vulgarem quæ (ut dixi) legis potestate uenit, ea regula non pro-  
 cedit: quod est notandum. Denique cum substitutus ex tacita vulgari testatori succedit,  
 nemo iuste dicet testamentum non esse aditum. Quibus consequenter tenendum est,  
 cum qui uentri pupillariter substitutus est, posthumo non nato, ex tacita vulgari pos-  
 se succedere, id quod Ias. loco prædicto tenuit per l. qui uentri, & ibi glo. de vent. in-  
 spi. cum si. allegando Alber. in repeti. sua, qui dicit se uidisse ita obseruari, Alia per  
 Bart. & Doct. hic tractata dimitto: transiri enim poterant.

Sextus effectus est, quod in expressa vulgari ex præsumpta mente testatoris, con- C  
 tineatur tacita pupillaris, l. iam hoc iure, in prin. ff. de vulg. ubi hoc est expressum.  
 Nam cum testator filium suum impuberem instituit hæredem, & si non sit hæres, Caium  
 substituit, ista est vulgari expressa: certe si pupillus efficeretur hæres, sed intra pupil-  
 larem ætatem decederet, iam nihilominus substitutus succedet, ex tacita, vel potius  
 ex præsumpta substitutione pupillari. Et si dicas quomodo in his uerbis, si hæres non  
 erit, possint intelligi contradictoria, scilicet si heres erit & moriatur intra ætatem, &c.  
 quomodo poterit alterum contradictorium venire sub altero? Dicite hoc totum con-  
 sistere in præsumptione iuris: id quod Crotus & Politus sapius repetunt, ius enim  
 præsumit, si testator cogitasset hunc casum, nempe quod impubes intra ætatem pu-  
 pillarem decederet, uerisimile esse quod & eo casu prouidisset: quapropter lex eum cas-  
 sum tacite pupillaris perinde recipit ac si prouisus esset. Et licet vulgo nominetur ta-  
 cita pupillaris, præsumptam tamen uerius nominabis, ut supra latius docuimus. Et  
 sic substitutus vulgari succedet ex tacita pupillari, exclusis legitimis hæredibus.  
 Hæc doctrina limitatur primo, si mater sit in medio, id est, si pupillus relinquit ma-



trem: tunc enim tacita pupillaris contra matrem non operatur, siue quod in expressa vulgari hoc loco non continetur (quod voluit glossa in l. centurio, ff. de vulg.) siue continetur, effectum tamen non habet contra matrem, ut glo. in l. precibus, C. de impub. & alijs substi. quæ est communis opinio. Et huius limitationis ratio est, quia cum tacita pupillaris in vulgari insit iuris præsumptione (ut sæpe dixi) ista præsumptio cessat favore matris, ne ipsa a luctuosa hæreditate filij pupilli excludatur: de quo in seq. cap. latius.

Secundo fallit, si testator in substitutione vulgari utatur uerbo taxatiuo, tantum, vel duntaxat, ut si dicat: instituo filium meum impuberem, & in eo tantum casu quo hæres non erit, vel si tantum hæres non erit, substituo Caium, tunc pupillaris non continetur, quia cessat præsumptio, fa. l. iam hoc iure, in fi. de vulg. & est communis doctrina Doctorum licet D. Crotus hic contra communem citatur, sed nulla iusta ratione.

Tertio fallit, cum ex alijs coniecturis apparuerit testatoris voluntatem refragari, ita quod præsumi possit testatorem, noluisse includi tacitam pupillarem: quia tunc non includitur. Soccinus allegat l. in testamento, in fi. C. de testamen. milita. Cum enim tota hæc res in præsumpta (ut sæpe diximus) uoluntate testatoris quiescat, d. l. iam hoc iure, merito coniecturis stabitur, ut exempli gratia: si testator instituto pupillo dicet, si hæres non erit, substituo Caium, ne testamentum meum reddatur caducum, hic est coniectura quod nolit includere pupillarem, qui hoc solummodo prouidit ut ex testamento paterno hæreditas adiretur. Et est aliud exemplum: si testator duos haberet impuberes filios, alteri vulgariter substitueret, si hæres non erit: alteri pupillariter si hæres erit, & in pupillari moriatur, quia tunc coniectura est quod in vulg. substitutione alteri facta non includatur pupillaris, cui coniectura stabitur, ut per Socci, d. l. i. col. lxx. Debet autem de voluntate testatoris euidentijs coniecturis apparere, & in eo sufficerent duo testes ut Socci, & Crotus uoluerunt, arg. l. hæres des palam, §. sed si notam, ff. de testa.

Quarto fallit, si testator utrumque casum prouidisset, ut si pater filium instituatur, & si hæres non erit, substituat Caium: si vero hæres erit, & intra ætatem pupillarem moriatur, Flaccum substituat: hic cum in quemlibet casum proprius detur substitutus, merito alter casus in altero non continebitur, d. l. iam hoc iure, vers. hoc itaq.

Quinto limitatur si substitutio facta sit disparibus filijs, quorum alter sit pubes, tunc si substituat vulgariter, si hæres filij non erunt, tacita pupillaris ibi non continebitur: quia cum in filio pubere contineri & verificari non possit, recte etiam nec impubere continebitur: ea enim determinatio, scilicet, si hæres non erunt, utrumque casum debet æqualiter determinare, quia inæqualitas & lege & moribus sit odiosa: & ita procedit l. quamuis, C. de impub. & alijs substi. ubi pater filium impuberem, & uxorem instituerat, & si hæres non essent, substituit Caium, certe cum in uxore tacita pupillaris locum habere non possit, nec impubere, si intra pupillaria moriatur, locum habebit, & excludetur substitutus. Quod & in breuiloqua procedit, cum duobus filijs impari ætate substitutis, testator eos inuicem substituat, per d. l. iam hoc iure, vers. quod ius. Caterum si separatim cuilibet vulgariter substituat, ut institutis filio & uxore uel extraneo testator, si filius impubes hæres non erit, Flaccum substituat: & si uxor uel extraneus hæres non erit, eundem Flaccum uel alium substituat, hic in filij persona locum habebit duplex substitutio, in altero autem hærede tantum una, scilicet vulgaris, propter separatam prouisionem: quæ est communis opinio contra Ultramontanos, ut late tradit Soccinus d. l. i. columna, lxxij.

Ultimus effectus, cum alias per substitutionem vulgarem expressam testatori succedi soleat, communi doctrina receptum est, si pater impuberi filio hæredi institute vulgariter substituisse, & is impubes, hæres patri non esset, & postea in pupillari succederet, quod



ret, quod substitutus ex vulgari expressa, bona testatoris accipiet, & ex tacita pupillari postea in bonis pupilli succederet, & ita Bart. in suo quarto effectu post recitatas op. tenuit. Et fa. l. ij. §. si. in vers. sed & si quis ita, de vulg. ubi dicitur: si filius hæres nō extiterit, procul dubio Seius ei hæres erit, intelligendum est, ei scilicet patri, de quo paulo ante fecerat mentionem: licet nonnulli Doct. ad filium nō bene referant, cum de filij successione testator ibidem specialiter prouiderat, nempe si filius intra ætatem moriatur, Seium pupillo hæredem futurū: & hæc est veritas. Porro & ex tacita vulgari testatori succeditur, ut si instituto filio, pater substituatur pupillariter: Nam si is filius non sit hæres, substitutus bona testatoris ex tacita (vt diximus) vulgari accipiet: & si is filius postea intra pupillaria moriatur, bona etiam pupilli ad substitutum peruenient. Quod & locum habet si pater & pupillus simul morerentur, quia substitutus utraq; bona habebit, sed diuerso genere succedendi secundum Bart. quia (ut diximus) bona testatoris habebit ex vulgari, bona vero pupilli ex pupillari. Quid autem si pupillus non esset hæres, & intra pupillaria moreretur, mater tamen pupilli viueret, an substitutus ex tacita vulgari matri præferatur: dic præferri in bonis patris, cum per vulgarem succedatur testatori, cui vxor succedere non potest, per glos. in d. l. si. in fi. & ibi las. post Doct. C. de insti. & substi. At vero in bonis pupilli mater præferetur in successione filij, ut videtur voluisse las. d. l. si. & habet rationem. Caterum si testatoris mater viueret, ista excluderet substitutum, etiam in bonis testatoris: non enim præsumitur quod testator matrem suam successione ei legitime debita priuare voluerit, ita Bart. in hac materia. Sed quæro, si pupillus moriatur viuo patre, an & quomodo substitutus admittatur: Puto eum admitti ad bona testatoris ex tacita vulgari, a qua testamentum vires accipit, ut supra tenuit: nisi fortasse mater testatoris esset in medio, quod etiam supra declarauit. Sed in bonis pupilli non succedet, cum expressus sit tex. in d. l. quod si filius, q̄ eo casu nihil sit quod de tabulis pupillaribus tractari possit: igitur cognati ab intestato succedēt pupillo. Quod & las. in d. l. i. col. xvi. sequitur, & ut ex uerbis ipsius colligo etiam Areti, hoc sensit: quam puto esse veritatem in istis spinosis locis, in quibus Doct. satis fatigantur.

Tandem pro complemento effectuum addimus, quod quamuis substitutus cum instituto non concurrat, l. quamdiu, de acquir. hære. Si tamen filius esset hæres institutus a patre, dato ei vulgari substituto, is filius legitimam suam acceptare libere potest, & repudiare cætera bona patris: quod maxime verum est, si bona patris essent grauata legatis vel ære alieno. Ita sensit Bartolus in suo primo effectu ad fi. qui allegat, l. si libertus patrono, vers. quid ergo, de bo. lib. & voluit hoc in fortioribus terminis Ludouicus Romanus d. l. i. prout eum allegat Socinus, qui in d. l. i. columna. xli. cum decem colum. sequentibus hunc præsentem casum & alios latissime tractat. Nos vero quibus proposita est breuitas, ad extralimitanea non diffundimur.

Nunc veniendo ad quintum membrum huius capituli, quæ substitutionem vulgarem impediunt, ut quomodo extinguatur. Bartolus in d. l. i. per aliquas dubitationes procedit. Nos dimissis quæ dimitti poterant, ponimus conclusiones hic subsequentes.

Prima, substitutio vulgari, post aditam hæreditatem extinguatur, l. post aditam. C. eo. tit. Nam cum testator instituit Titium, & si hæres non erit, substituit Sempronio, recte consequitur, si hæres sit Titius cessare iam substitutionem vulgarem, tanq̄ conditione defecta, scilicet si Titius hæres non erit. Quam conclusionem primo ampliate, etiam si essent plures gradus substitutionū: ut si testator instituat Titium, si Titius hæres nō erit, instituat Caium, si Caius hæres nō erit, tertio loco instituat Florū, & ita deinceps. Certe primo existente hærede, oēs aliæ substitutiones vulgares cessabunt, ut quæ uno dictum est, etiam in pluribus sequentibus decidat, arg. l. si finita. §. cū plures



**D** supra de dam. infect. Bart. allegat l. cum in testamento. ff. de hære. insti. quæ modicū faciunt. Secundo ampliate, etiam si heres per bonorū possessionem adiret hæreditatē: nam nihilominus expirauit vulgaris substitutio: Et ediuerso, si heres renunciaret bonorū possessioni, sed adiret de iure civili, semper expirauit substitutio vulgaris. Quod autē possit ita heres renunciare uni remedio refertur altero, tex. est in l. puberem, cum l. seq. C. de iur. delib. quia cum habet aliquis duplex remedium, unius renunciatione nō relinquitur alterum, l. si filij. ij. ad fi. ff. de bon. lib. & est bonus tex. in l. si domus. ff. de ser. urb. præd. Hæc conclusio sic ampliata, potest limitari: quia primo non procedit si hæres sit negligens in exequenda uoluntate defuncti, dato enim quod heres iam adierit, acceptarit hæreditatem, si tamen intra anulum non exequitur uoluntatem testatoris, tunc per legem priuatur hæreditate, quo casu locus erit substituto vulgari, dū caueat de exequenda uoluntate testatoris, autem, hoc amplius. C. de fidei cō. & fa. c. licet, de uo. & uo. redempt. Ratio est, quia quem lex priuat, is intelligitur nunquam habuisse remedium, gloss. notab. in l. in substitutione. ff. de uulg. Secundo limitate, si heres aduersus aditionem sit restitutus beneficio prætoris: potest enim hæres minor natus, si hæreditatem temere adierit, per prætorem restitui ut abstineat, l. & si sine. §. sed quod Papinianus. ff. de minor. Hoc loco re dicitur uulgaris substitutio, datur substituto locus postquam minor abstinuerit, d. l. & si sine. fa. in argumentum quæ habentur in l. ij. §. interdum, ad fi. ff. de uulg. ubi restitutio contra repudiantem confirmat secundas tabulas. Sic ediuerso restitutio contra aditionem, debet etiam confirmare uulgarem, & licet is qui cōtra aditionem restitutus est, hæres remaneat iuris intellectu, substitutus tamen erit hæres cum effectu, cum utilitate, d. §. interdum, in fi. & sic diuersis respectibus ambo hæredes esse possunt.

Tertio limitate, si plures sint instituti hæredes, & eis datus sit substitutus, tunc uno ex hæredibus aduente, propterea non expirat vulgaris substitutio in alijs hæredibus non aduentibus, ut est arg. in l. ex duobus. §. filium. ff. de uulg. Sed hoc habet temperamentum, quia Doctores hic conflagunt: Nam refert quomodo sit facta plurium hæredum institutio, & substitutio vulgaris. Si enim pluribus hæredibus institutis Titio & Meuiō & Cicerone, testator substituat specialiter Flaccum Titio, Meuiō Florum, Ciceroni Quietum, ita quod separatim unicuique hæredū substituatur, hoc loco uera est limitatio quam supra dixi: Nam ex separatis nihil infertur, quod enim Titio aduente expirat substitutio ei facta, hoc non nocet nec substituto Meuij, nec substituto tertij hæredis, si ipsi seorsim sunt instituti, quilibet suo hæredi. fa. quod dicitur substitutum præferri coniuncto, l. i. §. pro secundo. C. de cad. toll. nisi ex uerbis alia uoluntas testatoris appareret, ut in l. quidam testamento. ff. de uulg. At si substitutio fuerat facta copulatiue, siue per copulam positiuam siue negatiuam, uel etiam per numerū pluralem, tunc non procederet nostra limitatio: quia tunc necesse est quod omnes hæredes omittant antequam locus sit substituto. Exemplum: testator instituit Titium, Marcium & Caium, & si hæredes non erunt, substituit Florum: hic necesse est quod omnes hæredes deficiant, anteq̄ expiret vulgaris. Habetis arg. in l. si hæredi plures. ff. de cond. insti. quia ad ueritatem copulatiuæ requiritur concursus partiū, sic etiam si sit negatiua copula, ut cum testator instituit Titium, Sempronium & Caium, & si neq̄ Titius neq̄ Sempro, neq̄ Caius hæredes fuerint, substituit Flaccus, hic necesse est, q̄ omnes hæredes deficiant ut vulgaris substitutio intercidat, d. l. quis. C. de impub. & alijs substit. & est arg. in l. si quis ita stipulatus fuerit, ad fi. Vbi cum aliquid promittitur sub conditione, si neq̄ Titius consul factus sit, neq̄ nauis ex Asia uenerit, necesse est utrunque venire. Bart. allegat l. ex filio. §. fi. & l. cohæredi. §. cohæres. ff. de uulg. quæ iura modicum faciunt. Verū hæc materia infra in ultimo cap. in miscellaneis circa plures personas institutas & substitutas latius tractabitur.

Secunda cōclu. si pater filio impuberi substituatur eū p̄finitioe t̄pis pupillaris, aduentu p̄pubertate, sicuti



sicuti pupillaris expirat, l. in pupillari. ff. de vulg. ita & tacita vulgaris extinguitur: hoc enim pater, qui ad pupillare tempus se astringit, voluisse præsumitur. Idem si breuius **A** tempus præstitisset, l. si ita quis, de vulg. Sin uero pupillo substituatur sine temporis præfinitione, tunc adueniente pubertate, licet pupillaris extingatur, tamen tacita vulgaris, potestate legis præsumpta, manet, l. si. C. de hæ. insti. Et per hoc conciliantur glos. in l. lex cornelia, de vulg. & Doct. per Bart. recitati in d. l. i. ad fi. in materia vulgaris: quæ ad hoc iura allegat, declaro pro iunioribus: si pater instituto filio impubere, ei, si intra tempus pupillare uel intra decem annos moriatur, substituatur Gaius, iam finito tempore, non solû pupillaris, sed & tacita vulgaris concidit: Sin uero pater filio impubere instituto, substituatur Gaius, quando cuncq; filius moriatur, is si hæres non sit, & decesserit etiã post tempora pubertatis, tacita vulgaris substituto suffragabitur, quo ad bona testatoris, licet pupillaris substitutio post tempus pubertatis, quo ad bona pupilli, euauerit. Atq; ita uiciato expresso, non uiciatur tacitû, ut per Guil. de Cu. quem Bart. & Doct. in d. l. i. ad fi. sequuntur, & est cõmunis opi. reprobata, glos. insti. eo. §. extraneo. An aut̃ existentia sui tatis substitutionem uulgarem impediatur: Bart. putat impediri, si testator ex necessitate filium suû, & ex eo nepotem nasciturû, uel natum iuxta consilium Galli, & legis Velleiæ instituat, & nepoti substitutû dederit: certe si patre mortuo, uterq; filius & nepos repudiant, substituto nõ esse locum iure sui tatis in hoc uel illo substitutionem impediente, glos. in l. si mater. §. i. de vulg. Ceterum si suo hæredi, uoluntarie & erga necessitatem Galli & legis Velleiæ detur substitutus vulgaris, in eo non impediri iura sui tatis, quin filio non aduente, locus sit substituto. Quæ tamen longius non tracto: eam enim substitutionem Marius Salomonius, uir doctrinæ consummatissime, in pulcherrimis illis paradoxis suis, aquilianam & non uulgarem nominari oportere putat, ut adeo extra propositû meum sit ea operosius tractare, quæ omittipotuerant: præsertim cum dictus præstantiss. uir in huiusmodi materia nihil non & uere & eleganter tractarit.

Habes tandem casum ab alijs non tractatum, ubi substitutio finitur: Nempe, si substitutus in causa fuerit, ut institutus hæreditate non adita decedat, tunc enim is substitutus ab hæreditate repellitur. Bart. in l. si ab hostibus. §. si uir. ff. Sol. mat. fa. in arg. l. si quis affirmauerit. §. i. & seq. ff. de dol. ma.

CAP. 2. DE PUPILLARI.



**N**unc ergo cum dei ope accedamus ad secundû cap. quod tractabit pupillarem substitutionem. In hoc capite elucidabimus septem membra **C** principalia per ordinem. Primo quid sit substitutio pupillaris, & quare ita dicatur: Deinde quod duplex sit: Tertio loco quibus uerbis fiat: Quarto, quo iure sit introducta, & ob quã causam: Quinto, quæ requirantur ad istã substitutionem: Sexto, qui sint effectus: & tandem quando expirat, quando finiatur.

Ad primum breuiter uenientes: substitutio pupillaris est, quæ a patre filio pupillo fit, ut ei intra pupillaria mortuo succedi possit. Et ideo dicitur pupillaris, quod non nisi pupillo fiat. Hæc est definitio legalis, non logica: quia omnis definitio est periculosa, l. omnis, infra de reg. iuris.

Secundû membrum uestigatio satis cognoscitur ex his quæ in materia vulg. substitutionis diximus. Nam sicut vulg. ita & pupillaris est duplex: expressa & tacita. Expressa fit uerbis expressis, siue in genere, siue in specie. In genere, ut cû dicit testator, uos inuicem substituo. In specie, ut cum utimur uerbis idoneis, quæ mox dicã. Tacita pupillaris est, quæ in expressa vulg. cõtinetur, nõ ex uerbis, sed legis potestate præsumentis talẽ esse uoluntatẽ testatoris. Nam cû pater filiû pupillû instituit, & si hæres nõ erit, substituit Flaccum, hæc est expressa vulgaris. Certe si iste pupillus hæres fieret, sed intra



**D** sed intra pupillaria moreret, substitutus etiam hoc casu ex tacita pupillari admittitur: quia si testator eum casum prouiderat quo filius hæres non esset, præsumitur etiã aliũ casum, scilicet, si hæres erit, & intra pupillarem moriatur, si de eo cogitasset, prouidere uoluisse. Hęc dicit tacita pupillaris, ex tacita mēte testatoris p legis potestātē inducta.

In tertio membro, quibus uerbis substitutio pupillaris explicet, nouisse conueniet ex sententia Bar. in l. ij. de vulg. ea uerba esse recepta, si testator filium suũ impuberem instituat, & si hæres esset, & intra pupillarem ætatem decederet, Flaccum substituat. Quam formam tradit Bar. loco præallegato, uolens priora uerba eius substitutionis esse positiua uel affirmatiua, scilicet, si hæres erit. At posteriora uerba ad pupillum relata, esse negatiua aut priuatiua, facientia mentionem mortis pupilli. Verũ q̄ Bar. priora uerba dicit semper esse affirmatiua, non puto esse uerũ, ut ex tex. Insti. in tit. de pup. substi. circa prin. patet, ubi per Imperatorem talis forma tradit, ut testator instituat filium impuberem, & si hæres non erit, uel si hæres erit, & intra pupillaria moriat, substituat Caium. Proinde Bar. doctrina hoc loco non est integra, scilicet quod testator priora uerba non semper affirmatiue, sed & per adiunctam negatiuam, si hæres non erit, uel si hæres erit, pronunciet. Hoc tamen bene docet Bar. q̄ ista uerba: si hæres erit: nõ sint necessaria in substi. pup. potest enim testator ita substituere, q̄ instituat filiũ impuberem, & si intra pupillaria moriat, substituat Caium, hic non fit mentio uerborũ, si hæres erit. Quod aut̄ ea uerba non sint necessaria, ex hoc liquido cognoscit, q̄ olim ex hæredato impuberi poterat substitui pupillariter, ut d. l. ij. post prin. Alia aut̄ posteriora uerba, si pupillus decesserit, semper sunt necessaria ut expriman̄ in genere, uel in specie. Vnde pro regula seruabis: Vbi cunq; sit in substitutionibus mentio pupillaris ætatis, eã substitutionem esse pupillarem, quibus cunq; uerbis tandem hoc fiat: nisi forte ex sententia Bal. in l. precibus, C. eo, pupilli mentio non dispositiue, sed demonstratiue fieret; ut si testator dicat: substituo filio meo impuberi Seium, hic enim non necessario colligimus substitutionem pupillarem, cum sit demonstratio quædam, quæ sæpe penumero nihil operatur; ut tradit in l. demonstratio falsa, ff. de cond. & demon. Cæterũ quia huiusmodi demonstrationes aliquando disponunt, materia subiecta inspicienda est, ut cognoscat quid ea demonstratio operet, qua filio impuberi substituitur. Certũ enim est ea uerba etiã dispositiue intelligi, & substitutionẽ pupillare importare: ut in l. qui liberis, d. hæc uerba, ff. de vulg. & pup. ubi testator simpliciter substituit filio suo impuberi, & tamen pupillaris substitutio intelligitur. At hoc, ut iam diximus, materia subiecta docebit: ut ita Alex. satisficiamus, qui doctrinam Bal. impugnat. Vos aut̄ isthęc ambigua fugite, & q̄ clarissime potestis, uerba substitutionũ ponite, ne in uoluntatis quæstionem, & in controuersiam uestra testamenta incidant. Vt igitur reuertamur unde digressi sumus, priora uerba ad institutũ relata sub disiunctiua, si hæres nõ erit, uel si hæres erit, explicari possunt. Quod si simpliciter sine disiunctiua proferantur, ut si testator filium impuberem instituat, & si sit hæres, & intra pupillaria moriatur, Caium substituat, Politus putat filiũ esse indignum si recuset, & propterea, substituto, deficiente conditione, non esse locum. Sed communis opi. Bar. & Doct. tenet substituto locũ esse, etiã si filius repudiet, per l. Iulianus, de acquir. hære. l. pater, de priu. cred. quæ iura licet euadi posse uideant, tamen uera est opinio cõmunis. Siquidem in substitutionibus latissima interpretatio est facienda, ut eis faueat, l. si. C. de insti. & substi. & in d. l. gallus, d. & quid si tantũ. Quo loco non est absurdum, q̄ sub ista conditione, si hæres erit, quæ est expressa, intelligatur tacita conditio, si hæres non erit, ut casus expressus ad non expressum extendat, d. d. & quid si tantũ. Possunt etiam alia uerba usurpari in hac substitutione, uidelicet, si testator instituat filium impuberem, & si intra tutelam moriatur, uel si moriat ante q̄ in suam tutelam ueniat, substituat Caium; his uerbis recte dicitur explicata substitutio, Insti. de pup. post prin. Tunc aut̄ dicitur in suam tutelam uenisse, cum est factus quatuordecim annorũ: ita Iurisconsultus in l. cum



in l. cum filio, in prin. ff. de leg. iij. Potest & ita substitui: filio meo substituo, cum erit le-  
 gitimæ ætatis, vel mature ætatis, vel iuste, & si quæ sunt similia: At quia ista uerba sunt  
 dubia, nõ consulo ea usurpari. Exigunt em̄ declarationem voluntatis testatoris quid  
 fenserit, cum varie intelligantur: ut pulchre Iuriscõ. in d. l. cum filio, per totam legem.  
 Solet etiã substitutio pupillaris per uerba relatoria explicari, ut si testator instituat du-  
 os uel tres cum filio, & deinde dicat, quisquis mihi hæres erit, sit & filio impuberi hæ-  
 res: quæ uerba habent hanc uim, ut non alijs intelligantur substituti, q̄ qui scripti sunt  
 in testamento. Vnde si extraneus aliquis filiusfa. uel seruus institueret cum alijs hæ-  
 redibus à testatore (quo casu patri uel dño acquireretur hæreditas) isti, pater & dñs  
 non admitterentur ad bona pupilli, si intra pupillaria moreretur, quia nõ sunt scripti  
 in testamento, nõ ueniunt iudicio testatoris, ut dicit Politus, sed potestate iuris, sicut  
 nec hæres heredis ueniret ad bona pupilli, ut qui nõ sit scriptus in testamento. Secun-  
 do operantur hæc uerba quod eadem partes in substitutione accipient substituti in  
 bonis pupillaribus, quas acceperunt in institutione in bonis testatoris: unde si aliquis  
 sit institutus in quarta, & substitutus pupillo per ista uerba relatoria, is etiã qua-  
 drantem accipiet in bonis pupilli, d. l. qui liberis. q. hæc uerba, ff. eo. Potestis etiam hic  
 aduertere cõtra opinionem Bal. in præcibus: cum dicitur, substituo filio meo pupil-  
 lo, quasi ista uerba demonstratiue intelligantur, ut supra dixi. Nam contra hanc opi-  
 nionem pugnat tex. in d. q. hæc uerba, cum dicitur quisquis mihi hæres est, sit hæres  
 filij mei impuberis, ubi qualitas impuberis non demonstratiue, sed dispositiue ponit-  
 tur. Sed hoc ex materia subiecta colligitur.

Quo iure pupillaris sit introducta, est quartũ membrum. Et certe constat, ex d. l. ij.  
 in prin. moribus esse introductã, usu populi Romani, & ideo introducta, ut cum pu-  
 pillus sibi ipsi testamentũ facere non possit defectu ætatis, quod pater ei de testamento  
 prouideret: Tantus fauor fuit in veteribus circa testamenta, glos. in d. l. ij. errando  
 intelligit moribus, id est, iure Lacedæmoniorũ, q. ex non scripto, Insti. de iur. na. gen.  
 & ciui. Sed ut dixi, error est & quidẽ ridiculus: nihil em̄ de Lacedæmonijs moribus,  
 cum usu populi Ro. Hoc aut dubitari potest, cum substitutionũ obseruatio sit in scri-  
 ptis redacta, ut toto titulo de vulg. ff. & C. an hodie ea substitutio de iure scripto uel  
 de moribus Roma. esse dicatur. Dimissis multis quæ hic per Doct. post Bart. tractan-  
 tur, dic substitutionũ materiam moribus quidẽ à principio introductam, sed postea  
 per ius ciuile reformatã, & multa addita, ut recte dici possit, eam esse iuris scripti, l. ius  
 ciuile. ff. de iusti. & iur. Consequenter dubitari posset, cum moribus introductum sit,  
 quod pater filio impuberi testamentũ facere posset, an hæc obseruatio latius porrigi  
 possit. Quid em̄ si statuto caueretur quod alter posset testari pro altero? Nam si mori-  
 bus est introductum, id est, cõsuetudine, quod pater facit pro filio testamentũ, cer-  
 te posset uideri extendi ad statutum, quod alter pro altero testaretur. Sed certe hoc  
 statutum non ualere: est quoq; irrationabile & contra bonos mores, incidere q; in  
 institutionẽ captatoriam, qua alter se cõmitteret circa testamenta uoluntati alterius,  
 l. Captatorias. C. de testa. mil. l. illa institutio. ff. de hære. Insti. debet em̄ testandi arbi-  
 triũ pendere ex uoluntate propria, ut dicit eleganter Bal. in d. l. captatorias. Ergo in  
 casu nostro hoc statutum esset inualidum, & nõ obstat qd pater filio testari potest: quia  
 hoc est primo propter defectum ætatis, & deinde propter defectũ rationis, & tertio  
 quia pupillus liberos nõ potest sustollere, ista cessant in ratiõẽ statuti, ut hic Politus.

Quæ ad substitutionem pupillarem requirantur.

Accipio nunc quintum membrũ, quæ scilicet ad substitutionem pupillarem requi-  
 rantur. Glos. in d. l. ij. in prin. quinque requisita enumerat. Bart. addit adhuc tria, & sic  
 octo requiruntur. Primo quod is cui sit substitutio sit de liberis: Deinde quod sit im-  
 pubes: Tertio, quod sit in potestate patris: Quarto quod efficiatur sui iuris morte pa-  
 ternã. Quinto, quod non desinat esse in potestate: Sexto, quod pater sibi ipsi faciat  
 testamentũ:



testamentum: Septimo, quod filius sit institutus vel exheredatus: Octavo, quod patris adeatur hereditas. Tria posteriora refecat Politus tanquam parum necessaria, ego sequor Bart. causa facilioris eruditionis, videamus ergo singula requisita. In primo requisito, nempe quod hi, quibus substituitur, sint de liberis, res est expedita per tex. in d. l. ij. in prin. Nec dubitari oportet quin liberi legitimi & naturales intelligantur, Insti. eo. in prin. fa. l. si testamento. C. eo. Et intelligas non solum liberos primi gradus, sed nepotes, pronepotes, & ita deinceps alios descendentes, per d. l. ij. in prin. Imo & posthumi includuntur (quod hic eleganter addit Politus) qui sunt adhuc in utero. Quia pater substituere partui potest, qui est in utero, tex. est in d. l. ij. in verbo posthumus, & fa. l. qui in utero. ff. de stat. ho. ubi qui in utero est, pro nato habetur, quo ad ea quae utilitatis sunt, fa. l. ventri. de vent. in spi. Porro non solum liberi legitimi & naturales, sed etiam duntaxat legitimi, qui per leges sunt matrimonio liberorum adscripti, ut sunt adoptati, qui per adoptionem transeunt in patriam potestatem adoptantis: ut si aliquis de ascendentibus avo, abavo, proavo adoptaret nepotes. Ceterum si non transferret in potestatem adoptantis, ut cum extraneus aliquis adoptaret pupillum, tunc non posset fieri substitutio pupillaris. Arrogatus autem semper transit in patriam arrogantis potestatem. Quapropter ei pupillo semper potest substitui haeres, tex. est elegans qui hoc tractat in l. cum in adoptivis. C. de adoptio. iuncta l. si arrogator. §. si. ff. de adopt.

**E** Et eleganter in l. & si plures. §. in arrogato, de vulg. & pup. Not. in d. l. ij. §. sed si extraneum, eo. tit. cum si. His consequens est, quod filijs naturalibus tantum, ut qui sunt geniti ex soluta & soluto, non possit pupillariter substitui, cum pater eos non habeat in potestate, Insti. de pa. pot. in prin. ubi nuptiae pariunt patriam potestatem, nisi forte essent legitimi: Quia tunc aequiparentur legitimis, veritate iuris inspecta, non natura. Ita Bart. in d. l. ij. & in l. gallus. §. & quid si tantum. Quod usque adeo verum est, quod etiam legitimi consequuntur iura suavitatis & agnationis, & vere dicantur de familia. Bal. singulariter in l. eam quam. C. de fideicom. sicuti eum allegat Iason in d. l. ij. in v. col. quod est elegans & pulchrum dictum. Imo sicuti patri est privilegium testandi inter liberos coram duobus testibus, l. hec consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. sic etiam pater posset testari inter filios legitimatos coram duobus testibus. Bal. allegat Bal. & dicit se alibi non legisse, in. c. de causis, de offi. deleg. penul. col. Et sic extendimus hoc primum requisitum ad filios pupillos legitimatos. Denique & si pater substitueret filio pupillo naturali tantum, non legitimato, quo casu substitutio nihil valeret, si tamen pater hunc pupillum legitimaret, iam certe censeretur facta substitutio: quia legitimatio fingitur retro, & ab initio intelligatur legitimus, l. si. ff. de natu. rest.

**F** Quid autem si pater substituit pupillo naturali tantum, & post mortem patris, filius naturalis legitimitur, an ista substitutio etiam conualescat? quod merito dubitationis est, ne laedantur iura legitimorum haereditum Bart. in d. l. ij. circa hoc requisitum simpliciter tenet adhuc valere substitutionem, per autem, si quis. C. de nat. lib. Politus pulchre distinguit, vers. viij. Quia autem concurrat voluntas patris, qui hoc voluit dum viveret, & vera est doctrina Bart. ita loquitur autem, si quis. & ibi tex. est. Aut non potest doceri de voluntate patris dum viveret, & tunc non valeret substitutio, sicut nec legitimatio, ita intelligunt autem, alij Doct. Quia non debet tolli ius quae situm legitimo haerediti. Secundum requisitum, quod liberi sint impuberes, id est, necdum quatuordecim annorum, si sint masculi, vel duodecim annorum, si sint foeminae. Ista enim dicitur aetas impubes, l. qua aetate. ff. de testa. d. l. i. in prin. cum dicit Iurifcon. substitui posse masculis, dum ad quatuordecim annos peruenerint. Hic disceptant moderni, Soccii, & alij, quomodo haec verba intelligantur: cum ad quatuordecim annos peruenerint: an sufficiat decimum quartum annum esse inceptum an debeat esse completus. Quidam intelligunt sufficere si annus sit inceptus, verum tex. aperius est in contrarium, in d. l. qua aetate, ad si. de testa. ubi dicitur intelligi annum completum,



pletum, vnde de vento est ista disceptatio. Quærit Bart. in d. l. ij. Quid si statuto ca- A  
ueatur, quod minor, xxv. annis nō possit testari, sicut sunt statuta Italiae, an pater pos-  
sit tali minori substituere pupillariter, ut qui sibi ipsi testamentum facere non potest?  
Et tenet nō posse, quod verum est, & est ociosa quæstio: quomodo enim possit pater  
pupillariter substituere ei, qui non est pupillus? per locum a coniugatis. Sed nec ei  
substitui posset ut minori. Nam pro sententia Politi vers. xix. hoc statutum non va-  
let, quod liberam factionem testamenti tollit homini sana mentis, ut traditur in l. sti-  
pulationi hoc modo. ff. de verb. obli.

Tertio requisitum, quod liberi sint in potestate patris: quod etiam hodie obtinet.  
Nam quamuis per iura nouissima sublaa sit differentia inter emancipationem & pa-  
triam potestatem, autem de hære, quæ ab intest. defe. hoc tamen intelligendū est circa  
successionem ab intestato: Sed quo ad successionē ex testamento remanent iura anti-  
qua intacta, Glof. in autem. ex causa, C. de libe. præteri. & Doct. cōmuniter in l. gal-  
lus. §. & quid si tantum. Cum ergo requiratur potestas patria, quod filij sint in pote-  
state etiam hodie, consequitur quod hæretici non possunt pupillariter substituere, ut  
qui carent patria potestate, in pœnam hæresis, tex. in. c. ij. §. si. de hære. lib. vi. Quod  
non solum intelligitur de his qui sunt declarati, sed etiam de his, quos constat esse hæ-  
reticos, & sic ciuitates si quæ nostra ætate hæresim saperent, non possent pupillariter B  
substituere. Iudæorum autē filij post sacrum baptismum eripiuntur a patria potestate,  
& nihilominus succedunt parentibus in hæreditate, glof. in. c. Iudæorum. xxviij. q. i.  
& scripsi in tractatu de Iudæis & eorū paruulis baptizandis. An autem Francigenæ,  
& alij, qui dicuntur non esse sub imperio Romano, pupillariter substituere possint,  
ideo non tracto, quia ociosum esse videtur talia inuestigare, cum & ipsi moribus eam  
substitutionem introducere possint, & porro Romanis viuant legibus. Vide tamen  
si velis, glof. Insti. de pat. potest. Bal. c. i. an maritus, & in. c. si duo, de duo. fratr. de  
no. bene inuest. in u. feu. Porro casum video, in quo pater & si habeat filium im-  
puberem in potestate, tamen ei pupillariter substituere non potest, utpote si sit perso-  
na turpis, abiecta, & velis, cui non admitteretur administratio priorum bonorū,  
ut sunt decoctores & prodigi. Ita tenet Bartolus in d. l. ij. in septimo requisito, qui al-  
legat l. si. C. de senten. pass. cum si. infra per eum allegatis, & dicit hoc esse notandū.  
Doct. tamen Ang. Alex. & alij reprobant hanc opinionem Bar. tanquam ex inuen-  
tione sua enatam, ut dicit las. in d. l. ij. colum. vij. Moti per glof. in l. papinianus. §. sed  
nec impuberis. ff. de inoff. test. ubi glof. putat valere pupillarem, etiam si turpis per-  
sona substituatur. Politus in materia pupillari vers. xxxvi. videtur saluare Barto. in  
uno casu, uidelicet, si patriam esset interdicta administratio bonorum, idcirco quia C  
cum talis non possit sibi testari, quomodo testaretur pupillo? fa. l. is cui bonis. ff. de  
testamen. Cæterum solum vilitas & abiectio patris non sufficeret, ego credo Barto.  
nihil aliud sensisse, cum dicit, si parens tam sit vilis & turpis, ut ei merito interdicenda  
sit administratio. Hic casus non est absimilis ei, qui interdictam administrationem  
respicit, dum ista turpitudine sit notoria, & hanc puto veritatem pro Bart. quicquid  
dicat communis opinio. Quam doctrinam sequitur Fran. Areti, ut dicit las. d. l. ij.  
colum. viij. per l. sed si. §. filio, vers. interdum. ff. de iniurijs, ubi quamuis pater possit  
remittere iniuriam filij, utpote quod præsumitur pro patre, si tamen is sit abiectissis-  
ma persona, vilis, & turpis, non posset remittere in contumeliam filij. Certe si hoc pa-  
tri in causa iniuriarum non permittitur, quanto fortius nō debet permitti, quod per-  
dat bona pupilli, turpiter substituendo? Quod autem putat communis opinio sub-  
stitutionem pupilli habere prouisionem, tendere in fauorem eius, hoc verum esse po-  
test, nisi vitium paternum concurrat, quod coërceri oportet, arg. l. cuidam, ad fi.  
C. de nat. libe. & fa. pro prædictis l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. mat.  
ubi non permittitur dōs administranda marito abiecto & dispersito. Et hæc doctrin-



na est æquior, & non obstat glos. in d. l. papinianus. §. sed nec impuberis, quia intel-  
**D** ligenda est loqui de patre honesto, qui ignorans substituat hominem, quem credit  
 honestum, cum sit turpis. Et nisi sic intelligatur, recedendum est a glos. quia pater,  
 qui sciens substituit turpem personam, verisimile est, quod & ipse sit turpis, cum ma-  
 gna sit inter molles concordia, ut dicit Satyricus, & similis similem trahat, dicitur in  
 l. in arenam, in fi. C. de inoff. testamen. Ego tamen hoc totum relinquerem arbi-  
 trio iudicis, qui ex personâ patris & substituti arbitrari circa hoc poterit, arg. l. i. ff.  
 de iure delib.

Quid autem de matre? certe cum illa non habeat in potestate filios, Institut. de  
 pat. potest. non poterit eis pupillariter substituere, ut voluit Barto. d. l. ij. & sequuntur  
 communiter alij. Sed huic assertioni vehementer obstat, l. si mater. ff. de vulg.  
 substi. ubi mater filium impuberem, cum efficeretur quatuordecim annorum, hære-  
 dem instituerat, ei q̄ pupillaribus tabulis si sibi hæres non erit, Titium substituit, di-  
 citur tex. valere substitutionem, &c. Doct. satis fatigantur, & Politus hic plura miscet.  
 Vera solutio est, quam ibidem dat glos. quod mater substituit filio impuberi tantum  
 vulgariter, & non pupillari substitutione, quod verum esse puto, quia cum filius sit  
 institutus, cum ad decimum quartum annum peruenit, quo casu pupillaris finitur,  
 nō poterat mater pupillariter substituere, in eum casum, quo finiretur pupillaris sub-  
**E** stitutio, arg. in l. Titio cum morietur, ff. de usufru. unde tantum ibi erat vulgaris  
 substitutio, id quod & tex. ibidem cantat, scilicet si hæres non erit. Et in ista vulgari  
 non continetur pupillaris tacita, ut dicam in effectibus. Nec obstat, quod tex. no-  
 minat tabulas pupillares, quia ideo ita dicuntur, quod mater substituerat pupillo, ut  
 ita dicta substitutio facta pupillo, tabularum pupillarium nomen acceperit. Quod  
 quamuis rideat Politus, tamen verum est, & potest defendi per locum a coniugatis,  
 & per consuetam figuram loquendi, qua genitui in denominatiua commutantur.  
 Sed incidit maior nodus in d. l. si mater: quia ibi mater instituerat pupillum, cum per-  
 ueniret ad quatuordecim annos. Hæc est substitutio condicionalis, l. si tali, in prin. ff.  
 quan. di. leg. ce.

Quid ergo si filius interim moreretur? iam filius esset præteritus a matre, quo ca-  
 su testamentum matris non valeret, Bartolus, Alexander, Ias. fatigantur, quomodo  
 defendant hoc testamentum. Veritas est, quod iste euentus præteritionis non curat-  
 tur, cum mater bona mente sic instituisse impuberem, in id tempus quo bona pote-  
 rant esse tutiora. Unde talis præteritio etiam si eueniret nō noceret, elegans tex. in l.  
 si patronus. §. si quis non mala mente. ff. de bon. lib. ubi dicit Iurisconsultus posse  
**F** præteriri vel ex hæredari filium impuberem bona mente, ut salua sit eis substantia,  
 cum in eorum tutelam peruenierint. Sed dices, quis alet interea pupillum? Proba-  
 bile est ei præberi alimenta ex bonis maternis, arg. l. necare. ff. de alen. lib.

Quid autem si statuto aueretur quod mater haberet filios in potestate, an tunc  
 ei possit pupillariter substituere? Bartolus tenet non posse, & veritas est, licet mo-  
 derni contrarium teneant fragilibus argumentis. Nam quamuis mater filium ha-  
 beat in potestate, tamen quia fragile est consilium mulierum, Insti. quib. alie. non li.  
 §. i. nō de eis non confiditur circa substitutiones. Deniq; facile posset fieri, quod ma-  
 tres subuerterent filios, maxime contractis secundis nuptijs, arg. l. lex quæ tutores. §.  
 ferui. C. de adm. tuto. nisi forte quis putaret matrem in casu dicti statuti, in bonis  
 maternis filio impubi posse substituere, dum hoc honeste & bono more fieret: quod  
 nihil nō videtur improbabile: exemplo filij arrogati, cui pater arrogator in bonis ab  
 ipso venientibus substituit, ut postea dicitur.

Porro circa hoc requisitum dubitari poterit, quid si testator instituat extraneum  
 pupillum, & substituatur pupillariter, quod fieri non posse, prædiximus. At si testator

postea



postea arrogauerit eundem, an per hoc conualescat substitutio pupillaris, inualide facta: glos. & Barto. in d. l. ij. §. sed si extraneum, de vulg. tenent substitutionem conualefcere, ac si a principio recte facta esset, & mutari voluntarium heredem in necessarium: & ita intelligitur d. §. sed si extraneum: quæ est communis opinio. Equidem hanc opi. non puto esse veram, quæ & ex textu allegato in d. §. sed si, probari non potest: quia ibi verb. arrogauerit, est præteritum perfectum subiunctiuum, quod in tempus perfectum sonat. Vnde veritas est, quod si testator instituat extraneum pupillum, non poterit ei substituere pupillariter, nisi prius arrogato pupillo, ut verb. arrogauerit intelligatur, quod arrogatione filij instituti iam facta, ei posset pupillariter substitui. Ista enim verba subiunctiua pro materia subiecta præteritum vel futurum significant. At in d. §. sed si extraneum, materia subiecta exigit præteritum tempus, fortius enim præsumitur quis actum a principio validum facere, quam actui inualido remedium quaerere, arg. l. si, C. in quib. cau. in integ. rest. non est necess. vnde sensus verior est, vt in præteritum intelligatur. Et ita etiam Ias. & Politus sentire videntur communi opinione reprobata. Nec obstat, quod prætendi posset nostrum intellectum esse indubitabilem: Nam satis dubitationis in eo erat, quod substituebatur pupillo post conditionem suam mutatam: dum enim institueretur, fuit extraneus: at dum ei substituitur iam arrogatus erat. Denique fragilis est confutatio, quæ super indubitabili fundatur, dum de æquitate rationis constat, id quod in alijs meis intellectibus, quos edemus, latius tracto.

Quarto requiritur, quod pupillus morte paterna adeo sit sui iuris factus, vt non sit recasurus in alterius potestatem, d. l. ij. post prin. in verbo posthumus. Si enim auus, qui filium & ex eo nepotem pupillum in potestate habebat, eos hæredes institueret, & nepoti pupillariter substitueret, auo mortuo, cum nepos in potestatem sui patris recideret, euangerat substitutio, nisi filius aui, qui est pater nepotis, prius fuisset ab auo emancipatus, aut decessisset. Hæc sunt vera, præterquam in milite, quia miles auus, substituere pupillo nepoti potest, etiam recasuro in potestatem alterius, & hoc in bonis proprijs aui, l. cum filius, ff. de testa. mil.

Quinto requiritur, quod is impubes, cui pupillariter substituitur, non deserit esse in potestate ante mortem testatoris, l. cohæredi §. cum filia, ff. de vulg. vbi dicitur, si quis mortis quoque tempore in familia fuerit, substitutio eius valet: ista dictio (quoque) implicat, quod est notandum ad ea quæ statim dicam. Vnde si pater emancipauerit filium pupillum cui substituerat, iam cecidit substitutio, quia exiuit talis pupillus ex familia, id est, ex patria potestate: si reuertatur in patriam potestatem, rescissa emancipatione ex sententia Barto. ea substitutio semel extincta non redibit. Per manus enim traditur ea, quæ semel extincta sunt, non reuiuiscere. Et fa. ad doctrinam Bartoli dictio implicatiua (quoque) in d. §. cum filia postea, & dictio, irrita, quibus colligitur eam substitutionem irritam esse, non solum si mortis tempore, sed etiam si ante mortem testatoris, patris potestas concidat. Nec tamen ignoro, quod Politus in hac materia vers. vigesimo sexto contrarium teneat, per quædam debilia, sed hoc loco non recedo a sententia Bartoli, quam communiter Doctores sequuntur, licet aliquando aliter tenuerim, sed me multum mouet verb. irrita, euanescit enim quod irritum est, l. i. in fi. de iniust. & rup. testamen. Non obstante quod dicitur magnum esse fauorem pro substitutionibus. Hoc enim in dubio recipio, non ubi lex certa est.

Quid autem si pupillus cui est substitutum pupillariter, exeat ex potestate patris per dignitatem aliquam quæ soluit patriam potestatem, ut sit factus patricius, consul, vel simili dignitate præditus: an eo casu etiam euanescat substitutio pupillaris?



**D** pupillaris, cum patria cesset potestas, Bartolus hic & Doctores communiter tenent, eam dignitatem non nocere substitutioni pupillari, & est tex. pro hoc in auten. confit. quæ de dig. §. illud quoq; ubi Imperator omnia iura cognationis seruat filio illibata, etiam si sit soluta potestas patria.

Sexto requiritur, quod pater testator sibi ipsi faciat testamentum, antequam faciat pupillo, d. l. ij. §. prius. quod uerum est, nisi in milite; is enim pupillo pupillariter substituere potest, etiam si sibi non faciat testamentum, l. miles ita. ff. de testa. mili. An autem ex interuallo possint fieri ista duò testamenta patris & filij? dic posse, per l. si quis eum. §. si suo, de vulg. & pup.

Quid autem si pater faceret minus solepne testamentum, an ex hoc uicietur substitutio? certe non: si quidem text. in. §. ex imperfecto. in l. hac consultissima. C. de testra. habet etiam locum in substitutione pupillari, ubi si pater testatur inter filios, sufficit quæcunq; testatio, quodcunq; testamentum minus solenne, & quocunq; modo hoc faciat, si etiam pater substituatur pupillariter filijs.

**E** Sed quid si pater substituatur filio extraneum aliquem, non unum ex fratribus, testamento non solenni, an adhuc toleretur substitutio? Sunt concertationes inter Doct. Ias. hoc tractat quasi per tres columnas, nos putamus veritatem esse pro Bart. quod ista substitutio non valeat, si testamentum patris esset minus solenne, per d. §. ex imperfecto: ubi aperte dicitur, quod si sit immixta aliqua extranea persona, testamentum haberi pro non facto, & ita etiam sentit hic Politus.

Septimo requiritur, quod impubes sit institutus per patrem, uel exheredatus, de quo hic non extendor, quamuis Politus se diffundat, cum hodie impuberes non possint exheredari, ut qui non possunt committere causam ingratitudinis, l. si quis suo, in fi. C. de inoff. test. Nisi forte impuberes essent doli capaces, quia tunc etiam contra patrem causam ingratitudinis committere possent. Tales enim impuberes puniri posse tex. est in l. excipiuntur. ff. ad Silla. cum si.

Ultimo requiritur, quod ex testamento adeatur hereditas: nam hereditate non adita, nihil ualet quod in testamento scriptum est, l. i. ad fi. ff. de vulg.

Quid ergo fiet, quando testator instituit heredem unicum pupillum, uel quos pupillos, quos habet, & substituuit eis pupillariter? Quid si illi pupilli beneficio pratoris abstineant, nolint esse heredes? Dic si pupilli unus uel plures essent heredes sui, licet hereditas non sit adita, tamen suitas sustinet tabulas pupillares: Quæ est materia l. si filius qui patri. ff. de vulg. & pupill. ubi Doctores multa scribunt: at nos in hoc tractatu hæcenus suitatis iura tractauimus, quatenus credebamus proposito nostro sufficere.

**F**

#### Pupillaris Substitutionis effectus.

Quo ad sextum membrum inuestigandi sunt effectus pupillaris substitutionis: Quorum Bartolus quinque ponit, ego sex effectus pono, non morando Politum hic, qui enumerat tredecim. Nam si sic esset agendum, totus titulus de vulgari esset percurrendus, quod non est mei propositi. Primo igitur, quod pupillaris expressa, continet in se vulgarem tacitam. Secundo, quod per hanc substitutionem succeditur de iure pupillo. Tertio, quod in casu, substituti efficiuntur necessarij heredes.

Quarto, quod secundæ tabulæ & patris, & filij testamentum dicuntur. Quinto, quod annullato patris testamento, nihilominus remanet pupillaris substitutio. Et tandem, quod per pupillarem expressam, mater pupilli excluditur.

In primo effectu, certum est, quod pupillaris expressa, siue sit in genere expressa, siue in specie, continet in se tacitam vulgarem. In genere exprimitur, cum pater filios impuberes instituit, & dicit: Vos inuicem substituo. Quo loco, si alteruter hæres non erit, & intra pupillaria moriatur, tunc alter ex tacita substitutione vulgari hæres



gari hæres erit. Idem est si pupillaris in specie exprimat, ut si testator instituat filium impuberem, & si intra ætatem pupillarem moriatur, instituat Caium: Nam si filius impubes non esset hæres patri, quia forte repudiaret hæreditatem ipsius, & intra pupillaria moreretur, nihilominus admitteretur substitutus ex tacita substitutione vulgaris, scilicet si hæres non erit, quæ intelligitur sub expressa pupillari: ut sic casus expressus ad casum non expressum extendatur, ex præsumpta mente testatoris, non ex vi uerborum, sed legis potestate, quæ casum tacitum reducit ad expressum, ut supra sæpe dicimus: quia nulli dubium, si testator hunc casum cogitasset, eum prouidisset. Nam si testator uoluit habere substitutum Caium, si filius suus hæres esset, & intra ætatem moreretur, certe etiam eundem Caium eo casu, quo filius hæres non esset, uocare uoluit, d. l. iam hoc iure, in prin. & in fi. ff. de vulg. & ita communiter Doct. sentiunt, licet Politus dissidere uideatur, sed nulla ratione. Prædicta procedunt nisi testator aperte contrarium sensisset, quia fortasse utrumque casum prouiderat. Tunc enim tacita vulgaris non subintelligeret, cum ibi cesset uoluntas præsumpta, fa. ad hæc quæ supra in materia vulgaris substitutionis in eam rem scripsimus. Denique casum habeo a nemine notatum, ubi tacita vulgaris in expressa pupillari non continetur, quem in sequen. effectum dicam.

Secundus effectus est, quod per pupillarem substitutionem pupillo intra ætatem decedenti succeditur, in omnibus bonis suis, siue ea a patre, a matre, a cognatis uel quocumque alio euentu habeat: Quæ omnia ad substitutum pertinebunt, l. sed & si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. Et quod dixi bona pupilli ad substitutum pertinere, extenditur notabiliter ad substitutum secundi gradus: ut in exemplo: pater instituit filium impuberem, & ei substituit pupillariter Titium, is dicitur substitutus primi gradus, & quodcumque Titius moriatur sine liberis substituit Caium, qui substitutus secundi gradus nominatur: iam si Titius primo gradu substitutus moriatur ante pupillum, & deinde pupillus decesserit intra pupillaria, omnia bona pupilli pertinebunt ad secundum substitutum, ad Caium, qui est substituti substitutus: & hic casus est frequens, prouisus etiam in testamento meo. ratio est, quod omnia bona pertinebunt ad Caium, quia is Caius primo substituto Titio fuerat substitutus per compendiosam: de qua tractabimus suo ordine: in qua compendiosa secundum communem sententiam intelligitur tacita vulgaris. Vnde cum testator dixit: quodcumque Titius moriatur sine liberis, substituo secundo gradu Caium: in uerbis istis continetur tacita vulgaris, scilicet, si Titius hæres non erit, quæ in casu nostro verificata est cum Titius non sit hæres pupilli: unde ad bona pupillaria Caius ex sua substitutione admittitur. Quod uerum est, si secundus substitutus per compendiosam substituitur, sicut fit quotidiè. Ita Bartolus subtiliter & acute, ceterum obscure, in l. quam dita. ij. ad fi. & ibi Paulus de Cast. pulchre declarat. ff. de acquir. hære. Quæ doctrina non procedit, si esset duplex substitutio pupillaris, quia tunc ad substitutum secundi gradus non pertineant bona pupilli, l. qui habebat. ff. de vulg. Declaro ut intelligant iuuenes, ut si pater, qui habebat duos filios impuberes, instituisset alterum filium impuberem, & alterum ex hæredasset, quem ex hæredatum pupillum substituisset pupillariter alteri fratri pupillo instituto, sic uidelicet, si institutus frater intra pupillaria moreretur, frater ex hæredatus hæres esset, cui filio ex hæredato pupillariter substituit suam testatoris uxorem. Ecce hæc est duplex substitutio pupillaris, una primi gradus, altera secundi gradus: Iste filius ex hæredatus moritur intra pupillaria, quo casu uxor testatoris ex substitutione sua eidem ex hæredato succedit in bonis suis: deinde moritur pupillus institutus etiam intra pupillaria, certe bona ipsius non pertinebunt ad substitutam secundi gradus, scilicet uxorem, per dictam l. qui habebat. Ratio huius subtilis doctrinæ est, quia cum filius ex hæredatus qui fratri substitutus erat, sit mortuus ante fratrem, iam uxor testatoris tanquam substituta



**D** substituta successit ei in bonis suis, cum intra pupillaria sit mortuus, & sic conditio suae substitutionis est impleta: si ergo frater institutus, postea etiam intra pupillarem moriatur, quid hoc ad secundam substitutam, scilicet uxorem, quae ex sua substitutione recepit quod ad eam pertinuit: Et hoc loco in expressa pupillari, non continet tacita vulgaris: quia ista uxor per tacitam vulgarem non potest manus porrigere ad bona pupilli, cum enim pupillaris secundo gradu facta, suum sit sortita effectum, quicquid faceret tacita vulgaris: Et hoc est quod supra dixi, habere me casum a nemine ad hoc notatum.

Sed hic dicet aliquis subtilis ingenij: Nonne iste filius exheredatus, fratri suo substitutus, habuit spem pupillaris substitutionis, quam transmisit ad eius substitutam: dicite quod non, quia cum regulariter hereditas non adita, non transmittat nisi in casibus supra in primo capite, in materia vulgaris deductis, multo minus hereditas necdum delata, transmitti potest: Et esset spes improba in mortem alterius: ut dicit in l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig. l. qui superstitis, ff. de acquir. hered. Politus hoc loco in suo octauo effectum, quaedam circa d. l. qui habebat, comminiscit, quae non curio referre.

**B** Circa effectum supradictum aduertendum est, quod is qui substitutus est pupillo, bona pupillaria ab hereditate paterna, quam pupillus adierat, separare non potest, siue pupillus solus fuerit institutus, siue habuit cohæredem: quia factum est unum patrimonium utrorumque bonorum, & iuncta coepit esse hereditas, ut est text. in d. l. sed & si plures, §. filio, ff. de vulg. Et hæc uera sunt quando pupillus adiuuit hereditatem paternam in toto uel in parte, ut in d. §. filio, ubi ponit uterque casus. Posset autem substitutus petere in integrum restitutionem ex persona pupilli, ut liceret ei bona paterna grauata aere alieno, separare a bonis pupillaribus. Hoc enim beneficium cum competat minoribus natus, & maxime pupillis, ut restituantur in integrum, si læsi sint, certe & successoribus pupilli datur, l. non solum, ff. de in integ. rest. & ita sentit Bart. in d. §. filio, nempe substitutum in integrum posse restitui, contra improvidam aditionem pupilli: que est communis opinio: quam tamen Politus impugnat in tractatu suo, uers. x. per argutum dilemma, quia iste substitutus, aut necdum adiuuit bona pupillaria, dum petit restitutionem, & tunc non erit successor pupilli, nec egebit restitutione: aut petit restitutionem dum iam bona pupilli adiuerat, & non est læsus ex persona pupilli, sed ex proprio suo facto, quia potuit adire uel non adire: unde nec eo casu iuuabit. Sed non recedo a communi opinione: nec puto uerum quod substitutus suo facto beneficium restitutionis perdidit adeundo, cum sciuit ei hoc beneficium tanquam successori pupilli competere, & ut uerbo dicam, text. in d. l. non solum, argutias Politi oppugnat. Posset tamen fortasse cautela dari, quod substitutus cum protestatione adiret, de saluo sibi iure &c. sed non puto hoc esse necessarium, postquam per d. l. non solum, satis prouisum est substituto.

**F** Quid autem si pupillus non adisset hereditatem paternam, sed abstinuisset: Hic sunt certi casus aduertendi: quia aut pupillus fuit solus hæres a patre institutus, aut habuit cohæredem extraneum: Si fuit solus institutus, quis abstineat ab hereditate paterna, tamen si mori impubes, substitutus impune accipiet bona pupillaria, etiam si hereditas patris non fuerit adita, quia hoc loco sinitas pupilli sustinet & fouet tabulas pupillares, per saepe alleg. l. si filius qui patri, & ibi Doct. ff. de vulg. d. l. Iulianus, ff. de acq. hered. d. l. pater, cum gloss. ff. de pri. cred. & hoc non habet disceptationem. Caterum si pupillus institutus cohæredem extraneum haberet, hoc loco refert an ambo repudient hereditatem paternam. Tunc enim si postea pupillus intra pupillarem aetatem decederet, substituto non esset locus, per regulam qua dicitur: hereditate non adita, cadere tabulas pupillares, d. l. §. adeo, & d. l. sed si plures, §. si ex asse, ff. de vulg. Et si diceretis, nonne sinitas in pupillo, saltem in partem hereditatis ei delatam, sustinebit tabulas pupillares: Certe non, quia sinitas hoc loco non confirmat tabulas pupillares, postquam est ei datus cohæres, d. l. si filius qui patri. Et licet iura sinitatis propterea ex radice non tollantur, ut supra in primo capite in materia vulgaris tenui, tamen hoc casu ea iura sublidunt. Si autem pupillo repudiante, cohæres



ipfius adiret, hic duo sunt casus aduertendi, aut em̄ is qui cohæres est, pupillo est substitutus, aut tertius aliquis. In his vtrifq; casibus cohæredede adente, etiam si pupillus repudiet, substitutus, siue sit cohæres, siue tertius, si vult pupillo succedere, etiam partem bonorum paternorum à pupillo repudiata agnoscere cogitur, nec poterit alterum ab altero separare, l. quidam, C. de iur. delib.

Supradictum secundum effectum sic declaratum limitabimus aliquibus modis: Et primo in filio arrogato cui substituitur per arrogatorem pupillariter, quia filio intra pupillaria mortuo, substitutus in his bonis, quæ filius ab arrogatore vel eius intuitu habuit, succedet, in alijs bonis pupillaribus non succedet, d. l. sed & si plures, §. in arrogato, de vulg. iuncta l. si arrogator, ad fi. de adop. quæ, ll. altera alteram determinat, ne pugnare videatur. Secundo fallit secundum quosdam in matre, quæ ex statuto filios in potestate haberet: probabile em̄ est, ut possit substituere impuberi, in bonis maternis, dum hoc honeste fieret, exemplo arrogatoris, in quibus & substitutus succederet, & non in alijs bonis pupilli, de quo iam supra diximus, quod voluit Politus in tracta. pup. vers. xx. • Tertio fallit in milite, qui in bonis tantummodo certis impuberi potest substituere, d. l. sed si plures, §. ad substitutos, de vulg. & pup.

Tandem circa hunc effectum nouisse conueniet, cum iure cautum sit patrem filio suo naturali ex concubina nato, plusquam duas vncias, extantibus filijs legitimis, non posse relinquere, l. ij. C. de nat. lib. Attamen si pater filio suo legitimo impuberi pupillariter filium naturalem substituatur, & pupillus intra ætatem pupillarem moriatur, quamuis substitutus incapax sit, quo ad bona paterna, tamen bona pupilli accipiet, tex. est in l. si is cui, ff. de vulg. vbi dicit Bart. esse mirabile, quod incapax in paterno, poterit esse capax in pupillari testamento.

Tertius effectus est, quia pater potest facere filio impuberi substitutum hæredem necessarium, sicut ipse sibi fecit, ut si pater instituit filium impuberem & fratrem filij impuberis, isti ambo sunt necessarij & sui hæredes: quod si fratrem filio impuberi substituisset, iam is frater erit necessarius fratri, ac si esset suus, d. l. sed & si plures, §. quos possum, & in d. l. ij. §. prius, rñl. iij. ff. de vulg. l. si pupillus, §. sed quod in fratres, de acquir. hære. De seruis hic nihil dico, quia parum vtile est in nostra Germania.

Quartus effectus. Nam testamentum patris & testamentum pupilli dicuntur & sunt vnum testamentum, intelligite quo ad causam efficientem, id est, personam testantis, qui vtrunq; testamentum fecit, l. patris & filij, ff. de vulg. & d. l. ij. §. interdum, eo. tit. Sunt etiam vnum testamentum quo ad solennia, quia sufficit testamentum patris esse clausum & signatum testibus, etiam si tabulae pupillares essent apertæ, & non haberent testes, d. l. patris & filij. Item quo ad partialem institutionem, quia sicut testator instituendo aliquem in re certa, si nullum alium hæredem relinquat, iste institutus erit vniuersalis hæres, l. i. §. si ex fundo, ff. de hære. insti. hoc & in tabulis pupillaribus seruatur, quia pater instituendo filium impuberem in fundo aliquo, in re aliqua certa, si eidem filio in ea re substituatur, ea substitutio, ad omnia bona & patris & pupilli trahitur, tex. est notabilis in d. l. cohæredi, §. si. & ibi Bart. ff. de vulg. Sed quo ad aliqua, duo sunt testamenta patris & filij, quia pater cum sibi testatus est, potest ex interuallo facere tabulas pupillares, d. l. si quis eum. Et tunc ad tabulas etiam pupillares opus erit septem testibus cum signaculis. Item testator potest suum testamentum facere in scriptis clausum, tabulas autem pupillares nuncupatiue & non in scriptis, d. l. patris & filij, in fi. Item institutio aliquando viciatur & remanent tamẽ tabulae pupillares, vt in l. & si contra, ff. de vulg. & dicã in sequenti effectu. Item sunt duæ hæreditates patris & filij, d. l. ij. §. interdum.

Quintus effectus, sicuti ex causa præteritionis vel ex hæredationis testamentum patris nullum redditur quo ad institutionem, legata autem & libertates & cetera in testamento scripta firma manent, per d. auten. ex causa. C. de lib. præter. ita etiam substitutio pupillaris in eodem testamento facta, remanebit firma, & non annullabitur. Quæ est comunis



est cōmunis opi. Bar. & Doct. in l. ij. §. interdum, de vulg. & pup. pro qua allegat l. i. §. plane. ff. eo. tit. & fa. l. nam quod. §. si quis cōpulsus. ff. ad Treb. licet Dy. contrariū tēnerit, Motus, quod cum viciatū sit antecedens, etiā cōsequens viciari. Sed verior est cōis opi. Nec obstat ratio Dy. quia licet substitutio fieri nō possit nisi præcedat institutio, ut supra à principio diximus, tñ nihil impedit quin substitutio permaneat, annullata institutione: quia nō habent necessariā dependentiā inter se, sicut etiā in tutelę datione, quæ nō potest fieri in testa. nisi præcedat institutio, l. ij. C. de test. tut. tñ viciata in substitutione, nō viciat tutelę datio, d. auten. ex causa, et expressius in corpore vnde sumit.

Sextus effectus, nam substitutio pupillaris expressa, excludit à successione matrē pupilli, etiā si prorsus extraneus vel alienus esset pupillo substitutus: vnde cum pater instituit filiū impuberē, & ei, si intra etatem pupillari decēsserit, substituat Titium, mortuo pupillo intra pupillaria, substitutus succedet, matre exclusa, tex. est in l. Lucius, ad fi. ff. de vulg. vbi expresse dicitur matrē excludi, fa. d. l. papiniaus. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. test. vbi quamuis mater à successione pupilli per substitutū pupillarem sit exclusa, tñ querelam inofficiosi testamenti nō habet: quia pater filio hoc fecit. Quę decisio quibusdā dura visa est, nempe excludi matrē ab hæreditate filij quæ lucuosa nominat, d. l. si. C. de insti. & substi. vnde Archi. in c. si pater, de testa. lib. vi. dicebat eā doctrinā tolerari posse de iure fori, nō de iure poli, deberi q̄ matri saltē legitima, sed non est verū. Isthec em̄ iura approbata sunt, im̄o & canonizata (ut nominant) in d. c. si pater, ad fi. vbi papa apertis verbis excludit matrē à bonis pupilli propter substitutionē pupillari, motus ex ratione d. §. sed nec impuberis, & quia pater filio testamentum fecit, non noie filij, sed iure patrię potestatis: Tantū pollet patria potestas, ut mater in tabulis pupillaribus excludatur, q̄d pupillus nō potuisset si ei factio fuisset testamenti. Sed nō est nouum multa nos posse per alios, quæ per nos ipsos nō possumus, l. Aristo. ff. que res pig. obli. poss. cum vulg. Politus vir doctus cum interrogaret super isto casu, respondebat (ut ipse dicit) sub temperamento, aut em̄ bona paterna ad pupillum peruenerunt, & tunc vera est doctrina, matrē potuisse excludi: aut pupillus habuit bona aliunde acquisita, & eo casu videretur ei ex pura conscientia, quod matri relinqueretur legitima, quod mihi equum videretur: sed cōmunis opi. obtinet. Puto tamē hoc casu, vbi mater excluderetur à successione pupilli, si ipsa magna ægestate vrgeretur, substitutū cogi posse, etiā de iure ciuili nedum in foro conscientia, ut præstet alimenta matri pupilli quæ ratione naturali ei debentur, & naturalia esse immutabilia nemo ignorat, fa. l. si quis à liberis. §. parens, cum. §. seq. ff. de alen. lib.

Quod autē diximus per substitutionē pupillarem expressam matrē excludi à bonis pupilli, extenditur etiā ad breuiloquā, in qua substitutio pupillaris in genere exprimitur. Nam si pater duobus impuberibus institutis eos inuicem substituat, in genere exprimitur pupillaris, per quā & mater excludit, d. l. Lucius. ff. de vulg. Porro & dicta doctrina in casu, ad patrem pupilli extenditur. Nam si auus paternus habens filiū emancipatū, & ex filio nepotem in potestate (quod fieri potest) faceret substitutionē pupillari nepoti, substituendo extraneum aliquē, hoc loco non solū mater excludit, sed etiā pater, qui pro extraneo habetur, postq̄ fuit emancipatus ab auo, ut est arg. in l. sed & si lege. §. sed si filius. ff. de in ius vo. Deniq; & per expressam pupillari excludit auis, non solū mater, & ut breuis sim, omnes ascendentes, auus maternus, pro auis & alij excluduntur, ut hic eleganter tenet Bar. Sed quid de tacita pupillari, quæ continetur in expressa vulgari, & mater sit in medio, an filio nō existente hærede, & intra pupillaria mortuo, mater succedat, excluso substituto, an substitutus exclusa matre dic substitutū, licet ex vulgari substitutione accipiat bona testatoris, tamē à bonis pupilli propter matrē excludi. Et quamuis secundū saniorē opi. tacita pupillaris eo etiā loco in expressa vulgari legis potestate continet, ista tñ tacita pupillaris contra matrē in bonis pupillaribus nō habebit effectum: & hoc tenet glōf. et cōmuniter Doct. in d. l. precibus, C. eo. tit. cum dicit tex. omni modo matrem pupillo succedere: qui est tex.

apertus cum



apertus cum in vno tantum casu substituitur, scilicet in casu vulgaris, quamuis Doct. A  
 aliqui huiusmodi verba ad suū quisq; cōmodum figant & refigant. Caterum glos. in  
 l. centurio, de vulg. tenuit quod cum mater in medio est, tacita pupillaris, propter fa-  
 uorem matris, non contineatur in expressa vulgari, sed verior est glos. in l. precibus,  
 quæ & cōmuniter tenetur, quod tacita pupillaris contineatur quidē, sed sine effectu.  
 Vtilitatem eius differentiaē videto per Doct. quia non possum oīa prosequi cum po-  
 mo Athalante. Et quod de matre diximus, quæ ex tacita pupillari a bonis pupillari-  
 bus nō Excluditur, idem sentiendum de auia, quia plarunq; vbi nō est diuersa ratio,  
 mater & auia equiparantur, in auten. ut matri & auia: unde auia succedet in bonis ne-  
 potis sui, scilicet pupilli: At in bonis testatoris, substitutus, propter expressam vulga-  
 rem, admittit: quod certe sine dubio in auia materna locū habet, ut quæ nihil iuris ad  
 bona testatoris habeat. Idem tñ dicendum puto in auia paterna, quæ in bonis testato-  
 ris, licet is fuerit filius iuus, propter expressam vulgarē, non succedet, a pupilli tñ bo-  
 nis non excludet. Sed vide ne per querelā inofficiosi testamenti saltē consequatur le-  
 gitimam. Bar. in l. ij. in tertio effectu suo, vers. vterius quærō an tacita, hunc nodum  
 nō aperit. Sed nec in Doct. resolutionē inuenio. Proinde cogitandū relinquo. Quid  
 autē de fratribus pupilli, an excludantur per tacitā pupillarem? Et vident non excludi  
 sicut nec mater, cum nō præsumatur testator extraneos præferre sue posteritati velle, B  
 l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. cum auus, de cond. & demon. Breuiter licet Doct.  
 disceptent, tñ verior sententia Bart. quod frater per tacitam vulgarē excludat. Vnde  
 si testator filiū impuberem instituit, & si hæres nō esset substituit Flaccum, iste filius si  
 nō est hæres patris testatoris, substitutus ex vulgari expressa recipiet bona testatoris.  
 Et si pupillus post in pupillari ætate moriat, idem & bona pupilli recipiet excluso fra-  
 tre, siue sit frater vtrinq; coniunctus siue a latere tantū. Ratio est præsumptiua, quia  
 non est tantus nexus in fratre ad fratrem, quantum est matris ad filiū. Nam frater potest  
 præterire fratrem in testamento, nisi instituta turpi persona, l. fratres. C. de inoff. testa.  
 quod nō recipimus in filio & matre. Item sæpe fit, quod frater graue ferret si frater  
 deberet succedere, ut dicit Imper. in l. cū oportet, post prin. C. de bo. que lib. quod ali-  
 quando grauius ferunt filij si bona eorū veniant ad fratres, & in ea l. q. sin aut, dicit pe-  
 riculosas esse fratrum altercationes, & in l. cū pater. q. dulcissimis, de leg. ij. damnosam  
 esse discordiam fratrum, hoc est quod dixit Ouidius fratrum gratiam rarā esse. Proinde  
 reiecta opi. Guil. de Cu. obtinuit quod frater per tacitam pupillarem a bonis pupilli ex-  
 cluditur. Nec obstant iura quibus Guil. mouetur, videlicet, l. cum acutissimi, & simi-  
 les: quia istæ leges procedunt præsumptione aliqua adiuuante, sed hic contra fratrem  
 est legis præsumptio fortior. Quod autē supra diximus matrem ex tacita pupillari nō ex-  
 cludi, nō est perpetuū. Nam si coniecturæ aliqua apparet, per quas posset præsu-  
 mi testatorem voluisse matrem excludere, tunc excluderet. Probari autē huiusmodi cō-  
 iecturas saltē duobus testibus oportebit, arg. l. hæredes. q. notam, de har. insti. & fa-  
 l. in testamento. C. de testa. mil. Collegimus autē ex Bar. quinque coniecturas: Prima si  
 pater vel inter vicinos vel alios aliquādo dixisset se nolle, q̄ obulus, vel ulla bona per-  
 uenirent ad matrem ex bonis pupilli: Ista verba extra testamentū dicta, voluntatē testa-  
 toris in testamento probant, ut est bonū arg. in l. triticum, & quæ ibi dixi, ff. de verb.  
 oblig. & in l. Titia. q. idem respondit, eo. tit. ubi dicitur, sæpe quæ in præfationibus di-  
 cuntur, intellectū dare dispositioni: in hac coniectura paulominus subsisto, quod em  
 patri permissum est expressa substitutione pupillari matrem excludere, hoc prouisio  
 impuberis & patria potestas effecit, ut supra diximus, qua non debet pater abuti per  
 iura vulg. vnde si pater in suo testamento vel extra, significaret se in vindictam, odiū,  
 animi exulcerationē, matrem a bonis pupilli exclusisse, crediderim hoc loco expres-  
 sam etiā pupillarem matri nō præiudicare, utpote qd testator non esset usus rationabili  
 iudicio, arg. l. qui cum maior. q. is demū. ff. de bo. liber. & l. quidā in suo, de cond. insti.  
 quanto ergo minus per tacitā substitutionē matri præiudicari poterit, si ob eam solā  
 G 2 causam



**D** causa fieret, quod nollet vlla bona ad matrem puenire: Vnde putare, saluo meliori iudicio, non oportere permitti patri quod is contra officium suum & filiorum pietatem naturalem, frena licentiosae suae potestatis in iacturam matris ex vindicta seu alia improbabili causa laxet etiam in tacita substitutione, arg. c. odia, de reg. iur. l. cum quidem, de lib. & posthu. nisi forte aliqua iusta ratione ad inimicitias moueret. Secunda, quando pater reliquit matri aliquid in testamento a substituto pupilli, eamque iubet esse contentam. Cum enim grauius sit substitutus pupilli, ergo debet succedere, fa. l. peto, in prin. ff. de leg. ij. Quam rem Bar. hic latius tractat: at ego nec huic coniecturae subscribo ex his quae iam supra dixi, nisi aliqua iusta ratio accederet, & matri saltem de legitima esset consultum. Tertia coniectura est, si pater reliquisset aliquid annuum matri, donec uita uidualis duceret: quia si ad secunda vota conuolaret, certum est annuum perdi legatum quo ad futuras pensiones, arg. l. ij. C. de indi. vid. toll. Sic etiam praesumetur pater voluisse quod per secunda vota priuaretur bonis pupilli, etiam per tacitam pupillarem, quia non solum marito, sed etiam filio per secundas nuptias quodam modo iniuria ingeritur. Ang. allegat autem de nupt. q. solu. to, & fa. d. l. lex quae tutores. q. serui. C. de adm. tuto. Quarta, si mater fuit inimica patri, rebellis, rixosa cum patre, si iunxit se inimicis patris, & scholaribus, ut dicit hic Bar. si sit suspecta de adulterio, uel alias leuis opinionis: Ista mariti animam percellunt & exasperant, l. consensu, C. de repud. Quapropter est satis euidentis coniectura, quod pater eam a bonis pupilli, etiam ex tacita pupillari uoluit excludere, fa. l. ij. in fi. ff. de adimen. leg. ubi graues inimicitiae adimunt legatum, secus si esset leuis offensa: idem in l. ex parte. ff. eo. fa. l. utilitate. ff. de consir. tuto. Ultima coniectura sumit a favore cognationis. Nam si pater instituit filium impuberem, & ei fratrem suum vulgariter substituatur, ibi cum magis sit fauor testatoris ad cognationem, frater hoc loco matri etiam ex tacita pupillari praefereatur in bonis pupilli, glos. elegans in d. l. precibus, in fi. de impub. & alijs substi. licet Bal. & Imol. tenuerint contrarium, sed male. In alijs prolixius tractatis remitto te ad Bar. & Doct. Vnum tamen meminisse uelis quod in casu, l. si mater, in prin. de vulg. tacita pupillaris in expressa vulgari non continetur, ut etiam supra dixi.

Ad ultimum punctum, nempe quando substitutio expiret, quando finiat.

**B**art. extendit se in l. in pupillari. ff. de vulg. Nos breuiter colligimus septem casus ex eius sententia. Primus, si pater deportatur, id est, ei igni & aqua interdictis, quia tunc seruus fit, & perdit ciuitatem: Est enim maxima capitis diminutio, quo casu cadunt tabulae pupillares, l. si quis filio. q. irritum. ff. de iniust. rupt. testa. Hodie haec forte in exbannitis vel excommunicatis locum non haberent: quia licet videantur succedere in poenam deportationis, tamen non in totum, quia non efficiunt serui, nec perdunt iura ciuitatis. An autem exbannitorum testamenta valeant, tractatus prolixus est, non mei propositi. Secundus, si pater fecerit aliud testamentum, quia tunc primum cecidit cum tabulis pupillaribus, l. si quis eum. q. si. ff. de vulg. Tertius casus est, si non deat hereditas patris, ut supra diximus in effectibus, nisi sustineantur tabulae pupillares per existentiam suam, uel per edictum, si quis omissa causa testamenti, uel si heres coactus adisset, d. l. nam quod. q. si quis compulsus. Quartus casus est, si substitutus fuerit is, qui non possit, uel in totum, uel ex aliqua parte accipere bona, ut spurij & incestuosi, filij naturales tamen, qui in aliqua parte sunt capaces. Istorum substitutio euanescit uel in totum, uel in partem iuxta incapacitatem ipsorum, per l. si is qui bonis. ff. de vulg. Quintus casus est, si institutus sit factus pubes: adueniente enim pubertate, finit pupillaris substitutio, d. l. in pupillari, et aliquando finit pupillaris substitutio intra aetatem pubertatis, ut si testator et idem pater breuius tempus praefixerit & substituerit. Nam eo tempore finito, extinguit substitutio, ut si pater filium impuberem instituat, & si intra decem annos moriatur, alium substituatur, iam decem annis finitis extincta est substitutio, d. l. si quis ita. ff. de vulg. Sextus casus est, si filius impubes, cui est testamentum factum adoptetur ab aliquo uel arrogetur, ista & si sit minima capitis diminutio, tamen tollit et eneruat substitutionem pupillarem, l. nec ei. q. eorum. ff. de adopt. cum uulgatis, quod procedit, nisi is ad quem pertinet substitutio sibi ipsi prouideret per stipulationem, quod salua sit eius substitutio, et hoc permittat adoptator uel arrogator, l. non aliter, cum l. seq. ff. de adopt. Vltimus



timus casus est, p̄ ingressum in religionē, si infans ingredit̄ religionē, et ibi duret et pleueret, tūc q̄a efficit̄ intestabilis, sicut qlibet religiosus, p̄ autē, ingressi. C. de sacro. san. eccle. iā extinguit̄ substitutio. Qd̄ sane intelligite: Infans em̄ nō potest uouere ante t̄pa pubertatis, c. ij. de regula. nec etiā si parētes eū religiōi darēt, q̄a nō ante obligabit̄, arg. pulchrū in l. Lucius. §. si. ff. ad municip. c. cū ver̄, de regula. Et p̄ hoc cōciliant̄ Doct.

DE SVBSTITVTIONE EXEMPLARI. CAP. III.



**M**pediti de. ij. cap. cū attinentijs, p̄sequamur tertiu cap. principale de substitutioe exemplaria: In qua licet Bar. et Doct. rē prolixius tractēt, in l. ex facto de vulg. & pup. nos tñ breuissime agemus, et vtiliora selegentes, docebimus rē p̄ septē particulas. Prima versabit̄ circa cognitionē substitutiois exēplaris, Deinde a quo fiat: Tertio loco cui fiat: Et quarto, quibus verbis. Quinta particula tractabit̄ requisita: Sexta effectus docebit̄: Et vltima extinctionē, & qualiter finiat̄ ista substitutio.

Quo ad primā pticulā, cū res p̄ definitionē cognoscat̄, notandū est, q̄ exēplaris substitutio, sc̄m sc̄iam solit̄, in hoc tractatu in primo dubio, est, quā parētes faciūt liberis suis, q̄ ipsi p̄pter furorē, vel aliū morbū ingrauescentē testari nō possunt. Et dicūt exēplaris vel exēplaria, q̄a ad exemplū substitutiois pup. est introducta, quā olim nō nisi a principe impetrabat̄, d. l. ex facto. Hodie aut̄ postq̄ recepta est cōstitutio Iustiniani, nō opus est eā impetrari a principe, Insti. de pup. subst. §. quā rōne. d. l. humanitatis. C. de impub. et alijs subst. Et est ideo inuēta vel recepta, q̄a filij impedimēto furoris vel morbi sibi ipsi testari nō poterāt, p̄pter humanitatē ergo indultū est parētib⁹ vt eis substituāt

Secūda particula, a quo fiat substitutio hęc: Et certe a parētib⁹ vtriusq̄ sexus; p̄ potest substituere exēplariet̄, et itidē mater. Nec cōsiderat̄ hic patria potestas, sufficit aliq̄e naturę et generatiōis ptātī subesse, q̄ ita est in matre sicut in patre, d. l. humanitatis. Et ratio est, q̄ in pupillari pater tm̄ substituit, hic aut̄ vtriusq̄ parētes, q̄a humanitas suggestit̄ impatori, et q̄dam cōniseratio eorū, q̄ morbo laborāt, quę merito habet laxiores habenas, quę nō est in pupillo. In quo nō est alia ratio, q̄ q̄ ipse testari nō possit. Et qd̄a rigor iuris cōcurrīt cū pupillo, vt uoluit Bar. Et cū plurimū philosopharet̄ Bar. de rōne, tandē cōcludit̄ id placuisse impatori, per l. nō oim. ff. de legi. Matrē aut̄ intellige, quę sit honesta, pudica, nō turpis, arg. eorū q̄ habent̄ in l. si qua illustris, ad fi. C. ad Tertull. et quę sup̄ de patre turpi dixius, multo magis recipiunt̄ in matre impudica: q̄ si sibi ipsi moderari nō potest, quō p̄ficeret filio: Deinde matrē intellige, q̄ nō trāsierit ad sc̄da uota: eo casu adeo nō potest substituere exēplariet̄, vt si substituisset anteq̄ ad sc̄das nuptias cōuolaret, et postea sc̄do nuberet, testamentū factū euanesceret, ut p̄ Bar. in d. l. ex facto, col. iij. vers. qd̄ si mater. Habet aut̄ rationē, q̄ mater ad sc̄da uota trāsiens, nō p̄dit facultatē substituendi exēplariet̄. Nā de muliere ad sc̄das nuptias trāsente, lex male cōfidit̄, p̄ d. l. lex q̄ tutores. §. serui. C. de adm. tuto. Deniq̄ pupill⁹ nō debet alia apud mulierē transeuntē ad sc̄da uota: habetis l. ij. C. ubi pup. edu. deb. Et quis Imol. et las. circa hoc disceptēt, tñ x̄gas est pro Bar. cui⁹ doctrinā seq̄t Poli. in q̄nto suo dubio. Quid aut̄ si p̄ et m̄, vterq̄ velint exemplr̄ testari filio furioso: et fortasse ambo fecerūt testamenta marit⁹ et uxor, an̄ abo testamēta valeāt, an alterz̄ alteri p̄ferat̄: et qd̄ p̄ferat̄: Bar. in d. l. ex facto recitat opi et satis plixa distinctiōe, p̄cedit: Ego ex snia Politi puto p̄ris testm̄ p̄ferri tanq̄ dignioris: Nā in tutelā (a q̄b⁹ recte sumunt̄ arg.) a p̄re tutorē daunt̄ extra testm̄ iudex cōfirmat sine aliq̄ ingstitiōe: Sed a matre tutorē datū, etiā in testamēto, iudex nō cōfirmat, nisi diligēter ingrat: adeo p̄feri p̄ris autoritas matris factō, l. i. l. mulier. ff. de cōfir. tut. Hoc tñ ver̄ et receptū est, q̄ p̄to testō p̄ris, substitut⁹ heres ex fideicom̄isso restituat bona materna ei, q̄ in testō m̄ris substitut⁹ fuit. An aut̄ si fr̄i furioso substituet̄: nō puto: cū hoc nō sit iure traditū: deniq̄ in fr̄e ad fr̄em nō solū nō est aliq̄ patria potestas, sed nec ulla superioritas naturę vel generatiōis, id qd̄ om̄ibus constat.

Tertia particula, cui fiat exemplaris substitutio. Et cōstat q̄ sit filijs legitimis & naturalibus, uel legitimis tm̄, eo furore correptis, qui possit esse perpetuus: Item & mēte



**D** captis, qui et sint illi, qui mente & ratione capiunt, d. l. ex facto, d. l. humanitatis. Item et surdo, qui in totum est surdus: sic & in mutus, nam quia testari non possunt, l. discretis, C. q. test. fa. poss. certe eis substitui exemplariter poterit. De mutus est expeditus in d. l. ex facto, cit. caprin. De surdo non est dubitandum. Paria dicemus de prodigo, cui ob prodigalitate est bonis interdictus: quia sicut testari non potest, in l. is cui, de testa. ita ei substitui potest exemplariter. Et quis aliquid Doct. contrarium sentiant, tamen uerum est quod dixi, quia prodigus comparatur furioso, scilicet quod furiosum exitum pariat prodigalitas, l. is q. d. si. de tuto. dat. in l. i. C. de cura. furio. ubi isti duo aequiparantur. Prædicta sunt vera, nisi isti subiecti morbo uel uitio, ante morbum uel uitium testamentum fecissent dum fuissent sani: quia ista testamenta furor superueniente non cadunt. Quod enim a principio recte factum est, non debet ab euentu superueniente intercidere, l. nec cum, cum multis concord. per glos. ff. de iti. actu q. pri. Et est alia ratio uiua: quia lex, quæ ex humanitate processit (sicut hic de exemp. substit.) non debet in duritiam conuerti, hoc est ut auferat testamenti factio sano homini, ut hic pulchre Bar.

Quid autem de fatuo, an pater ei possit substituere exemplariter? Ioan. fab. & Ang. Insti. de testa. mirabiliter negant posse eis substitui, per l. iij. in fi. C. q. testa. fa. pos. Sed non est verum, cum eodem morbo laboret fatuus, quo mente captus (de fatuis loquor, non de his qui sunt crassa rationis) recte igitur eis exemplariter substitui potest: quod & Politus tenet. Nec obstat d. l. iij. quia non de fatuis, sed de his loquitur, in quibus non est plenus vigor, id est, qui necdum attigerunt. xxv. annos, ut glos. ibidem. Quid enim fatuus diceret nisi fatuus? d. l. quidam ff. de cond. inst. Sed quid si aliquis pupillus sit, & furiosus? Hic duo concurrunt, pupillaris & exemplaris substitutio, utra ex eis præferet? utram poterit facere pater? utram mater? Dicite notabiliter ex sententia Bar. quod pater hoc loco non possit substituere exemplariter, sed tamen pupillariter. Nam substitutio pupillaris est ordinaria, exemplaris extraordinaria, sed ordinariū præferet extraordinario, l. in causa. ff. de mino. & habetis tex. in l. qui habet, ff. de tute. ubi si pupillus in furorē cadat, non est ei dandus curator tanquam furioso, sed manebit sub tutoribus tanquam pupillus, nisi pupillus non esset in potestate patris: tunc enim exemplariter substituit, & ualebit ea exemplaris, intra pupillarem aetatem, iure pupillaris, postea ut exemplaris, ut latius per Bar. in d. l. ex facto, col. in. vers. sed quero circa hoc. Ceterum mater, quæ non habet pupillum in potestate, illa posset substituere pupillo exemplariter, per ea quæ supra dixi.

Quid autem de naturalibus tamen? Quid si incidant in furorē? certe eis per patrem exemplariter substitui non potest, licet Bar. in d. l. ex facto, aliter sentiat: sed improbat communiter a Doctor. quia cum institutis sit relinquenda legitima, ut d. l. humanitatis: quæ legitima non habet locum in naturalibus tamen. Et ista est communis sententia, licet Politus conetur defendere Bart. sed nulla iusta ratione. Hoc uerum est, quod mater mulier soluta, potest substituere filijs exemplariter, filijs naturalibus tantum, imo & spurij, qui sunt vulgo concepti, Insti. de stat. ho. d. uulgo. Nam matri succedunt filij naturales & spurij una cum filijs legitimis, Insti. ad orfi. d. nouissimo. l. i. d. i. ff. ad Tertul. quod difficile esset obtinere apud Latinos.

An autem filius possit patri furioso substituere? Bar. hic putat non posse, postquam hoc non est iure cautum. Nam d. l. humanitatis, clare distinguit, quibus, & a quo possit fieri hæc substitutio, a qua non debemus recedere. Nec obstat d. l. his q. de tuto. dat. ubi filius potest dari curator patri furioso: quia hoc receptum est propter bonorum administrationem. Nam filius potest administrare bona patris in vita sua, quod est officium curatoris: sed substituere est quoddam grandius, quia infert perpetuam successionem bonorum post mortem patris: quod non ita facile concedit. Quam sententiam Bar. hic approbat Politus, dicens indecorum esse, quod filius patri substitueret. Denique dixi in superioribus, hi qui substituunt, debent habere aliquam superioritatem, quam non habet filius in patrem.

Quarta particula, quibus uerbis explicet exemplaris substitutio. Et sane ista uerba sunt recepta, quod cum pater instituit filium furiosum, ei substituatur, si in furore uel alio morbo, quo testari impeditur decesserit. Ista sunt propemodum uerba in hac substitutione usurpata. Quæ possunt etiam breuius confici, ut si in furore uel morbo filius decesserit, substituo, &c.



Quinta particula, quæ ad substitutionem exemplarē requirantur colligimus. Sed si meminerimus requisita ad pupillariē, quæ supra sunt prolixè tractata, facile etiā requisita in exemplari colligemus. Nam primò exemplaris nemini fit nisi filiis legitimis & naturalibus, vel legitimis tantū, aut legitimatis. Item non requiritur hic patria potestas quæ requiritur in pupillari, cum & mater possit exemplariter substituere. Porro hinc requiritur quod filius cui substituitur, nō recidat in potestatē sui patris, si forte ab auo substituatur nepoti furioso, ut per Bart. loco supra allegato, quod tamē apud me non est expeditū, cum patria potestas hoc loco nō curetur, & filio furioso prouisum fuerit semel testamento. Item requiritur quod furiosus vel alius morbidus in furore vel morbo decedat, sicut de pupillis supra diximus. Item necesse est, quod pater sibi ipsi faciat testamentū, quod colligitur ex d. l. humanitatis, cum dicit relinquendā esse legitimam filio furioso. At legitima relinqui nō potest nisi iure institutionis, per vulgata. Item requiritur quod hæreditas patris sit acceptata, nō dico adita de iure ciuili sicuti in pupillari. Nam furiosus nō potest adire hæreditatē cum careat animo, l. si. d. si autē perpetuo. C. de cura. furio. Nec curator pro eo adire potest, cum ex alieno aīo nō adeat hæreditas, sed necesse est quod curator petat bonorū possessionem secundū tab. quod est nota. dignū. d. d. si autē perpetuo. quæ procedunt in furioso & mente capto. Cæterū si aliquis sit qui morbo ppetuo detineat, & habeat tamē rationē, tunc ista nō procedent. Item in eo cōueniunt pupillaris & exemplaris, quod sicut existētia sui hæredis tabulas pupillares sustinet, ita & existētia sui hæredis furiosi sustinebit tab. secundas. Deniq; ut dixi, hic nō requiritur patria potestas. Item quamuis pupillo, quilibet possit substitui, etiā extraneus, hoc tamen nō est in exemplari; quia pater vel mater cōgunt substituere filios eius, qui in furore est, vel eius qui mutus vel surdus est si habeat. Sin vero non haberent descendentes, necesse est quod substituerent fratres furiosi, muti, vel surdi. Si forte pater habeat alios filios, quibus deficientibus, tunc possunt substituere parentes quæ volunt. Ita per ordinē traduntur in d. l. humanitatis. Possunt autē parentes vnū ex filiis substituere furioso, & alios præterite si velint, quamuis in hoc disceptent Doct. sed tex. est clarus in d. l. humanitatis, cum dicit, vnū, vel duos, vel oēs. Et ita sentit Politus. Deniq; in hoc dissident pupillaris & exemplaris: quia pupillaris nō fit nisi pupillo & impuberi, sed exemplaris debet fieri puberi, tex. est, Insti. de pup. subst. d. quia ratione, ad quē. d. nonnulli nō bene aduertunt; cum em̄ dicit tex. Et si puberes; intelligūt, & implicatiue, quod non solū puberibus, sed etiā impuberibus possit substitui exemplariter, quod nō est verum. Quia dictio, etsi, pro quamuis ponit; nam supra diximus, impuberi furioso, per patrem nō nisi pupillariter posse substitui. Et hoc etiā Politus probat. Cætera quæ in pupillari dixi, hic applicabis.

Sexta particula, qui sint effectus exemplaris substitutionis. Et primò substitutio exemplaris cōtinet in se tacitā vulgarem, ut cum testator dicit instituo filiū furiosum, & si in furore decesserit, substituo Flaecū. Certè si is in furore decedat, & nō sit hæres patri, quæ est tacitā vulgaris, nihilominus substitutus accipiet bona: quia hoc loco non est ratio aliqua diuersitatis inter vulgare & exemplarem, cum ista continentia tacitæ vulgaris, legis potestate emergat, ex præsumpta mente testatoris. An autē in expressa vulgari, tacita exemplaris cōtineatur, si forte superueniat furor filio vulgariter instituto? Bar. in d. l. ex factō, col. vij. vers. quæro qualiter hæc substitutio, non satis explicat; putare paria esse sicut in pupillari, ut si pater instituat filiū aliquem, etsi hæres non erit, substituat Flaecū: Is filius si in furorē incidat, & in eo decesserit, credo ex tacita exemplari admitti substitutū. Item sicut mater per expressam pupillariē excluditur, ut supra diximus in superiori cap. ita & per expressam exemplariā, quibus cōsequens est, quod mater potest præteriri in exemplari substitutione, licet hoc negauerit gloss. in d. l. precibus, tamē hæc est cois opī. post Bar. Et sicut tacita pupillaris in expressa vulgari, non excludit matrem, nec auiam, nec patrem emancipatum, de quibus dixi supra in præcedenti capite; ita & tacita exemplaris non excludit matrem, ex paritate rationis.

Item sicut



**D** Item sicut in pupillari ad substitutum pertinent oia bona patris & filij, ita etiam in exemplaria substitutus oia bona habebit, arg. d. l. sed et si plures, §. ad substitutos, ff. de vulg. Septima particula, qualiter finiatur substitutio exemplaris. Hac substitutio extinguitur, si testamentum patris cadat his modis, de quibus dixi in pupillari. Et breuiter quaecunque dixi in effectibus de pupillari, ista possunt ceteris paribus hic repeti. Sunt tamen duo praecipua, quibus hac substitutio finitur. Vnum est si furor cessat vel morbus; quia tunc euauit & extincta est substitutio, d. l. humanitatis, ubi est hoc expressum circa si. Quid autem si deficiente furore vel morbo, is morbus reuertat, sicut videmus esse quotidianum? Bar. hic in pe. col. reiectis opin. antiquorum, tenet substitutionem exemplariam non expirasse, ita quod nihilominus postquam redijt furor, duret testamentum exemplare, & perpendit verbum, cesset, & verbum extinguit, in d. l. humanitatis. Quia ista dicunt cessare, quae non sunt extincta, & quae redire possunt, in d. l. inter stipulantem, §. sacram, de verb. obli. cum dicitur obligationem cessare, sed non esse extinctam. Et hoc communiter tenet circa furiosos, qui habent dilucida interualla. Politus hanc comunem opin. reprobat, & bene, quia postquam desijt furor, & reuera est sanitas, cur non finiret testamentum exemplare, cum cessante causa, cesset effectus? Denique expectare an iterum recidat in furor, est casus aduersus hominis, qui non debet considerari, ut dicit in d. §. sacram. quapropter Politus putauit, desinente furore mox finitam esse hanc substitutionem: & si rediret furor, ista cessans substitutio non resuscitaret. Et licet alias differentia sit inter extinguere & cessare, d. §. sacram, tamen in materia nostra non est differentia: imo hic aequiparant, nam in d. l. ex facto, dicitur extinguere substitutionem, at in d. l. humanitatis, dicitur cessare. Ego puto concordari posse utraque opiniones. Refert enim cum furor desijt, an longo post tempore redeat, an vero per pauca interualla. Nam si longo post tempore furor, sanitate iam extante, redierit, tunc ueram esse puto opinionem Politii: quia testamentum exemplare abiit, & redeunte furore non conualescit. Nam tales furiosi testari possunt, l. furiosi, C. de testa. Ceterum si furor redeat breui tempore, sicuti hi sunt, qui dicunt in umbrata quietis, in l. quod meo, ff. de acquir. poss. tunc sto cum Bart. quod testamentum exemplare non expiraret cessante aliquando furore. Nam tales non possunt acquirere possessionem, & fa. l. quicquid, in fi. ff. de reg. iur. ubi non dicit mulier diuertisse, quae statim redijt. Secundum est, quo finit testamentum exemplare, si cui substitutum fuit, filios acquirat, quod in furdo & muto verificari poterit, in furioso non uerificat. Siquidem illi gignere filios legitimos possunt, hi non possunt, fa. d. l. ex facto.

F

## DE BREVILOQUA SUBSTITVTIONE, CAP. 4.



Vnc ad quartum Capitulum succedentes, Breuiloquam expediamus. Bar. in l. Lucius, ff. de vulg. per quatuor col. extēdit, las. ibi per. xvi. col. Nos summa per fastigia reze transibimus. Tria praecipua in hoc capite tractabunt. Primo, quae & qualis sit ista substitutio: Deinde quibus verbis fiat: Et tertio loco de effectu. Super primo sciendum est ex sententia Bart. loco supra allegato, hanc substitutionem non esse speciem distinctam ab alijs, scilicet quae alias in se substitutiones contineat: unde est quaedam adiectio, sicut quando agitur ex peculio contra patrem, peculium non est nomen actionis, sed quaedam qualitas circa actionem, l. iij. §. cui congruit, ff. de pecul. Sic substitutio breuiloqua quoddam accidētale est circa directas substitutiones. Et hanc iuriscō. in d. l. iam hoc iure, de vulg. reciprocā nominat, quasi reductam, repetitam, reflexam: quia sicut fluctus reciprocant in angusto mari, id est, sese repercutiunt refligendo, ita ista substitutio de uno in alterum retro ducitur, reflectitur, & repetitur. Doct. nomine magistrali vocarunt breuiloquam, propter l. cum in testamento, §. his verbis, ff. de hære. insti, ubi haec substitutio dicitur



dicatur breuiter fieri. Doct. post Bar. disceptant varijs in locis, an substitutio breuiloqua sit propria species, Tu dicas ex sententia Ias. uno verbo, q̄ modus inducendi in reciproca, est alius & separatus à cæteris substitutionibus; sed quo ad materiã circa quã uersatur, non distinguitur à cæteris.

Secundo dixi, inquirendũ est, quibus uerbis fiat. Et sane noueris uerba huiusmodi usu uenire, cum testator, institutis aliquibus hæredibus dicit: Vos inuicem substituo: ibi alter alteri breuibus uerbis est substitutus, ut d. l. iam hoc iure, fa. l. quã plures, l. co hæredi. qui discretas, ff. de vulg. l. hæreditatem. C. eo. cum alijs hic per Bart. Item fit etiam his uerbis, instituo Titium & Sempro. & uter ex eis superuiuat alteri, substituo, ita est tex. in d. l. Titius, ij. c. l. seq. ff. de hære. insti. Bart. allegat, l. si fundo sub cõditione, §. his uerbis, ff. de leg. i. quã tamen parum facit, ut etiam dicit Ias. Deniq; & breuiloqua huiusmodi uerbis usurpari poterit: Publius & Marcus & Caius, substituti inuicem mihi hæredes sunt, perinde est ac sic dixisset: Publius, Marcus & Caius hæredes sunt, quos inuicem substituo, d. l. cum in testamento, §. hæc uerba, ff. de hære. insti. Quod si testator huiusmodi uerbis utatur: Vos hæredes meos instituo, & si quis inter uos decesserit, bona mea ad reliquos deueniãt, uel alter alteri succedat: quę uerba sunt quotidiana in Germania nostra. Vnde quari circa huiusmodi uerba poterit, an faciant substitutionem breuiloquam. Ray. dicebat eam esse obliquam fidei cõmissariam, propter uerbum deueniat uel perueniat. Nam eo uerbo utimur in fidei commissis, allegat l. fideicommissa, §. hæc uerba, ff. de leg. iij. tamẽ Guil. de Cun. Bar. & cum eis cõmuniter Doct. tenent esse breuiloquam, quia ista uerba perueniat, & c. quamuis aliquando obliquari possunt, ut d. §. hæc uerba, tamen etiam in directa substitutione verificantur, sunt em̄ uerba communia, id est, quę directe & oblique ueniunt, sicut dicemus in compendiosa. Et regula est: Quoties substitutio potest intelligi directo iure, tunc nõ intelligetur iure obliquo, quod ipsum in compendiosa tractabitur. Est ergo uel pro regula tenendum, illam dici recte breuiloquam, quando in vna conceptione uerborum plures hinc inde instituuntur & substituuntur, ut hic pulchre per Bart.

Quo ad tertium, principale de effectu huius substitutionis, hic tria docebimus. Primo, quid operetur hæc substitutio, facta personis æqualibus. Deinde, quid operetur facta inæqualibus personis. Et tertio, an hæc substitutio sit expressa uel tacita, relictis multis quę per Doct. tractantur, quę omitti potuisse uidebantur.

Quo ad primum, substitutio breuiloqua facta personis æqualibus, varias substitutiones complectitur, secundum quod variant uerba substitutionis. Nam aliquando breuiloqua continet tantum duas uulgares, ut cum extranei instituuntur, & mutuo substituunt, quo casu intelligitur si alter ex eis hære non fuerit. Item & alio modo breuiloqua tantum duas uulgares continet, ut si duo impuberes emancipati instituerentur, & mutuo substituerentur, quia hic non potest uenire pupillaris, cum filij emancipati non sint in potestate. Porro & tertio hæc breuiloqua tantum duas pupillares continet, si filijs impuberibus exhæredatis ita substituatur: tunc enim uulgares includi non possunt: quia certum est q̄ non possunt esse hæredes cum sint exhæredati, ergo tantum duę pupillares cõtinebuntur. Item & quarto fieri potest, quod hæc substitutio tantum duas fideicommissarias contineat, ut si pater filios impuberes hæredes institutos, in codicillis inuicem substituatur. Nam hæreditas in codicillis directo dari nõ potest, sed tantum in testamento solenni, quapropter ista substitutio patris ad filios impuberes, licet uerba sint directa, tamẽ obliquantur secundum doctrinam Bart. per l. scauola, ubi est tex. ff. ad Trebell. Putant tamen nonnulli ex recentioribus, sicuti Franc. Areti. q̄ imo ista substitutio remaneat directa, & nõ oblique, arg. l. si militis codicillis, ff. de testa. mil. ubi miles potest directe substituere in codicillis, ex priuilegio militari; quia miles si sequitur ius gentiũ, satisfacit, nec iuri civili



hoc loco astringitur. At pater inter filios æquiparari poterit militi, ut & in eo sufficiat si testetur ex iure gentium. Nec em̄ eo casu astringitur nodis legalibus, autem, ex im̄perfecto, in l. hac consultissima, C. de testa. & hoc tenuerunt aliqui Doct. in d. l. hac consultissima, in autem, hoc inter liberos, quod mihi videtur verum, quamuis vehementer contradicatur: sed consuetudo Germaniæ nostræ pro nostra parte militat, & fa. l. si, C. famil. hercis. vbi quocunq; modo pater ordinet inter filios quibuscunq; verbis, sufficit & valet ista ordinatio iure directo. Porro substitutio breuiloqua, quæ fit mente captis & furioso, non potest fieri, quin quatuor substitutiones contineat: ut si pater dicat: Instituo filios meos mente captos, & si in furore decesserint, eos inuicem substituo, &c. Hic si filij sint puberes, necesse est contineri quatuor substitutiones, duas vulgares, & duas exemplares, in cuiuslibet persona vnam. Nam tantum exemplares venire non possunt, cum pater eos non possit exheredare, ergo necesse est q̄ vulgaris concurrat cum exemplari in qualibet persona, ut ita sint quatuor substitutiones. quod eleganter deducit las. in d. l. Lucius. Item breuiloqua potest etiam continere sex substitutiones, potest continere octo, ut si duobus filijs impuberibus breuiloque substituatur, vos inuicem substituo quodocunq; alter ex vobis decesserit: hic continentur duæ vulgares in qualibet persona, si nō adeatur hæreditas. Item continentur duæ substitutiones pupillares, si adeatur hæreditas & moriant in pupillari.

**E** Item continentur duæ exemplares, si post tempora pubertatis in furore decesserint: ecce sunt sex substitutiones. Item continentur duæ compendiosæ si isti filij cessent esse in furore, & post tempora pubertatis moriantur, tunc per fideicommissum substituti accipient bona, quæ dicitur compendiosa: ut suo loco dicemus. Prædicta procedunt si pater duobus filijs impuberibus breuiloque substituatur: si autem pater haberet tres filios, tunc possunt concludi in qualibet persona sex substitutiones, vel vulgares vel pupillares: si habet quatuor filios tunc concluduntur octo, tum vulgares, tum pupillares. Et si omnes substitutiones venirent, tunc in quatuor filijs locū haberent, xxxij. substitutiones: & ita ex augmento filiorum notabiliter potest augeri numerus substitutionum secundū capita filiorum. Quod autem diximus de personis æqualibus, intelligendū est de personis in quibus utrisq; possunt verificari substitutiones, id est, quando vtriusq; personæ capaces sunt substitutionum quæ continentur in breuiloqua, sicut quando ambo sunt impuberes, vel alias in similibus & paribus conditionibus. Quod si substitutio in personis fiat inæqualibus (dicuntur autem personæ, quæ instituuntur, inæquales, quādo est dispar eorum qualitas, ut aliqui sunt puberes, aliqui sunt impuberes) de quo sumite hanc doctrinā pro regula: Quod si personis inæqualibus institutis, quæ non sunt capaces omnium substitutionum, substituatur, tunc propter inæquales nō includentur substitutiones, nisi quæ in omnibus personis equaliter verificari possunt. Exempli gratia: pater instituit filium impuberem, & filium maiorem natu puberem, & substituit eis per breuiloquam, dicens: Vos inuicem substituo: hic certū est quod continetur vulg. scilicet, si ille vel alter hæres non erit. Hæc em̄ potest verificari in utraq; personā æqualiter. Pupillaris autem substitutio hoc loco non veniet, quia nō posset verificari in maiori natu, p̄inde nec in impubere verificabit. Quo fit ut si impubes hæres existat, & intra pupillaria moriat, frater suus maior natu nō accipiat bona ipsius ex pupillari substitutione. Quid ita? quia si maior natu mortuus fuisset adita hereditate, impubes etiā ei non potuisset successisse pupillariter. Vnde determinatio debet determinare æqualiter sua determinabilia. Substitutio em̄ breuiloqua est determinatio circa successionem, pubes & impubes sunt determinabilia, ergo determinabunt æqualiter, reiecta ea substitutione quæ esset inæqualis, tex. in l. iam hoc iure. ij. rñf. ff. de vulg. vbi ponit Iurifcon. rationem absurdi, dicens: Non em̄ debet in vna persona locū habere duplex substitutio, & in altera persona tantū una. Quis ergo accipiet bona impuberis, si moritur in pupillari? frater maior natu cohæres accipiet, non ex pupillari, quia pater eo



pater eo casu pupillarem substitutionē facere non voluit, sed ab intestato. Voluit em̄ A  
 testator hoc loco cōseruare fratri puberi ius legitimarū hæreditatum, l. vel singulis,  
 in si. ff. de vulg. Hæc sunt vera nisi euidenter probetur patrē voluisse quod in pupilli  
 persona duplex institutio veniret, arg. l. in testamento, C. de testa. mil. Prædictis con  
 sequens est, si pater haberet duos filios impuberes, & vnū puberē maiore natu: in his  
 tribus personis iam audiuius substitutionē breuiloquam vulgarē tantum locū ha  
 bere. Quid aut̄ in persona impuberū, quia diximus duos esse impuberes, & tertiu pu  
 berem? An in substitutione breuiloqua saltē pupillaris in duobus istis impuberibus  
 locū habeat excluso filio pubere? Guil. & Ray. putabant pupillarem in eis contineri,  
 per iura quæ tamē non probant. Verior est sententiā Bart. quod inter duas has perso  
 nas, pupillaris locū non habeat, propter immixtionē puberis, qui est imparis ætatis, ne  
 vna res redigat̄ ad par̄ & impar. Nam immixtio facit ut dispositio aut tota prohibeat̄,  
 aut tota recipiatur, l. i. §. item quærit, ff. de aqua quoti. & æsti. vbi si aliquis habeat ius  
 aquæ ducendę, quia hoc anno duxit, si immisceat aliam aquā qua nunq̄ vsus est, pro  
 hibebitur in totū ab aqua, & fa. recte ratio, d. l. iam hoc iure: absurdum em̄ esset quod  
 in vna parte esset duplex substitutio, in alia tantum vna. Nec præsumitur testator hoc  
 voluisse, postq̄ sciuit imparē ætatem filiorū: vnde si alteruter moriatur in pupillari,  
 succedent ab intestato, quæ est cōmuni successio omnibus: ut ita cōseruetur ius le  
 gitimarum hæreditatū, per d. l. vel singulis, & fa. q̄ inæqualitas est cauenda inter fra  
 tres, arg. l. illud, ad si. C. de colla. fa. d. l. cum pater, §. dulcissimis, & ibidem glos. cum  
 concord. ff. de leg. ij. Verum est quod Doct. recentiores & alij etiā vehementer con  
 fligunt circa hoc & decertant, nō curo referre cōtr̄ certamina, quæ tamē concordant̄  
 tur per Bald. in d. l. in testamento, quæ omittō. Et quod dixi de duobus impuberibus  
 cum vno maiori natu, intelligite etiā de decem impuberibus quibus iungeretur pu  
 bes, quia numerus hoc loco nihil nouat, arg. l. si finita, §. cum autem plures, de dam.  
 infect. Quid aut̄ pater habens duos filios vnum anniculum, alterū. xij. vel. xij.  
 annorum, ambo sunt impuberes, sed alter minus distat a pubertate q̄ alter, pater hu  
 iusmodi impuberibus institutis, substituit breuiloque: Vos inuicem substituo: An  
 hic contineantur in qualibet persona duæ substitutiones, nempe vulgaris si forte al  
 teruter non sit hæres: item pupillaris si non pupillari alteruter decedat? Posset videri  
 quod non, cum magna sit inæqualitas annorum in vtrisque, & dicit tex. in d. l. Lucius,  
 circa mediū, de vulg. quod debent esse eiusdem ætatis impuberes, Ray. distingues  
 bat, ut eum Bart. recitat in d. l. Lucius. Sed Guil. de Cun. Dynus & Bart. contra  
 rium docent. Nam quamuis sit satis magna inæqualitas in vtrisque, ista tamen inæqua  
 litas cum fuerit ab initio testamenti, non referet, si ex post facto ad effectum perducatur,  
 quia non infringit dispositionem testatoris, qui eam inæqualitatem sciuit & non  
 præcauit eam, & est bonū arg. in l. & eadem, §. i. ff. de duob. reis. vbi si duo rei cons  
 tituantur recte ab initio dato quod incidat inæqualitas, propter hoc non viciabitur  
 duorum reorum obligatio: allegat Guil. l. iij. §. ibidem, ff. de Carb. edicto. Vbi si Car  
 bonianū edictum incidat in duos puberes, quorū alter sit modicorum annorum, al  
 ter plurium, si pubuerit alter, expectandā est nihilominus ætas alterius, & istam puto  
 veritatem, quamuis Doct. usq; ad fatigationem certent etiā circa hoc punctum, dum  
 quisq; indulget capiti suo. Mihi videtur satis ociosum de talibus disceptare, cum raro  
 accidat quod par sit ætas in duobus impuberibus, nisi forte in geminis: & proinde raro  
 locum habet pupillaris in breuiloqua. Et si diceres in casu nostro magnam esse  
 distantiam plurium annorum: Dic quod plus vel minus annorum non diuersificat dis  
 positionem dum intra metam ætatis pupillaris consistatur, id est, dum ab initio am  
 bo filij sint impuberes, per d. l. ij. §. ibidem. Deniq; nonne possibile est, quod maior  
 natu mox intra pubertatē moriatur, nunquid frater impubes succedat ex pupillari?  
 proinde paria dices si minor natu ante moritur, aduenticij enim euentus, non viciant



dispositionem certam, arg. glo. in d. l. vendicatio, de rei ven. quæ vult aptitudinem potius, quæ alicuius emergentis usus qualitatem spectari. Et non obstat l. Lucius, quia intelligitur de eadem ætate impuberi in genere, non in indiuiduo quo ad annos.

Quærit porro Bart. Pater habens duos filios impuberes, quos institutos, inuicem substituit, & sic continetur pup. & vulg. de quo nemo dubitat. Is pater vnum ex filiis emancipat, quò casu sine dubio finit substitutio pupillaris in ipso, ut diximus in cap. ij. supra de pupil. an etiam hoc casu substitutio pupillaris finiatur in alterius filij persona, qui adhuc est in potestate? An doctrinaliam hoc iure, habeat hic locum? absurdum enim foret duplicem substitutionem esse in vno, & in emancipato tantum vulgarẽ. Guil. tenebat ex mutatione status in vno, etiam mutari statum in alio, ut sic pupillaris quæ cessat in vna persona, etiam censeatur finiri in alia. Mouetur arg. l. i. C. de rescrip. ubi vno viciato tota congeries viciatur, & per alia iura. Et istam partem sequitur Bald. in d. l. in testamento, quã multi Doct. approbant. Bart. tamen contrariũ tenet, videlicet, nõ finiri substitutionem in persona alterius, maxime si pater ex necessitate coactus emancipasset filiũ. Nam in necessitate nemo est liberalis, l. rem legatam, in fi. ff. de adi. leg. Potest autem cogi pater ut emancipet filiũ, si forte mater ita disposuit, vel si pater sit decoctor, vel alias vilis & turpis psona, & si qui alij sunt casus. Hanc opi. Bar. sequuntur propemodũ omnes Doct. & sic habetis casum vbi nõ est absurdum quod in vno

E habeat locũ duplex substitutio, in altero non. Iaf. hunc casum prosequitur per. iij. col. breuiter ego teneo opi. Bald. & Guil. de Cun. quia non video bonas rationes Bart. quibus alibi respondebitur. Quid si pater habeat duos filios, vnum impuberem, alterum furiosum, & istos vtrosq; institutos inuicem substituit, an in eis concurrant breuiloqua pupillaris in pupillo, & breuiloqua exemplaris in furioso? Fingite furiosum esse puberẽ, pupillus moritur in pupillari, an furiosus ei succedat ex breuiloqua: vel furiosus moritur pubes, tamẽ in furore, an pupillus frater ei succedat exemplariter tanq̃ furioso, ut sic simul concurrant hæ duę substitutiones quæ fraternisunt pupillaris & exemplaris? Quidam ex Doct. admittunt, quod in dicto casu concurrant istę substitutiones, cum in eis sit magna similitudo, & exemplaris sit facta ad exemplũ pupillaris; Alij tenent, ut hic Bar. qd nõ concurrant, quod nec pupillus succedat exemplariter furioso, nec furiosus pupillariter pupillo: quamuis sit aliqua similitudo, ut diximus in materia exemplaris; ab vno tamẽ ad alterũ non est sumendũ exemplũ. Ioan de Imo, seqtur aliã opi. contra Bar. quẽ approbant cõmuniter Doct. fauore substitutionum, qui debent ampliari, nõ restringi. Et quia Imperator sumit arg. a castrensibus bonis ad aduenticia in filiosa, l. fi. C. de colla. quanto fortius etiã est hic sumendũ arg.?

F Præterea nõ obstat quod sit aliqua dissimilitudo inter exemplariã & pupillare, quia sufficit quod hoc casu nulla sit dissimilitudo. Est enim regula Abb. in. c. translatõ, de consti. quod nõ sufficit dicere aliquid esse simile vel dissimile alteri, nisi in indiuiduo dicat quo loco sit vel similitudo, vel dissimilitudo: quam opi. puto magis probabitẽ.

Quid si testator instituat filias suas in re certa, & filios suos instituat heredes vniuersales, deinde dicat: Vos inuicem substituo (quæ est quæstio vtilis & quotidiana) An sub ista breuiloqua vniuersali cõprehendantur etiã filia, quæ sunt heredes in re certa? Bart. hic tractat, & postq̃ arguit ad partes, concludit filias nõ contineri in ista breuiloqua substitutione: quia filia iste tanq̃ legatarij habent, cum eis coniuncti sint hæredes vniuersales. allegat glo. in d. l. ex factõ, de vulg. Deniq; hæres in re certa nõ habet ius accrescendi cum institutis, ut tradit in l. i. §. si ex fundo. ff. de hæred. insti. quæ propter nõ possunt venire cum filiis, attenda maxime consuetudine, attentis statutis, quibus filia nõ succedunt cum filiis. His coniecturis simul cõiunctis filia excluduntur a breuiloqua substitutione: & quamuis Doctores cõcertent, veritas tñ est per Bart. quẽ hoc loco sequor. Tandem sciendũ est quod breuiloqua tantũ coniunctos respicit. Nam si in eodẽ testamento aliqui essent coniuncti, & aliqui disiuncti, & postea sequeretur substitutio breuiloqua, ea substitutio tantũ ad coniunctos refertur, ut testator in-



stator instituit Titium & Semp. in aliqua quota bonorū, deinde instituit Valerium et Flaccū in alia parte bonorū, et fingite quod in reliquis bonis instituit Ciceronē & Salustium: ecce sunt tres combinaciones, & quelibet combinatio est disiuncta ab alijs: Primi sunt simul coniuncti re, secundi etiā sunt coniuncti inter se re ipsa, ita & tertij, sed secundi & tertij sunt disiuncti a primis, tertij sunt disiuncti a secundis: post istos oēs institutos dicit testator: Vos omnes inuicē substituo: hoc certe non intelligit de omnibus permixtim, ut si forte vnus ex eis nō esset hæres, alij oēs admitterentur, certe nō, quia ista breuiloqua: Vos omnes inuicē substituo: respicit cōiunctos primi ordinis, & nō disiunctos alios; & item respicit coniunctos secundi ordinis, & nō disiunctos alios. & ita dicite de coniunctis tertij ordinis. Ita habetis tex. in saepe allegata l. cohæredi. §. qui discretas, de vulg. Dicta tñ doctrina nō habet locū in coniunctione legali, ut si testator habuerit duas vxores, & ex vtraq; filios, nempe duos filios ex priori, duos vel plures ex posteriori, si eos oēs hæredes instituat, & inuicem substituat, hoc loco decedente vno ex alijs primi matrimonij, nō præferetur frater vtrinq; cōiunctus, sed omnes simul admittentur ex substitutione: Non obstante quod duo filij prioris matrimonij sunt coniuncti. Quia (ut dicit Bar.) licet sint coniuncti cōiunctione naturæ & sanguinis, quæ est coniunctio legalis, tamē non sunt coniuncti facto hois. Illi em̄ dicuntur recte cōiuncti, qui a testatore in vna quota bonorū coniunguntur. At coniunctio sanguinis in dispositione testatoris nō attenditur. Bar. in l. re coniuncti, in. iij. q. principali, ff. de leg. iij. Porro hoc nō est prætermittendū, q̄ substitutio breuiloqua generaliter omnibus facta, nō comprehendit eos, quibus fuit specialiter prouisum: quia vulgo dicimus generi per speciē derogari. Nam si testator patrē & filiū coniungat in dimidia bonorū, & eos inuicem substituat, hæc est specialis substitutio: Deinde instituat alios hæredes in reliqua parte bonorū, & dicat: Omnes hæredes meos inuicem substituo: quæ est generalis substitutio: per istam generalem non includuntur pater & filius quibus fuerat specialiter prouisum, d. l. cohæredi. §. qui patrem.

Nunc ad vltimā particulam. Substitutiones in breuiloqua sunt expressæ, saltē in genere, ut est glo. in d. l. Lucius, de vulg. Insti. eo. de pup. & idem tenuit Azo. dixi vobis supra in. i. cap. Et quod sint expressæ substitutiones, saltē in genere, argumento hoc conuincimus: quia substitutio pupillaris quæ in breuiloqua generaliter exprimitur, excludit matrem, d. l. Lucius, ad si. vnde cōsequens est q̄ sit expressa. Nam si esset tacita, mater nō excluderetur. Nam supra in primo cap. audiuimus matrem nō excludi per tacitam pupill. Et quamuis glo. in d. l. precibus, putet substitutiones in breuiloqua contentas, tacite contineri, hoc quamuis verū esse possit, quo ad primā figurā verborū, & quo ad expressionem indiuidualem, tñ quo ad expressionem generis nō est verum: quia tunc nō dicuntur tacite sed expressæ. Nam qui dicit homines, is sub cōpendio verborū omnes species cōplectitur, l. Meuius. §. duorū. ff. de leg. iij. Ne ergo vos seducat distinctio Bart. in materia vulgaris, eas substitutiones, quæ in genere sunt expressæ, non dicitur tacitas, sed expressas. Verum si loqueremur de præsumpta substitutione, tunc tacite dicitur inesse, vulgaris in pupillari, & pupillaris in vulgari, quæ potius dicentur præsumptæ q̄ tacite, vt dixi in primo cap. ex sententiā Politi.

DE COMPENDIOSA. CAP. V.



St materia latissime patet, in qua Doct. vix possunt inuenire finē: nos quantū possumus breuissime eam tractabimus. Præmittimus autē pro euidentiā id quod a principio supra in primo cap. aliquantulum attigi, qd aliquando directe substituitur, aliquando oblique. Directe tunc dicitur substitui, cū hæres bona ex testamēto relicta propria autoritate sumit: qd statim latius declarabimus. Oblique autē substituit, aut ex pposito & intētiōe testatoris, aut ex euentu p̄ter intētiōem testatoris. Prior dicitur obliqua, posterior obliquata. Obliqua substituit, q̄ ex intētiōe testatoris et ex eius pposito emergit, est quā nos vulgo noiamus si dei



**D** mus fideicommissariam, ut cū testator instituit heredem unum uel plures, & grauat eos ut restituant hereditatem Titio, ista dicitur substitutio per fideicommissum, de quo principaliter in nostro tractatu nō tractabimus, nisi fortasse incidenter aliquando, est enim materia tituli ad Trebell. ff. & C. quia tunc hæres deducit quartam, ne sit frustra hæres. Insti. ad l. falci. in princ. cum vulg. Ex euentu autem & præter intentionem dicitur obliquata substitutio, cum testamentum propter defectum aliquem redigitur ad codicillos ex regula codicillari; quia tunc obliquatur, ut hæres institutus bona testatoris non directe, sed de manu succedentium ab intestato accipiat. Hoc sic præmissis, diuidemus materiam Compendiosam in quatuor membra. Primo quid sit compendiosa, & quare sic dicatur: Deinde quibus verbis fiat: Tertio de effectu ipsius: & Quarto aliquas quæstiones tractabimus.

**E** Super primo membro Bart. in l. centurio, de vulg. compendiosam ex mente Azo, definit esse substitutionem, quæ sub conditione, mortis, vel alia plura tempora complectitur. Ab ista definitione recedit Ioan. de Imol. & Fran. de Aref. propter rationes quas omitto. Politus hic in tractatu compendiosæ, dicit eam esse defectuosam, vnde aliter definit: esse substitutionem, quæ cum plura tempora contineat, aut tractum temporis, sub compendio tamen plures substitutiones complectitur. Est enim proprium compendiosæ, quod tractum temporis in sese contineat: quod est ad multa sequentia notandum, ut dicitur, quando cūque decesserit hæres substituo Titium: ut suo ordine dicitur. Continet autem plures substitutiones compendiosa, sub ista modica breuitate, scilicet, vulgarem, pupillarem, exemplarem, directam, & fideicommissariam obliquatam: sicut iam declarabo. Et dicitur compendiosa à compendio, id est, à breuitate verborum. Differt autem à breuiloqua, quæ licet etiam plures substitutiones contineat, tamen non habet tractum temporis: Vel quod uerius est, breuiloqua non explicatur nisi in duobus ad minus, vel pluribus personis: ut cum dicitur: uos inuicem substituo. At compendiosa respicit tantum vnam: quæ est yerior differentia. An autem compendiosa sit propria species, an adiectio quædam, dimissis quæ per Doct. hic diffuse tractantur, dicite, quod quo ad militem sit distincta species, ut postea uidebimus: quo ad alios dicemus, quod quantum ad materiam circa quam versatur compendiosa, tunc non erit distincta species.

**F** Super secundo membro, qualiter & quibus verbis fiat compendiosa, Hic aduertendum est nos loqui de verbis duplici respectu, aut quæ respiciunt substitutum, aut quæ eum concernunt cui substituitur. Priora illa verba ad substitutum pertinentia, sunt in triplici genere: aliqua enim directa, aliqua obliqua, aliqua communia nominantur. Directa sunt, per quæ substitutus directo & per se, nō per mediam personam ad hereditatem peruenire potest. Vnde omne verbum, per quod immediate succeditur testator, & quod ministerium uel factum alterius non requirit, est directum: ut dicit Bart. in l. centurio, circa fi. quod etiam procedit in substituto, ad quem bona post mortem instituti heredis directe & immediate deuoluuntur: ut per glos. in l. eam quæ, in verbo directis, C. de fideicom. Bal. in l. fi. C. de sacrosan. eccle. Et licet Bar. in l. centurio, in. iij. col. distinguat verba directa, quæ aliqua sint directa ciuilia, quæ Ioan. And. in c. si pater, de testa. lib. vi. nominat directo directa, ut est verbum: hæres esto: & alia directa non ciuilia, quæ Ioan. And. nominat nō directo directa. Ista tamen distinctio nihil est, utpote commenticia, ex proprio cerebro Bar. & Ioan. And. quæ & à plerisque Doct. & maxime à Polito improbat: qui dicit Bar. sese nō intellexisse: nec mihi unquam placuit ea distinctio, quæ eam vltro difficilem magis obscurat sine omni necessitate, vnde sileamus deinceps de hac distinctioe tanquam iure non fundata. Verba igitur directa sunt: hæres esto: Item uerbum, dominus esto, in l. his uerbis, in princ. ff. de hære. insti. Item, heredem instituo, ut toto tit. ff. de hæred. insti. quod loco non credes, quod uerbum, instituo, sit directum de sui natura, cum verificetur etiam in legatis, in fideicom



in fideicommissis, ut in principio tractatus nostri ex sententia Politi diximus, hoc ergo  
 verbum, institutio, licet late patet, se solo sumptum, tamen cum additur qualitas hæ- **A**  
 reditaria, ut, hæredem instituo, tunc dicitur verbū directum: ut eleganter hic Polittus  
 in materia compendiosa. Ista sunt verba directa indubitate, licet Doct. aliqui cauis  
 lentur circa verbum, dominus esto, quod non curio referre. Bart. addit ad verba di-  
 recta, verbum capiat, verbum accipiat, verbum moriatur: ut cum dicitur: post mortē  
 filij moriantur bona mea Titio, ut in. c. si pater supra allegat: sed ista potius dicentur  
 verba communia, de quibus loquemur suo ordine, quamuis Bart. ea nominet dire-  
 cta non ciuilia. Sed is ipse Bart. circa si. melius sentiendo, vult quod verba directa  
 non ciuilia (sicut ipse nominat) nihil differant a communibus, quod verum est.

Obligua verba sunt, cum testator iubet, rogat, mandat, iniungit hæredi ut resti-  
 tuantur bona Titio, l. restituta, ff. ad Trebell. l. iubemus. C. eo. tit. vnde verbum, res-  
 titui, vere obliquum est, sicut & alia verba distribuendi: ut cum dicit testator: bona  
 mea distribuuntur, reddantur, diuidantur, partiantur, & similia, quæ per discursum  
 iuris inueniri possunt: & maxime ista verba rogo, volo, mando: quibus verbis fidei-  
 commissaria substitutio conficitur, quam & precariam nominat Iurisconsultus in l.  
 quærebatur. in. rñ. ff. de testa. mñ. Communia verba sunt, quæ vtrique significatio-  
 ni conueniunt: possunt enim esse directa aliquando, ut cum manu sua capit hæredem **B**  
 tatem hæres: possunt & esse obliqua, cum de manu alterius capit, glo. in d. l. precibus.  
 C. de impub. & in l. centurio, &c. Super quibus verbis ex sententia Bald. in d. l. si. C.  
 de sacrosan. eccle. hanc sune not. doctrinam: Verba quæ ex propria significatione  
 ad directam & obliquam trahi possunt, si vniuersitati bonorum adijciantur, directa  
 sunt, si rem certam respiciant, obliqua, vt si dicat testator: hæreditatem meam capiat  
 Titius, vel accipiat, vel perueniat ad Titium: iam ista verba sunt directa. Sin vero di-  
 cat, fundum capiat Titius, vel aliam rem certam nominet, sunt obliqua: quæ regula  
 non est perfecta ut postea dicitur. Verba communia complura nominantur per Bar.  
 in d. l. centurio, per Bald. d. l. si. per Philip. Fran. in d. c. si pater, & per Doct. Nam &  
 verbum substituo comune esse nemo ignorat. Dicimus em substitui directo, & sub-  
 stitui per fideicommissum. Si tamen qualitas hæreditaria adijciatur, ut substituo hæ-  
 redem, iam verbum substituo, cæteris paribus est directum, ut dicit Franc. in d. c. si  
 pater. Item capiat, accipiat, moriatur (quæ Bart. directa non ciuilia nominat) sed res-  
 cte communia sunt, quia possunt ad directam & ad obliquam substitutionē accom-  
 modari. Paria dixerimus de verb. deueniat, licet Ray. male putarit ea esse obliqua, ut  
 diximus in breuiloquam.

Sunt & alia verba communia, ut pertineat, remaneat, **C**  
 redeat, reuertatur, deuoluatur, deferatur, habeat, consequatur. Item verbum depu-  
 to, relinquo, competat, maneat, & multa id genus, quæ Fran. eleganter enarrat post  
 alios Doct. in d. c. si pater, licet Doct. de verbo succedat, disceptarint. Item verbum  
 volo iuxta qualitatem dispositionis modo directum est, vt cum dicit testator: volo hæ-  
 res meus bona accipiat, volo Titius sit hæres meus. Est & obliquum, ut cum testator  
 dicit: volo quod bona mea restituat hæres Titio. De verbo, lego, dubitari potest an  
 sit commune. Bart. in d. l. centurio (credo in. in. col.) dicit quod quamuis hoc verbū,  
 lego, ex latissima significatione etiā ad hæreditatem possit accommodari, ut lego tibi  
 hæreditatem meam, lego tibi omnia bona mea, arg. l. verbis legis, ff. de verb. sig. vbi in  
 principio recitatur ius duodecim tabul. vti quisq; legasset bona sua ita ius esto: tamen  
 ex comuni vsu, etiam communibus moribus hoc verbū lego recedit ab hæredis insti-  
 tutione. Est enim hodie coangustatū ad res singulares legatas, id quod voluit Iuriscon.  
 in d. l. verbis legis, in fi. Doctores tenent quod sit verbū comune, quod est pro nota-  
 rijs, qui nō semper sciunt scribere, instituo. Et q; hoc verbū possit accommodari ad hæ-  
 reditatem, est arg. in l. filiū. §. sed si portio, ff. de leg. præst. ubi cū dicit Iuriscon. hæredi-  
 tatem relinqui honesto titulo, intelligit titulo legandi, quæ nominat honestū: qd est  
 notatu di-



**D** notatu dignum licet dicat hereditatem conferri pleniori honore, id est, titulo institutionis. Unde titulus legandi est honestus titulus, instituendi habet pleniorē honorem. Ex quo tex. sumunt Doct. quod legitima sit relinquenda filio iure institutionis tanq̄ pleniorē honore: Et hæc quantum ad verba cōmunia substitutum respicientia: at vero quo ad eum cui substituitur, modus substituendi receptus est, ut instituatur filius, & quodocunq; decesserit, vel si intra, xxy. annos decesserit, substituat Caius, vel hereditatem capiat, vel ei relinquatur hereditas, vel alijs verbis communibus. Et hæc est vera & recta compendiosa. Possunt autem tempora non limitari, ut, quodocunq; decesserit. Possunt etiam limitari ad certos annos vti testatori placuerit, dum tamen anni pubertatis excedantur, glos. est in d. l. centurio, glos. in d. l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. glos. canonistarum in. c. Rainucius, in verbo vel substitutionis. Postest & compendiosa ita fieri ut instituatur filius, & si sine liberis decesserit, Titius substituitur. Hæc enim verba (si sine liberis) habent tractum temporis, ut ad sensum patet. glos. in d. c. si pater.

**E** Quid autem si testator sic dicat: instituo filiū, & quodocunq; Titius consul fuerit, vel quodocunq; nauis ex Asia veniat, substituo Caium: & sic ista dispositio facta est sub extranea conditione: An etiam conficiatur compendiosa per huiusmodi verba: Si Bart. credimus in definitione compendiosa, tunc ista substitutio dicitur compendiosa. Dicit enim compendiosam esse quæ sub conditione, mortis, vel alia plura tempora contineat. Vbi vult Bar. q̄ sub quacunq; conditione, quæ contineat plura tempora, cōficiatur compendiosa, quod & las. sequitur. Politus hic, quamuis videatur dubitare, tamē dicit si est cōpendiosa ista conditionalis substitutio, improprie erit compendiosa, in qua nō continebitur pupillaris. Et dicit quod de ista substitutione, etiam si sit compendiosa, nihil sit ad propositum, nihil pertineat ad materiam nostrā. Socci. in l. centurio, post prin. eam conditionem euenilat, post Areti. ego ista superuacanea nō ingredior, quamuis non videam quomodo hæc conditiones ad compendiosam pertineant: Nec em̄ habent tractum temporis, cum huiusmodi conditiones, vno euentu vel extent vel deficient.

**F** Requiritur autē ad cōpendiosam ea verba quæ apta sunt importare plures substitutiones. Hoc enim velut proprium est in compendiosa, ut actu vel aptitudine plures substitutiones, vulgarem, pupillarem, exemplarem, et aliquando fideicommissariam contineat: sicuti infra in effectibus clare docebitur. Proinde requiritur quod verba interueniant habentia tractum temporis, vel quæ multa tempora contineant. Prædictis etiam cōsequens est, quod hæc verba: filio meo substituo Titium: quamuis sint indefinita & generalia, tamen non faciunt cōpendiosam, ut hic bene docuit Bart. sed continebunt aut pupillarem, si fiat filio impuberi, qui impubes moriatur: aut vulgarem, si filius non sit hæres. Vtraq; autē substitutiones nō includent, quod ad compendiosam pertinet. Nec hic sunt multa distincta tempora, quamuis Bal. in l. precibus errando docuerit contrarium: cuius dictum per Doct. communiter improbat. Ita Philip. Fran. in d. c. si pater, col. xl.

Nunc ad tertium, quis sit effectus compendiosa. In hoc difficili & subtili membro duos principales articulos tractabimus. Primo de milite: Deinde de pagano. Dicitur autē paganus omnis ille, qui non est miles, & qui est priuatus: a pago vel villa nominatus, quasi homo rusticus vel villaticus. Nam apud veteres omnis labor fuerat circa culturam agrorū. Et ita usurpat sæpe Iuriscon. ut in l. iij. post prin. & circa si. ff. de mil. testa. ibi, quemadmodum pagani solent, &c. & Insti. eodem. Illis autē. Sic & apud Suetonium Augustus confodi iusserat Pinarium equitem, q̄ aduocata turba paganorum aliqua ex contrione, &c. Ita & Persius se semipaganum nominat.

Nunc ergo ad militem veniamus. Militis priuilegium insigne est, q̄ potest hæredi per eū instituto, siue sit filius, siue extraneus, siue impubes, siue maior natu, substitui re directo,



re directo, etiã post pubertatē: potest & ad quodcūq; tempus ei placuerit: ut si dicat **A**  
 miles: Instituo Titium vicinum meū, commilitonem meū, & quodocūq; deceſſe-  
 rit, substituo Flaccum. Hęc institutio & substitutio semper est directa. Substitutus  
 accipiet bona testatoris cū fructibus in hęreditate inuentis, iure directo, manu pro-  
 pria, propria autoritate, l. milites etiam, l. miles ita, ff. de testa. mil. Et est tex. elegans  
 in d. l. centurio. Et ista dicetur proprie cōpendiosa, prout est distincta species ab alijs  
 substitutionibus. Quod si miles substituatur filio impuberi (quodocūq; deceſſe-  
 rit) Titium, quę est (ut dixi) proprie compendiosa: In hac compendiosa includun-  
 tur iure communi tres substitutiones directę, vulgaris, pupillaris, exemplaria. Siue  
 enim institutus non sit hęres, siue sit hęres, & in pupillari vel furore moriatur, substi-  
 tutus iure communi succedet. Cęterum si nullum illorū acciderit, & institutus post  
 pubertatem moriatur, iam relucebit compendiosa tanq̄ distincta species: quia substi-  
 tutus accipiet bona testatoris cum fructibus inuentis in hęreditate ipsius post mortē  
 instituti, ex saniori opinione Bart. alia autem bona pupilli qui factus esset pubes, ac-  
 cipient hęredes ab intestato: vel si iste pubes fecit testamentū, testamentarius hęres  
 succedet: & ita est intelligenda d. l. centurio, quę procedit non solum in impubere  
 instituto per militem, sed etiam in maiori natu, cui militariter substitueretur.

Quid autem si mater sit in medio? pone, testator miles instituit filium impub. & **B**  
 substituit ei compendiose, quodocūq; moriatur iste filius, moritur intra pupilla-  
 ria, iam substitutus accipiet omnia bona ex pupillari, bona patris & filij, per d. l. sed &  
 si plures. q. ad substitutos, exclusa etiã matre. Ita est tex. rotundus in d. l. precibus, pau-  
 lo ante finem. Quod nemo mirum habeat, quia supra diximus per pupillariē expres-  
 sam excludi matrem. At ista pupillaris, quę in compendiosa continetur, expressa in  
 genere dicitur: nec nominabis eam tacitā, quia per eam mater non excluderetur. In  
 hoc non est discordia. Si autē post tempora pubertatis moriatur iste filius, hoc loco in-  
 ter Doct. parum conuenit, & propemodū quot capita, tot sunt sententię. Bart. pu-  
 tabat, q. si miles per verba directa substituisset filio, tunc ei post pubertatem mortuo,  
 succedat substitutus in bonis testatoris, exclusa matre, per d. l. centurio, in fi. Sin au-  
 tem testator miles substitutum per verba communia vocasset (ut est verb. substituo)  
 tunc substitutio favore matris obliquaretur, & sic mater in bonis per filium relictis  
 succederet: sed substitutus bona testatoris peteret a matre iure fideicommissi, ita intel-  
 ligit d. l. precibus, in fi. quę est communis opi. quā Alex. in d. l. centurio, dicit esse ten-  
 nendam, tanq̄ paucioribus spinis refertā. Hęc opi. ideo non procedit, quia in utrisq;  
 ll. sunt verba vere directa, ut voluere Salī, Christo, de castell. & ambo Raphaēles, ut  
 eos allegat & sequitur Ias. in d. l. centurio. Quod certe facile ex tex. in d. l. precibus,  
 apparet: nam in narratione dicitur, q. miles secundum hęredem scripserit: & alibi di-  
 citur: eos habeat hęredes, &c. quę sunt verba vere directa. Proinde opinio Bart.  
 & communis confunditur, D. Christoph. & Raphaēles tenent utrobicq; esse ver-  
 ba vere directa, quod verum est, sed mortuo filio post pubertatem, mater quę bona  
 eius occupauit, debet restituere substituto bona testatoris velut iure fideicommissi,  
 si, ut dicit tex. quamuis vere non sit fideicommissum, sed habeat similitudinem. Pos-  
 litus in materia compendiosa putat, q. licet utrobicq; sint verba directa, ea tamē fa-  
 uore matris vere & non per similitudinem obliquari, ita ut mater filio succedat, sed co-  
 gatur bona testatoris restituere substituto. Et hoc mihi placet, quia est sensus expedi-  
 tior, & relucet ex hoc notabile priuilegium militis, q. verba vere directa, favore ma-  
 tris obliquantur. Quo intellectu, d. l. centurio, determinatur & limitatur per l. preci-  
 bus. Et reiecta differentia verborū quam Bart. in d. l. introduxit, reformatur comu-  
 nis opi. Summa igitur est, filio impubere per militem instituto per compendiosam,  
 quodocūq; deceſſerit post tempora pubertatis, mortuo filio, substitutus accipiet  
 bona testatoris (ut saepe diximus) iure directo: si autē mater sit in medio, accipiet bona  
 I testatoris



testatoris per fideicommissum, & petet a matre, quæ deducet quartam, &c.

**D** Hæc quæ diximus de militibus & priuilegio testandi iuxta Doct. nō habent locū in militibus nostri temporis, qui auro & vestibus potius quæ armis & ense instruunt: solis militibus cōuenit, qui sub signa Cæsaris iurarunt, & in quibus verificari possunt ea quæ habentur in glos. in l. pe. ff. quib. ex cau. maio. videlicet, quod non sint negotiatores, quæ examinentur, quod cingantur ense, cum alijs ibi enumeratis. Dicit tamē Alex. quæ quamuis ea solennitas ad assem non obseruetur nostris temporibus, nihilominus milites qui ad hoc destinati, ad hoc parati sint vt sequant signa Cæsaris, posse vere dici milites pro moribus nostris, ut eis hæc priuilegia comperat. Politus non dubitat de militibus Rhodijs, quin sint compotes huius priuilegij, et omnium maximorum priuilegiorum. Ceterum stipendiatos istos martiales, qui castra sequuntur propter nummos, etiam in bellis iniustis, remouet Politus a nostro priuilegio, quamuis quis eos milites nominauerit. Cy. in l. i. q. vi. C. de iur. & fact. igno. tenet: Si milites vacent armis qui parati stent pro defensione reipub. vel ciuitatis vel regis domini sui, sicut sunt milites qui stant in Apulia, eosdem gaudere priuilegijs militaribus, & ita his diebus obtinui in iudicio. At vero eum confligitur iam in terra hostili, non est differentia inter militem & priuatum, quin possint ex priuilegio militari testamenta facere. tex. est. not. in l. vnica, in prin. ff. de bono. poss. ex testa. mil.

**E** Quid autem de aduocatis? Nam & ipsi militare dicuntur, per tex. in vulg. l. aduocati. C. de aduoca. diuer. iud. Alexan. putat etiam eos testari posse ex priuilegio militum, & quidam alij, sed Politus hic eleganter contrarium tenet, & plerique alij. Et mihi nunq̄ placuit ista extensio: quia hæc priuilegia militibus conceduntur, qui sunt plus affueti armis quæ iuribus, cuius contrarium in aduocatis inuenias, id quod pulchre Cicero in oratione pro Murena tractat: ubi egregie ridet Sulpiciū Iurisconsultum qui præferbat aduocatos rei militari. Cicero inter alia dicit: Te gallus ex plus mis suscitatur, at militem Buccina & classicum: Tu actiones instruis, milites aciem: Tu de regundis finibus tractas, milites de finibus propagandis: Tu caues ne consultores tui capiantur, milites ne vrbes capiantur: Tu arces aquam pluuiam, miles hostes arcet, &c. Hæc quia vera sunt, nolimus ita insanire, ut aduocatos conferamus hoc loco militibus.

Quid autem si fiat substitutio compendiosa ad pias causas, quæ maximum merentur fauorem, & in quibus seruetur ius gentium sicut in militibus. c. cum esse. c. relaxatum, de testa. an possit compendiose directo substitui in pia causa? Bart. in l. i. xv. col. in. v. quæstione. C. de sacrosan. eccle. eleganter tenet hoc priuilegium compendiosæ etiam piæ causæ competere, id est, cum pro salute animæ disponitur, dum modo institutio & substitutio fiant ad pias causas. Mouetur ratione quam dixi, quia sufficiat seruasse ius gentium. Exempli gratia: Si instituat aliquis confessorem suum in heredem ut salutem animæ operetur, & quando cunq̄ sacerdos decesserit, substituat aliquod altare & cappellanum pro salute animæ suæ, iam substitutio & institutio cōferuntur ad pias causas. Bald. in d. l. i. in repetitione sua in. vij. col. in. C. de sacrosan. eccle. dicit hanc doctrinam nō esse commemoratione dignam, & esse fantasiam. Politus hic in vers. xvij. secutus Bald. negat doctrinam Bart. esse veram, tum quæ tollitur testamenti factio homini qui sit maior natu, tum quæ contra ius naturale sit tollere rem meam sine facto meo, per d. l. id quæ nostrum. ff. de reg. iur. Ego credo doctrinam Bart. esse verissimam, & valde notabilem.

**F** Quid enim prohibet cum instituat aliquod altare, aliquod monasterium, aliquam ecclesiam, et quando cunq̄ destruantur vel cessent, quæ instituat pauperes Christi, instituat aliud altare, aliam ecclesiam? Non video quid prohibeat. Nec per hoc tollitur factio testamenti, ut Politus putat: quia iste sacerdos vel prælatus ecclesiæ cui substituitur, potest in alijs bonis facere testamentū, et hoc sufficit, ut dixi in d. l. stipulatio, hoc modo. ff.



hoc modo. ff. de verb. obli. Deniq; non video, quomodo alij auferatur quod suū est, cum hæres institutus, onus testamenti in se exceperit. Igitur doctrina Bart. vera est, **A** & sæpe practicatur. Accipiamus exemplum: hic Friburgi in domo sapientiæ, vbi reuerendus pater, eius domus fundator, ordinando suum testamentū, eandem domū fundauit, & si cessaret domus, si nō seruarientur statuta, si destrueretur, substituit aliā vniuersitatem, in qua ea domus Sapientiæ seruariet; hæc ordinatio fundatur ex prædicta pulchra doctrina Bart. Quid si fundatores altarium & ecclesiarum quæ iam a quibusdam ciuitatibus sunt destructæ, in alias pias causas substituisent, iam in vim substitutionis cōpendiosæ possent ciuitates cogi, ut talia bona darent substitutis ecclesijs. Hoc certe loco salubris fuisset substitutio compendiosa per doctrinam Bart.

Veniamus nunc ad paganū dimisso milite, & inuestigemus quis sit effectus compendiosæ in pagano. Hic tria videnda sunt. Primo quid efficiat compendiosa per verba directa; Deinde quid efficiat per verba coia, Et tandem quid per verba obliqua.

Circa primū mihi prius ventilanda est quæstio satis impedita, an cōpendiosa facta a pagano, quæ a principio fuit directa pupillaris, post annos pubertatis oblique: ut in exemplo: testator instituat filiū impuberem, & substituat ei per cōpendiosam, dicendo: quodcumq; filius moritur, Titius ei hæres esto, vel Titium hæredem substituo, quæ sunt verba directa. Quo loco nō est dubium quin filio intra pupillaria decedente, admittatur substitutus ex pupillari, quæ in huiusmodi verbis includitur. An autē **B** adueniente pubertate filij, euanescat cōpendiosa, & tota substitutio recadat in irritū: an vero ex obliquo, id est, iure fideicommissi substitutus admittatur, Doct. variarunt. Sunt em̄ duæ principales opinio, aduersæ. Vna est glossatorū iuris ciuilibis et canonici. Nam glos. in d. l. precibus, glos. Insti. eodē. §. qua ratione, glos. in l. scæuola, ff. ad Trebell. in l. verbis ciuilibus, in l. in pupillari, ff. de vulg. glos. in. c. Rainucius, glos. in. c. si pater, de testa. lib. vi. tenent q̄ post pubertatem cōpendiosa expiret, ita q̄ in exemplo supra posito, si filius post pubertatem decederet, ad substitutū nihil pueniret, nec iure directo, nec ex obliquo. Hanc opi. plures Doct. tenuerunt, & dicit Alex. eam esse cōmuniem. las. eam ita tenet, q̄ protestatur se eam perpetuo tenturū. Mouetur primo per l. verbis ciuilibus, vbi satis videtur prouisum, q̄ post. xiiij. annos frustra fiat substitutio pupillaris. Item & in d. l. in pupillari, vbi viciatur substitutio quæ plus annorum cōplectitur q̄ annos pupillares, fa. l. si seruus alienus. §. si seruus legatus, ff. de leg. i. vbi quamuis sit magnus fauor libertatis, tamen si seruo alieno detur libertas directo, viciatur ea datio, & nō obliquabitur vt valeat iure fideicommissi. Hanc opi. D. Crotus in materia substitutionum probat multis egregijs fundamentis. Quæ si vera esset, sicut cōmuniter tenetur, iam cōpendiosa maxime infringere tur. Quod tamē testatori impugandum esset, qui verbis ineptis vsus fuisset. Quid em̄ magis est impertinens, q̄ directum ad obliquum. Euanescente igitur secundū hanc opi. dicta substitutione, hæredes ab intestato venient. Nec obstat l. precibus, quia ibi ex priuilegio militari, propter fauorem matris, compendiosa obliquatur, ut supra declarauimus: At hic nullus fauor pugnat, ut obliquemus directā. Nec sunt propter imperitiā testatoris solennia mutanda quin non sit vsus verbis aptis, arg. in l. impuberi, ff. de adm. tuto.

In diuersum est alia principalis opinio, videlicet, quod substitutio compendiosa facta filio impuberi verbis directis a pagano, quodcumq; decesserit, intra annos pupillares, valeant iure directo. At vero post annos pubertatis oblique tur, & consistat iure fideicommissi. Quam opi. tenuit Ioan. And. in nouella, in d. c. si pater, quamuis in glos. suis aliud senserit, & sequitur eum Cy. Salic. in d. l. precibus: & recitat Cy. multos antiquos qui ita tenuerunt. Eandem tenuit Card. in d. c. Rainucius, & ibidem Ant. de But. qui dicit canonistas cōmuniter sic tenere. Idem tenuit Bal. in l. ex tribus, de inoff. testa. qui tamen sæpe variasse dicitur: & dicit las. eam sapere magnā æquitatem. Ego dum materiam substitutionum in voce legerem, hanc posteriorem opi.



secutus sum, ut quæ sit humanior & voluntati testatoris subscribat. Quæ & per d. c. si pater, d. c. Rainucius, satis probari videat. Verum cum negare non possim pro opi. prima fortia esse iura & rationes, quapropter cogitavi, si utraq; opiniones concordari possent. Et præmitto quod pater filio pupillo in bonis pupillaribus non possit substituere, nisi intra ætatem pupillarem, qua ætate per pubertatem finita, substitutio in bonis pupillaribus extinguitur, & ita intelligo l. verbis civilibus, & l. in pupillari. Cum enim moribus introductum sit, ut pater filio impuberi ideo possit testamentum facere, quod ipse sibi in ætate impuberi testari nequeat, ut per omnes Doct. in d. l. ij. de vulg. certe non debet admitti patris testamentum, quod faceret filio puberi eo casu, quo ipse sibi testari, & hæredem facere posset. Quod usque adeo verum est, quod etiam miles, qui tamen in testando multum est privilegiatus, filio impuberi ultra ætatem pupillarem substituere in bonis pupillaribus non possit, sed solum in bonis testatoris, d. l. centurio, in fi. & dicitur tex. in l. cum filius fa. in fi. ff. de mili. test. hæreditati suæ militis, qualem vellet, facere substitutionem posse, alienum ius minuere non posse. Quæ si in milite observantur, quanto magis in pagano observari debebunt, ut is filio suo puberi factu, in bonis eius propriis nec directo, nec per fideicommissum substituatur: ad quod est tex. expressus in d. l. cohæredi. §. cum filius, ibi, nec fideicommissum, & c. & ibi glos. de vulg. His consequenter puto utraq; opiniones (ut dixi) concordari posse, quod prima opinio vera sit quoad bona pupillaria, quæ substitutus filio pubere defuncto, nec directo, nec per fideicommissum recipiat: utpote substitutio in pupillari quo ad bona huiusmodi iam extincta. At vero opi. posterior procedat, quo ad bona testatoris, quæ iure fideicommissi cum fructibus post mortem filii inuentis substituto debebunt, verbis directis non obstantibus, arg. eorum quæ colligi possunt ex d. l. centurio, in fi. & fa. in fi. de pupill. substi. §. si. in fi. capiet autem substitutus huiusmodi bona testatoris ex manu hæredum qui filio ab intestato succedent, salva Trebellianica. Quod si quis prætenderet bona patris & filii separari non posse, hæreditate iam adita, d. l. sed & si plures. §. filio, de vulg. arg. l. quidam eulogio. C. de iur. deli. Non puto obstare, quia isthæc iura intelligenda sunt, cum bona patris non sunt fideicommissum onerata. Sed si ab initio bona patris fideicommissum grauata essent, tunc cum isto onere ad filium pervenirent, ne substitutio in bonis testatoris redderetur inutilis: quod casu merito separatio a prætore impetrabitur, arg. eorum quæ traduntur in l. §. præterea sciendum, vers. quid ergo, cum duobus. §. seq. ff. de separa. Quæ est nova & not. limitatio ad d. l. sed & si plures. §. filio, & ad l. quidam eulogio, circa fi. cum glo. ibi. C. de iur. deli. & ita sentimus, eamque resolutionem in sequentibus quaerit, sicubi commodum est, repetitam haberi volumus, iudicio tamen peritiorum semper salvo. Quod si quis probabiliora affert, paratius sum stare veritati, ceterum ad vitandos conflictus opinionum, ex sententia Doct. consultum videtur, ut testator addat in testamento clausulam codicillarem, de qua plura Bar. in l. i. C. de iur. codicill.

Quid autem si testator puberibus maioribus natu, aut emancipatis suis filiis verbis directis substitueret per cõpendiosam: ut si diceret: Titium filium emancipatum aut puberem instituo hæredem, & quandocumque deceaserit, Sempronius sit hæres: ista sunt utrobique verba directa, an valeat hæc substitutio: glos. in d. l. verbis civilibus, putat hanc substitutionem valere, sed ut fideicommissum, ita ut innox ab initio obliqueat: quæ glos. Doct. communiter sequuntur, quia potentius subvenit substitutioni oneri nulli, quam quæ sit aliqua. At D. Crotus eam improbat, putans ipsam funditus nullam, nec obliquari. Nam si esset aliquid, facile eludi cõpendiosam, facta quod vulgo dicitur, in substitutionibus quæ ab initio nullum est, successu temporis non conualescere. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. Mihi videtur D. Croti opinio verior, quia perpetua est prohibitio ne substitutio per verba vere directa obliqueetur, nisi in casibus certis, per glo. in c. si pater, enumeratis. Quid autem si testator substituatur cõpendiose per verba directa filio suo impuberi si sine liberis deceaserit: glos. in l. precibus, putat eam esse fideicommissariam, nec aliter valere, nisi in vim fideicommissi, vel obliquationis. Mouet ratione, quia testator cum dixit, si sine liberis deceaserit, præcogitasse & providere voluisse censet casum pubertatis, et non cogitasse de pupillari ætate



lari etate, quia si tñ, qui puberes sunt, tollere liberos possunt, nō impuberes, & nō dicitur sine liberis decedere q nō pōt habere, l. i. ff. de suis & legit. vbi nō dicitur intestatus mori q testamentū facere nō potuit, priuatio em̄ p̄supponit habitū, l. decē, de verb. obli. Que assertio est colorata, quā videt sequi Ioan. And. in d. c. si pater, sed in contrariū est veritas, quam cōmuniter Doct. sequunt, reprobata glos, quia imō ista substitutio valebit iure pupillari intra etatem impuberem, postea obliquabit, & sufficit q ex cōmuni vi loquendi dicat impubes decessisse sine liberis. Nam nihil est verius, q̄ cū pupilli dicant liberos non habuisse, at cōmunis vsus loquendi in testamentis p̄ferit, reiecta subtilitate & cāptione verborū, l. quoniam indignū, C. de testa.

Expediti de effectu compendiosæ circa verba directæ, veniamus ad verba cōmunia, quæ directe & oblique intelligi possunt: vt verbum substituo, capiat, accipiat, & alia, que supra enumerauimus. Et certe si pater filio puberi, vel extraneo instituto, per verba cōmunia substituat compendiose, quando cūq; decesserit, ea substitutio est semper obliqua, q̄ non potest iure directo valere: vnde valebit iure fideicommissi, sed cōmuniter Doct. Idē iuris est si pater filiū impuberem emancipatū instituat, ei q; per cōpendiosam q̄ncunq; decedat, substituat: cū em̄ emancipat⁹ nō sit in ptate p̄ris, nō potuit substitutio directo valere, etiā si emancipatus intra pupillaria moreret, vnde a principio obliq; erit: ad cōseruandā voluntatē testatoris, necesse est q̄ in vtroq; casu substitutioes obliquent, Insti. de pup. subst. §. extraneo. Nec obstat q̄ dicit, verba cōia, in dubio directa intelligi, vt postea dicit, q̄a hic nō sumus in casu dubio, cū certū sit hōi verba, tanq̄ directa valere nō potuisse. Et p̄dicta oīa intelligo q̄ ad bona testatoris, in q̄b⁹ substitutio in fideicommissum obliquat, nō ad bona filij, vt sup̄ latius declarauī. Nec em̄ fideicommissio p̄prie facultates filij tenebunt, vt dicit tex. in d. §. cū filia, a. Philip. Fran. in d. c. si pater, iij. col. in. xi. not. Quid autē si testator filiū impuberē in ptate retentū instituat, et ei p̄ verba cōia cōpendiose substituat? Hic refert ex snia Doct. q̄liter verba cōpendiosæ cōcipiant. Nā si testator filiū impuberē instituat, et cū distinctione tpm, si in pupillari etate vel postea, quādo cūq; decesserit, ei Flaccū substituat, tūc substitutio iure directo intra etatē pupillariē, et post pubertatē iure obliq; valere dicit, vt dicit Philip. Fran. in d. c. si p̄r, col. liij. Si autē generalit̄ sine distinctione tpm substituat, vt cū dicit q̄ncunq; decesserit filius, & c. in hoc glo. & Doct. variāt. Ego reiecta ista tpm d̄n̄ia, dico, q̄ si etiā generalit̄ substituat filio impuberi, scilicet q̄ncunq; decesserit, adhuc idē iuris est, vt filio in pupillari mortuo, substitutus directo succedat: At si fili⁹ factus pubes decesserit, substitut⁹ iure fideicommissi admittat: qd tenuit glo. in Insti. de pupil. §. q̄ ratioe. Et licet glos. in l. p̄cib⁹, aliter teneat, & p̄ro nōnulli Doct. etiā in diuersum doceat, q̄ in lecturis ordinarijs, si tibi ea fatigatio placeat, legere poteris, tñ doctrina n̄ra cōiter teret. Nec obstat q̄ p̄tendit determinationē debere æqliter determinare & c. q̄a hoc etiā n̄o casu seruat, ut Bar. voluit: nā si filius intra pupillari moriat, substitutus succedit directo, ac si esset substitutio pup. Sin vero fili⁹, postq̄ est fact⁹ pubes, decedat, substitut⁹ ex iure fideicommissi bona accipiet, ac si ab initio substitutio fuisset obliq;. Et sic directa nō cōuertit in obliquā, sed q̄libet suo casu & euentu opabit ac si sola esset. In p̄dictis tñ semper intellige, q̄ si substitutus ex pupillari succedet, accipiet bona patris & filij, p̄ d. §. filio. Sin autem ex iure fideicommissi (filio fact⁹ pubere) successerit, bona tantūmodo testatoris ex manu haredū ab intestato accipiet, vt supra latius attigim⁹. Qd si mater filij sit in medio, ista excludetur si substitutus ex pupillari succedat, utpote q̄ pupillaris in cōpendiosa saltē in genere exprimat. At vero ex successioe fideicommissi nō excludet mater, ut supra sepe declarauimus. Quod autē Doct. ut supra retulimus, differentia posuerunt, si in cōpendiosa tpa distinguerent, aut si generaliter substitueret, q̄ si in priori plures essent substitutiones expressæ, in posteriori non essent plures, nō puto verū esse. Ea em̄, quæ generaliter dicunt in singulis speciebus verificant & p̄ singulas species distribuunt, l. si chor⁹, in prin. ff. de leg. iij. vbi dicit tex. si chor⁹ v̄ familia leget, p̄inde esse ac si singuli hoies essent legati. Sic in l. Meuius, §. duorū, ff. de leg. ij.



**D** qui legat homines sub compendio verborum, censeat singulos legasse. Vnde in proposito cum testator dicit: quando cūq; decesserit intelligitur distribuisset in tempus pupillare, et etiā in tempus pubertatis: vt ita nihil referat siue generaliter, siue cum distinctiōe temporū cōpēdiōsa fiat: vtrobicq; eū tempora in species distribuunt. Et hoc videtur Socci, sensisse in consilio. c. liiij. col. i. cum voluit, q; si cōpēdiōsa fieret impuberi per verba, quando cūq; decesserit, & sic generaliter, tamen in pupillari valeret iure directo, post vero iure fideicommissi. Dicta igitur differētia nō est fundata. Accedat q; ex aequi pollentibus nihil refert, & vulgo dicit, verba ad personas relata secundū conditionem eorū intelligi. l. plenū. §. equitij, de usu & habi. d. c. si pater, Et tū circa verba cōiā. Nam sciens & prudens multa omitto, quæ narrata modicum vtilitatis adferret.

Accedamus ergo ad verba mēre obliqua. Cū compendiose substituitur per verba precaria, vt quando cūq; filius meus decesserit, vel sine liberis decesserit (quod idē est, quia ista clausula intelligit etiā si non exprimat) rogo, mando, volo, q; bona mea Titio vel pauperibus dentur. Hoc casu post mortē filij, siue is in pupillari etate, siue post moriat, hæredes ab intestato succedent, & accipiet substitutus hæreditatē manu eorū, per l. cohæredi. §. cū filia, vers. quod si. ff. de vulg. Idem est si testator instituto hærede, simpliciter dixerit, tradantur, dent, distribuantur, pauperibus, vel alicui tertio: quia sunt verba obliqua, arg. glos. si. in l. fundi Trebatiani. ff. de vsufr. leg. Politus tamen negat eam esse cōpēdiōsam, sed semper fideicommissariam, quod nōnulli ex recentioribus tenuerunt. Nam compendiosa complectitur plures substitutiōes, quod saepe dixi, ista autem complectitur vnam tantum, quæ facta est verbis precarijs. Verum cum meminerimus nos supra tenuisse, quod substitutio per verba directā compendiose facta, ab initio sit suo casu obliqua, & nihilominus compendiosa, negare non possumus, qn substitutio in casu nostro sit compendiosa, etiam si ab initio sit obliqua.

Qualiter autem bona, quæ per fideicommissum distribuuntur pauperibus vel alijs debent, sint eroganda, Bart. in d. l. centurio, col. v. per aliquas quæstiones se diffundit: Ego ut breuibus agam, puto ex mente Barto, sic posse concludi: Nam ista substitutio quo ad pauperes Christi semper est fideicommissaria, quia pauperes cogentur accipere de manu alterius. Sed si testator dixisset: Instituto filium, quādocūq; decesserit, volo quod distribuantur bona per executores: hic si nullus alius sit hæres substitutus, executores habebuntur pro hæredibus, c. cum tibi, de testa. Quapropter, isti executores capient bona sua manu, & distribuunt inter pauperes. Bar. ad hoc allegat autem de eccles. titu. §. si quis autem, & glos. in l. alio, in fi. de ali. leg. Sed hoc loco non detrahetur Trebell. quæ regulariter non detrahitur fideicommissio facto pauperibus, aut ten. similiter, C. ad l. falc. Verum si mater sit in medio, vel etiā alij hæredes substituti, tunc executores cum hæredibus distribuunt. Si autem neq; sint executores, neq; hæredes substituti, nec mater, hoc casu succedent pupillo cognati ab intestato, qui bona distribuunt inter pauperes, cogente eos episcopo loci, qui repræsentat personam hæredum, l. nulli, l. si quis ad declinandam. C. de epif. & cler. & hæc sufficiāt quantum ad summam: quam tamen materiam las. late explicat. Sed hic quærendum est, an substitutio compendiosa contineat vulgarem: quæ est bona & vtilis dubitatio. Bart. in d. l. centurio, dicit, quod si cōpēdiōsa sit facta pupillo quādocūq; decesserit, hoc casu quia complectitur ista substitutio pupillarem, recte etiā complectet tacitam vulgarem, vt si filius hæres nō erit, admittat substitutus. Ceterū si instituto aliquo maiori natu. vel filio vel extraneo, ei substituat per cōpēdiōsam, & institut. hæres adeat, et sine liberis moriat, tūc est fideicommissaria, & nō continebit vulgarem. Sin vō institutus nō sit heres, aut moriat viuo testatore, vel post mortem defuncti, sed ante aditam hæreditatem, tunc substitutus ex tacita vulgari veniet, ut cū ex præsumpta mente testatoris sit locus. Baldus in dicta l. precibus, Bartolus in dicta l. centurio, col. viij. qui allegat Iacobū de Aret. sic tenentem. Et hoc loco compendiosa erit directā substitutio, propter vulg



pter vulgarem directam, quæ in ea continetur. Nec est locus fideicommissio, cum is qui institutus est non sit hæres, & proinde à secundo gradu substitutus veniet, ut supra diximus circa vulg. & hoc attingimus in consilio Hispaniæ, & est notabile quod compendiosa comprehendit vulgarem ante aditam hæreditatem.

Accipiamus quartum membrum, in quo breuiter aliquas quæstiones recitabimus. Primo quæritur, Quid si in re certa compendiose substituatur filio impuberi, quem effectum habebit ista substitutio? dicit Bar. d. l. centurio, col. viij. Quod si fiat substitutio per verba directa, scilicet, si filius impubes sine liberis decesserit, Caius hæres sit in fundo Tusculano, vel in aliqua quantitate aut quota, tunc filio non existente hærede, substitutus ex tacita vulgari succedet in tota hereditate, ut pars trahat ad se totum, per d. l. cohæredi, §. si, de vulg. & est arg. in l. i. §. si ex fundo, de hæ. insti. Caterum si substitutio fiat per verba communia in re certa, tunc si filius sine liberis moritur, substitutus non succedet in vniuerso, sed habebitur pro legatario, per l. cogi, §. & generaliter ad Trebell. vbi est regula, quod verbum commune adiectum certæ rei, non trahetur ad vniuersalem successionem, sicut est verbum substituo, capiat, accipiat, &c. Quam materiam latius prosequitur Bar. locis supra allegatis, cum quibusdam annexis quæstionibus.

Quæro secundo, Quid si substituatur filio compendiose per verba directa & communia: ut si testator dicat (sicut quotidie fit) instituo filium meum impuberem, et quandoque decesserit, substituo Caium, quem & heredem facio: ibi habetis verbum commune substituo, cui adiungitur verbum directum, heredem facio: ista verba sæpe apponuntur per notarios, vel si testator dicat: Quandoque filius meus decesserit, volo quod bona mea perueniant ad fratrem meum, ad Titium, quem & heredem facio. Vtri verbo hic stabitur? An verbo communi, quod facile potest obliquari? An vero directo, quod difficillime obliquatur? Bar. in d. l. centurio, col. x. mihi, in capite huius quæstionis putabat quod esset tantum vna substitutio & directa, ratione scilicet adiunctæ, heredem facio: hoc enim verbum non separate, sed adiunctim ad verbum substituo, ratione melioris declarationis, adderetur: allegat l. si seruus plurium, in fi. ff. de leg. i. vbi verbum ex verbo qualificat & declarat. Sed Bar. recedendo ab ista assertione, decidit quod hic sit diuersa substitutio per verbum commune, vna quæ obliquaretur, & alia per verbum directum. Et daretur substituto electio an velit adire ex substitutione verbi communis, quod obliquaretur, an vero ex substitutione directa, per l. recusare, §. si Titius, ff. ad Trebell. vbi Sempronius erat substitutus Titio directo & per fideicommissum, ad idem allegat Bar. l. si quis seruo de manu testa, vbi testator seruum iussit esse liberum, & nihilominus fidei hæredum commisit manumissionem. Quo loco serui electionem habebat, poterat directo liber esse ex testamento, vel fideicommissariam accipere ab hærede. Sic in casu nostro cum testator Titium filio substituit, & eum heredem fecit, hoc verbum substituo cum sit coniunctum cum verbo directo, electionem substitutus habet ex vtra substitutionum velit succedere. Et per hanc doctrinam declaratum communis clausula notariorum, qui commaniter subnectunt in testamentis: substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, quamuis nesciant pondus huiusmodi verborum: quia ex istis verbis datur electio substituto, an ex pupillari, an vero per fideicommissum velit succedere. Hactenus Bar. Politus in materia compendiose, reprobata hac posteriori doctrina, in casu nostro probat priorem, scilicet, quod ista verba substituo Caium, & eum heredem facio, important directam substitutionem, & vnicam tantum, hoc faciat ratio adiuncti, scilicet, heredem facio, quæ verba declarant verbum dubium, substituo, quod est procul dubio verius, nisi fortasse substitutio esset facta per verba mere obliqua & directa: quo casu iura per Bar. allegata intelligunt. Io. de Imo, in d. l. centurio, ut eum allegant Doct. intelligit clausulam notariorum, supra memoratam aliter, quæ per Bart. tradat, scilicet, quod sint omnino separati casus, et respiciat quælibet substitutio suum proprium euentum: ut si eueniat vulgaris, succedat ex vulg. si eueniat pupillaris, ex pup. succedat: & ita etiam de fideicō.

Sed Alex.



**D.** Sed Alex. in l. centurio, hoc dictum Imol. improbat defendendo Bart. quæ est cõmunis doctrina, quam tamen ego non recipio quo ad vulgarem: quia substitutus nõ potest eligere, an uelit ex vulgari succedere, an ex pupillari. Vulgaris enim continetur, si non erit heres. Cum ergo ex vulgari succedit, quomodo potest eligere pupillarem, in qua necesse est filium factum esse heredem? Et ergo concludendo in hoc pulchro casu, verũ est quod hæc clausula notariõz dat electionem substituto, excepta sola vulgari, in qua non facile cadit electio.

Quæro tertio de quæstione, quã ponit Bart. col. x. mihi, & dicit esse terribilẽ. Quid est si testator duos vel plures substitutos dederit filio, aliquos per verba directa, aliõs per uerba cõmunia, & alios per uerba obliqua, quomodo succedent si in diuersis substitutis diuersa inueniatur substitutio? Bartolus ita obscure loquitur, vt difficile intelligatur sine declaratione. Vnde distinguenda puto verba in personis substitutoz. Nã aliquando substituitur vnus pupillo per verba directa, aliquando substituit alius per uerba obliqua: item sæpe fit quod vnus substituitur per verba communia, & alius oblique: porro aliquando vnus instituitur directe, alter sub verbo communi, quæ declarabimus per seq. conclusiones, dum ante omnia præmiserimus, quod substitutus per verba obliqua, nunq̃ directabitur, id est, obliqua uerba non trahentur ad directã, per sæpe allegatã l. uerbis ciuilibus. Item & secundo præmittimus q̃ institutus aliquis hæres in re certa, nullo dato cohæredẽ vniuersali, detracta re certa, efficietur vniuersalis hæres, d. l. i. §. si ex fundo. ff. de hæred. insti. Paria seruamus in substituto: cum em̃ filius impubes instituit hæres, & ei datur substitutus in fundo Tusculano, tũc pupillo mortuo intra pupillaria, uel quia non est hæres, substitutus succedet in vniuersum, d. l. cohæredi. §. si. de vulg. quod etiam supra diximus. Et tandem præmittimus, quod substitutus per verbũ commune adiectũ in certa re, habebitur loco legatarij, si in testamento sit hæres vniuersalis, glos. not. in l. his uerbis, in prin. ff. de hæred. insti. cum alijs per Bart. allegatis. His sic præmissis, ponimus sex conclusiones.

**E** Prima, si pupillo fuerint dati duo substituti, vnus per verba directa, in re vel portione certa, puta in fundo aliquo, vel in triente, aut quadrante; alius aut substituitur per uerba obliqua in omnibus alijs bonis: Exempli gratia: Testator dũ instituisse pupillum, substituit in fundo Tusculano Fabiũ, et Valeriũ substituit per uerba obliqua in reliquis bonis, dicẽdo: rogo qd̃ dentur reliqua bona Valerio: Hoc casu filio decedente, substitutus in re certa erit vniuersalis hæres, & alius substitutus Valerius, residua bona accipiet per fideicommissum ex manibus primi substituti, tanq̃ vniuersalis hæredis, ex quo detrahet quarta Trebell. Nec ad rem pertinet q̃ Valerius in omnibus residuis bonis substitutus fuit. Nam ea substitutio, per uerba obliqua facta, non fecit eũ heredem, per id quod supra primo loco præmissimus, q̃ uerba obliqua nõ directent. Hanc conclusionem & sequentes ponit Philip. Fran. in d. c. si pater, satis obscure, col. lvi. qui allegat Ioan. de Imo. in l. centurio, & in c. Rainutius, de testa.

**F** Secunda conclusio, si substitutus sit aliquis pupillariter per uerba obliqua in re certa, vel portione certa, & alter substituitur in alijs bonis per uerba communia, tunc ea substitutio per uerba communia facta, trahitur ad omnia bona, & verbũ commune directabit, cũ nullus alius sit hæres vniuersalis, sa. l. ij. ad fi. C. de hæred. inst. Exemplũ: testator cum instituisse impuberem, fecit duos substitutos, nõ in re certa, si pupillus intra pupillaria moriat, uel non sit hæres, rogo detur fundus Tusculanus Fabio: Deinde Caium substituit in residuo, uel dicit simpliciter, Caium substituo, quod intelligitur in residuo. Hoc loco (vt dixi) Caius in vniuersum succedet, & dabit Fabio fundum per fideicommissum, detrahendo quartam falcidiam si necesse sit, d. l. ij. C. de hæred. insti. Et quare ita Caius ad vniuersam hæreditatẽ vocat, cum nõ sit directe substitutus? Dicite sufficere, quod per uerbum commune, substituo, ei fuerit prouisum, cũ uerba cõmunia facile directent, propterea dicunt cõia, tanq̃ participãtia cũ directis & obliquis.

Tertia



Tertia conclusio, cum testator instituisset pupillum, dedit ei duos substitutos, Titium in re vel portione certa verbis precarijs, ut rogo detur fundus Titio: rogo detur Titio tertia vel quarta pars bonorum meorum, arg. l. cum autem, ff. de leg. ij. Alium autem Caium substituit etiam in re vel portione certa per verbum commune, non precarium. Hoc loco ex sententia Bart. multum obscure loquentis, rediguntur hi duo substituti ad fideicommissum, si forte datus fuerit coheres pupillo vniuersalis. De priore substituto non est dubium, qui per verba obliqua fuit substitutus. Idem dicemus in posteriore substituto, licet per verbum commune, scilicet, substituo, sit substitutus. Nam hoc verbum commune ibidem obliquabitur per secundum premissum, quo diximus, verbum commune adiectum, nunquam trahetur ad vniuersalem successionem, si alius sit vniuersalis haeres, quia ut dicit Bar. obscure: testator non presumitur facturus damnum priori haeredi, qui fuit coheres pupilli, & propterea iste coheres in vniuersum succedet, maxime in bonis testatoris, & soluet substituti fideicommissum, ea quae ipsis relicta sunt. Crederem tamen, quod si in casu isto pupillus non haberet cohaerem, quod substitutus per verbum commune ad hereditatem vocaretur, & alteri substituto fideicommissum solueret, per ea quae supra sunt declarata, & quae infra in quinta conclusione dicentur.

Quarta conclusio consequenter ex tertia inferitur: quia cum testator instituisset pupillum, & duos substituat, alterum per verba directa in re vel portione, alterum per verbum commune simpliciter vel in residuo substituat, tunc verbum commune trahitur ad totalitatem bonorum, & substitutus directo in re certa, remanebit legatarius, per d. l. i. q. si ex fundo, & est pro hoc tex. in l. quotiens, C. de haered. insti. exempli gratia, Testator instituto impubere, dicit, Titius in fundo Tusculano haeres esto, & in reliquis bonis substituo Flaccum, hoc est verbum commune. Iam verbum commune directabitur, cum nullus extet vniuersalis haeres, & praferetur substituto directo, per soluet eidem substituto fundum, & nihil preterea: qui & deducet falcidiam si necesse erit.

Quinta conclusio, instituto impubere si dantur duo substituti, vnus, scilicet Titius, directo in re certa, alter Flaccus substituitur per verbum commune, accipiat, capiat, etiam in re certa, hoc loco substitutus directo in re certa erit vniuersalis haeres: quia nullum alium reperit haerem institutum, vel substitutum: & sic detracta re certa efficitur haeres, ut pars trahat ad se totum. Alter autem institutus in re certa per verba communia, obliquabitur: & per fideicommissum accipiet rem vel portionem ei relictam de manu prioris substituti, per ea quae supra praemisimus in primo praemisso.

Sexta conclusio est. Testator instituto impubere, si dat ei duos substitutos, vnum in dimidia hereditatis, alterum in altera, vt Flaccus vnam, alter aliam dimidiam accipiat: hoc loco vtrique erunt haeres vniuersales: quia tam tota hereditas intelligitur distributa per portiones, ita est in glos. in l. si filio, ff. de leg. i. & quamuis vulgo sit cognitum quod hereditas distribuitur in altem, id est, vij. vncias, tamen potest hereditas etiam diuidi in pauciores partes, id est, sex tantum portiones. Hoc casu, si vnus substitutus substituetur in tertia portione, alter in alia tertia, & nullus detur coheres pupillo, isti substituti succedent in vniuersum.

Addite septimam conclusionem, quae consequetur ex superioribus. Nam instituto pupillo, si ei duo substituantur, quilibet directo iure vel portione certa, ut Titius haeres esto in fundo Tuscul. Valerius in domo suburbana, tam vtrique haeres vniuersaliter succedent, quilibet in dimidia, per id quod supra primo praemisimus.

Pro complemento istius cap. de copendiosa, quaero, cum Bar. de quaestione difficili, in qua necdum satis conuenit inter Doct. & est quaestio utilis & quotidiana. Testator instituit pupillum suum filium, & si moriatur sine liberis, vel si habeat liberos, ita quod moriatur cum liberis, si vltimus idem liberi etiam moriantur sine liberis, tunc reliquit hospitem bona omnia, vel certam partem iure fideicommissi, An isti filij filorum liberi nati ex nepotibus possint grauari hoc fideicommissum? Videbatur quod non: quia isti filij filorum



**D** velliberi nepotum nihil accipiunt ex testamento, testator autem non instituit eos heredes, nihil legauit eis, tantum meminit eorum sub conditione: unde videbatur quod non possent grauari fideicommissio, per l. ab eo. C. de fideicom. In hac quaestione sunt duae opiniones principales. Prima est Bart. in d. l. centurio, quamuis aliquantisper haesitare videatur, tamen in hoc inclinatur, quod filij filiorum possint grauari fideicommissio: ut si testator dicit: Instituo filium meum, & si sine liberis decesserit, vel si habeat liberos, & isti sine liberis decesserint, relinquo hoc vel illud Titio: Istud fideicommissum, siue sit vniuersale, id est, omnium bonorum, siue particulare, valet, & praestandum est. Nam videtur eis bona sua reliquisse cum eos grauauit. Et hanc opi. dicitur tenuisse Iacob. de Bel. & eum allegat Albericus de Rosa. in Rub. huius tit. pro qua consuluit Paul. de Cast. consil. xxxvij. Idem sequitur Petr. de Anch. d. c. si pater, in. xij. not. Franc. Are. in d. l. centurio, Ang. de Aret. in. d. si. Insti. de vulg. & dicit Philip. Cor. in d. l. ab eo. C. de fideicom. Doct. Perusinos eam tenere, quam & Bald. in d. l. ab eo, sensisse videtur. Pro hac opi. multa adducuntur. Nam & alias si testator praedium leget libertis suis, & grauatur ultimo morientem ut restituat praedium cuidam alteri, per hoc grauamem liberti in eo praedio instituti praesumuntur, l. Titia Seio. d. Seia libertis. ff. de leg. ij. Sic in praesentia cum relinquatur a filiis filiorum fideicommissum, isti filij instituti creduntur propter grauamen iniectum: quae ratio est bona & vrgens. Praeterea vos scitis quod seruo in libertatem redacto non datur peculium suum, nisi sit expresse legatum: ita est tex. in l. deniq. d. interdum. ff. de pecul. leg. Nunc si testator dicit: lubeo seruum meum esse liberum si centum det Titio ex peculio, hoc loco intelligitur peculium ei tacite legatum propter grauamen centum flor. Denique vulgarissima est doctrina iuris: qui vult consequens, intelligitur etiam voluisse necessarium antecedens, illud. ff. de acquir. haered. l. ad rem mobilem, l. ad legatum. ff. de prociu. cum si. Unde testator cum grauamen filiis filiorum ingerere voluerit, necessario etiam prouisionem eis fecisse intelligitur. Sic cum papa dispensat cum illegitimo, quod possit esse episcopus, in necessarium antecedens censetur disposuisse, quod is illegitimus vel spurcius possit presbyterari. Iaso. allegat. c. ex literis, de excels. prela. Et Abb. in. c. ex parte. iij. de deci. Alia fundamenta hic transeo. Contraria opi. est quod si testator instituit filium, & si sine liberis moriatur, vel si sui liberi sine filiis moriantur, grauatur eos fideicommissio vel vniuersali vel particulari, quod hoc grauamen vel fideicommissum nihil valeat, & filij filiorum per ea verba grauari non possint. Hanc opi. tenuerunt ab antiquo Richar. Mal. & Rai. ut eos allegat Bart. in d. l. centurio, & ipsemet Bart. pro ista opi. consuluit (sibi ipsi contrarius) in consilio quod incipit: Andreas condidit testamentum. Hanc opi. tenet Alber. de Ros. in d. Rubro. & Pet. de Anch. (sibi ipsi contrarius) consuluit pro hac opi. consil. cxxxvi. ut eum allegat Ias. Eam etiam tenuit Ioan. de Imo. in d. l. centurio, in d. c. Rainucius, in materia compendiosae. Rapha. Cum. in l. Lucius, in si. ff. de haered. insti. Alex. saepe pro hac opi. consuluit, ut Ias. sua consilia hic enumerat. Et tandem eam Ias. tenuit dicens se sepius secundum eam consuluisse. Unde ista opi. potest dici & censeris communis contra Bart. Et dicit Pet. de Anch. in d. consilio propter dictum Bart. in quo & ipse dubitat, non esse recedendum a communis opi. Pro hac opi. varia adducuntur. Et primo, vulgo notum est quod ista clausula: Si sine liberis moriatur: vel, si filij filiorum sine liberis moriantur: facit tantummodo conditionem & non dispositionem, per glo. communiter receptam in d. l. Lucius, in si. ff. de haered. insti. unde cum pater nihil disposuit in filiis filiorum qui tantum sunt in conditionem positi, certe eos grauare non potuit. Praeterea & secundo non potest effugiri vel vitari haec regula, qua dicitur: Quem non honoro non onero, id est, Cui nihil relinquitur, is non potest grauari, d. l. ab eo: Nunciam audiuimus quod filij filiorum nihil est relictum ab auo, unde grauari non poterant. Praeterea si vera esset assertio primae opi. qui vult consequens, censetur velle antecedens necessarium: tunc haec pulchra regula in



regula in l. ab eo, iudificaretur, quia semper ad circumuentionem istius regulae diceretur: qui vult consequens, &c. & sic grauatus semper censeretur honoratus ex antecedente. Quapropter haec doctrina: qui vult consequens: tunc locū habet, quando par est ratio utrobique, & quando antecedens est omnino necessariū, sed quia in casu nostro antecedens nō necessario inferitur ad consequens, bene poterant grauari filij filiorum; & nō erat necessariū q̄ instituerentur, sed hoc grauamen nō valuit, Item per manus traditur, ea quae disposita sunt ad diminutionē, nō operari augmentū. Nec em̄ vna res contrarios effectus producet, l. legata inutiliter, ff. de leg. i. vnde cum hoc fideicommissum a filiis filiorum relictum tendat ad diminutionē bonorum, eo ipso non potest operari augmentū. Item & quarto mouentur per l. haereditas ad Statium, ff. de haered. insti. vbi legatū factum fuit a Statio, per hoc nō intelligitur ei fuisse de haereditate prouisum, vel de aliquibus bonis. Et tandem fa. alius tex. in l. sed & si sic. §. si. ff. de leg. iij. vbi dicitur, quae ex fortuna nobis accidunt vel eueniunt & nō ex iudicio, in talibus nō posse valere fideicommissum. Sic in proposito, filij filiorum accipiunt bona, nō ex testamento, sed per fortunā, per viam intestati, igitur, &c. Sunt & alia fundamenta, sed ista plus stringunt pro contraria opinione. In his concertationū conflictibus, quid ego homo nihili decidam, cum vtraque opi. fundet bonis rationibus? Mihi plane esset deficiendum ad Pyrrhonios philosophos, qui de omnibus dubitauerunt. Sed B nolo vos relinquere suspensos, addam etiā calculum meum. Dico ergo & puto opi. Bar. esse veriorem quā primo loco recensui, per fundamenta quae superius allegaui. Nec em̄ facile vitari poterit id quod supra diximus: qui vult consequens, vult necessariū antecedens. Nam cum in dubio sit fauendū voluntati testatoris, l. si quis. ff. de inoff. test. vnde ad hoc ut valeat fideicommissum, cui fauendum est necessariū, antecederet q̄ filijs esset prouisum de bonis testatoris, per d. l. ab eo. Et nō est verum qd putat contraria opi. per hoc iudificari istam legem: quia non est ubique tam vrgens ratio, q̄ est in proposito. Iam & secundo & fortius: certum est q̄ pater, quamuis filios filiorum nominauerit sub conditione, tamen cogitauit & presupposuit, imo intentio sua indubitata fuit, quod bona sua peruenirent ad filios filiorum, quos posuit in conditione, quia voluit eis prospicere prudenti suo consilio, d. l. Lucius, in fi. Prudens consilium testantis aduertitur, &c. Hinc ergo succedit ratio Perusinorum, quam recitat Corneus in d. l. ab eo. cum testator credatur indubitate rationem habuisse filiorum & grauauerit eos fideicommisso: Istis duobus simul coniunctis, necessariū praesumitur antecessisse prouisionem filiorum. Nam quamuis ista verba: si filij decesserint sine liberis, & sine filijs filiorum: per se in conditionem sonent, d. l. Lucius, tamē grauamen fideicommissi eis adiectū prouisionem eorum facit praesumi. Nec em̄ frustra in d. l. Lucius, mentio fit de prudenti consilio patris. Vnde nemo est ita a sole alienus, qui non credat qd pater voluerit etiā prospicere filijs filiorum, quos alias nō potuisset grauasse. Ergo ut vno verbo claudam, grauamen filijs iniunctum nihil disponit se solo positum: sed duo ista coniuncta operantur. Et tertio ut cesset omnis dubitatio, tex. est expressus, quod testator potest grauare haereditatem haereditis fideicommisso, l. si fuerit, in fi. cum l. seq. in prin. ff. de leg. iij. vbi cum testator dicit: Instituo Titium haereditatem, & rogo haereditatem quem ipse faciet ut det fideicommissum Flacco: dicit Iurisconsultus, benignū esse q̄ fideicommissum valeat. Nunc in casu nostro reducimus materiam ad penum: Cum testator dicit: Instituo filium, & si sine liberis, vel si sui liberi sine liberis moriantur, relinquo fideicommissum: iste testator habuit indubitatum q̄ filij essent haereditas patrum suorum, & sic grauando filios filiorum, grauauit haereditatem haereditis. Nam si cesset futurum q̄ nepotes non essent haereditas, ipse eos procul dubio non grauasset, per d. l. Lucius, in fi. ibi, prudens consilium, &c. Haec cum pateant ad sensum, non egent alijs probationibus. Et haec ratio me in primis mouet ut hanc doctrinā sequar. Quae doctrina Bart. per me declarata, consuetudine nostrae Germaniae confirmatur. Haec



opinione sic vera existente, sicut eam puto, quam & sequitur D. Crocus in d. c. Rat-  
 D nucus ad fi. & Poli, eam asseueranter approbat, iam non est magni negocij respon-  
 deere ad omnia contraria. Nam non obstat l. ab eo, quem non honoro, & c. quia hic ex  
 presumptione legis, testator liberos honorauit. Nec obstat l. legata inutiliter, cum  
 philosophantur de diminutione. Quia hoc verum est de simplici diminutione, quae  
 hic non est: cum grauamen habeat implicitum augmentum. Item l. hereditas ad Sta-  
 titum, nihil facit: quia ibi loquitur de legato facto Statio. Item d. l. sed & si sic, in fi. omni-  
 no nihil facit pro aduersarijs. Et salua reuerentia, Doct. eam non intellexerunt, sicut  
 etiam hic dicit Politus. Hoc negari non potest si filij filiorum non essent haeredes pa-  
 rentum suorum, tunc tolleretur fideicommissum, & procederet opi. contraria: sed  
 hoc Doct. non voluerunt.

CAPVT VI. ET VLTIMUM HVIVS TRACTATVS  
 quod miscellanea tractat.

**L**Xpedito superiori cap. accipiamus vltimum, & aliqua Miscellanea  
 velut per Satyram tractemus, quae in materia substitutionum non esse  
 inutilia putauimus. Et quia in superiori capitulo verba directa, omni-  
 nia, & obliqua tractauimus, at sepe fit vt substitutionibus huiusmodi  
 E verba altera trahantur ad altera, vnde & doctrinas aliquas in ea ver-  
 borum vsurpatione, & regulas colligamus.

Prima regula: Substitutio directa, vt si Titius haeres non sit, Caius haeres esto: non  
 conuertitur in obliquam. Illa em quae recta sunt, non debent obliquari, l. verbis ciu-  
 libus. l. in pupillari. ff. de vulg. Et habetur in d. c. si pater, in fi. Haec regula limitatur  
 si ab initio non potuit valere iure directo, quod aliquando fit ratione solennitatis: vt  
 si testator instituto filio impubere, ei in codicillis pupillariter substitueret: quia ista  
 substitutio a principio non fuit directa propter defectum solennitatis, vnde obliqua-  
 tur vt valeat saltem iure fideicommissi. Ita est tex. in d. l. Scauola. ff. ad Trebell. Hoc  
 loco substitutus pupillariter, si moriatur filius intra aetatem, non succedet iure directo  
 in bonis pupillaribus, sed recipiet bona pupillaria a legitimis haeredibus. Item si ma-  
 ter substituat pupillariter, non valet iure directo, sed obliquabitur. Idem si pater ma-  
 turalis pupillo naturali substitueret, vt per Doct. in hac materia.

Secunda regula: Substitutio per verba obliqua non conuertitur in directam, etiam  
 si impuberi fiat obliqua substitutio, vt si testator dicat: Instituo filium meum impube-  
 rem, & si intra pupillaria moriatur, grauo vt restituat hereditatem Seio: haec substitu-  
 F ritio obliqua non directatur, d. l. coharedi. q. cum filia, de vulg. & est glos. in d. l. ver-  
 bis ciuilibus. Haec conclusio fallit in l. neq. enim. q. si. cum l. seq. ff. de testa. mil. vbi  
 testator instituerat Titium, & ei substituit Sempronium, quos utrosq. grauauit, al-  
 teruter haeres esset, quod daret seruo suo libertatem, & ei restitueret hereditatem: Isti  
 ambo institutus & substitutus non sunt facti haeredes, nec primus nec secundus: mor-  
 tem enim obierunt hereditate non adita. Ecce hoc loco tantum fauetur seruo, ac si ei  
 directo esset relicta libertas & hereditas, vnde ipse liber & haeres erit, tanq. iure dire-  
 ctus. Vide quomodo verba obliqua grauo restituat hereditatem seruo: in ius dire-  
 ctum exurgant, quod licet fauore militum sit receptum, tamen & in pagano, suo casu,  
 haec decisio seruare est. Quia si aliquis priuatus testator instituisset primum, & sub-  
 stituisset secundum, grauasset eos restituere seruo vel altero libero homini, si isti in-  
 stitutus & substitutus decesserint ante testatorem, qui tamen hoc ignorauerat, certe  
 fideicommissarius, cui esset restituenda hereditas, suo iure accipiet hereditatem ac  
 si esset factus directus haeres, d. l. seq. quae incipit tractabatur, quam l. supra in primo  
 vel secundo capit. saepe allegauimus.

Secundo fallit, Si testator ea quae disposuit in codicillis ( quae omnia sunt obliqua )  
 si postea



si postea conuertat in testamentum, tunc incipiunt fieri directa, arg. l. ante tabulas. ff. de iure codi. & in l. quærebatur in vers. imo & si. eo. tit. Tertio fallit secundum A Philip. Fran. in. c. si pater, si testator pupillo extraneo substituit pupillariter, quia talis substitutio cum directo non valeat, trahitur ad obliquam, ut videtur tenere glos. in sti. eo. tit. §. extraneo. Cæterum si testator eum postea adoptauerit, substitutio à principio obliqua conuertitur in directam: & quod à principio fuit fragile, iam incipit vigorem habere, per d. l. ij. vers. sed & si extraneum, de vulg. Ego d. vers. sed & si, supra in materia pupillari, aliter intellexi quàm communiter Doct. Et cum certa sit regula, quæ habet, pupillo extraneo non posse substitui, d. §. extraneo, à qua præfens casus non est exceptus, vnde stabimus regulam. Vulgo enim traditur regulæ esse standum, tanquam expedito iuri, donec expressus casus allegetur in contrarium. Bart. in l. quoties. ff. si quis cau. Abb. in c. ad naturam. c. consuluit. i. de appella. Quapropter recedimus ab ista limitatione, & inhæremus eis quæ supra in materia pupillari diximus.

Tertia regula: verba directa in substitutione si sint dubia, possunt conuerti in aliam directam. Exemplum habetis in l. si, per totam legem vsque ad si. C. de hæred. in sti. vbi dixerat testator: Sempronij Plocij hæres esto: hic dubitabat an iste Plotius filius fuerit impubes testatoris, quia tunc intelligeretur pupillaris directa: at hoc est dubium, vnde decidit Imperator post alternationes, quod ista substitutio sit vulgaris, vt sit sensus, quod testator Plotium instituisse hæredem, & si Plotius non esset hæres, Sempronius hæres esset: hoc important ista verba: Sempronij Plocij hæres esto. Videtis hic quomodo verba directa dubia, important directam vulgarem, vt tollatur dubitatio. Et ampliari d. regula potest, si verba substitutionis pugnantia appareant, vt si testator instituat Titium, & si hæres non erit, grauet eundem Titium restituere hæreditatem Flacco: Quæ institutio inter sese dissidere videtur. Si enim Titius hæres non erit, quomodo hæreditatem quam non adiit restituat Flacco? Si autem Titius hæres erit, grauamen fideicommissi cecidit, cum in casum non existentis hæredis restituendum sit. Hoc casu Politus in tract. vulgaris, vers. ix. plane fatetur eam substitutionem tanquam pugnantem esse inualem, tamen Doct. communiter eam defendunt, alij tamen aliter. Alex. aut in d. l. i. & Socci, ibidem fol. vi. verba fideicommissi resoluunt in directam vulgarem, cum enim dicitur: Si Titius hæres non erit, restituat bona Flacco, intelligi debere: si hæres non erit, detur hæreditas Flacco. Exemplo d. l. si. C. de hæred. in sti. vbi verba dubia in vulgarem improprantur, vt iam supra dixi, fa. l. verbu reddendi, de verb. sig. Et quod vulgo dicitur in testamentis recedi ab exquisita significatione verborum, magis enim sensum quàm verba amplecti oportere, l. in testamentis, de reg. iur. l. iij. §. si. de adi. leg.

Quarta regula: Substitutio obliqua præfertur directæ vulgaris, ad hoc vt fideicommissum præferuet. Quæ regula per varia iura tractat, & res ipsa non nihil intricata est, C vnde eam per quatuor casus, propter eos, quibus isthæc difficilia inueta sunt, resoluemus.

Et primus casus est, si testator Titium instituat, & si hæres non sit, substituat Caium, & nihilominus grauat hæredem vt bona Valerio restituat, is Titius non vult esse hæres, iam cogi potest vt adeat & restituat Valerio fideicommissum, & non erit locus substitutioni vulgaris, vt sic fideicommissum præferatur directæ, arg. l. non iustam, ad si. C. ad Trebell. fa. l. quia poterat. ff. eo. tit. Cæterum si hæres postquam coactus est adire dederet antequam adiret & restitueret, tunc substituto vulgaris Caio locus erit: sed si adiit, restituet bona Valerio fideicommissario, ad quod & cogi possit si nollet adire. Istud enim grauamen fideicommissi, à substituto repetitur per regulam antiquorum, qua dicitur: fideicommissum relictum ab instituto, in dubio repetitur censeri à substituto vulgaris, l. licet, de leg. i. d. l. non iustam, in fi. cum glos.

Secundus casus: Si testator Titium & Flaccum instituat, eosque inuicem vulgariter substituat, Flaccum autem alterum ex hæredibus grauet vt portionem suam hæreditariam



**D** Seio restituat, is Flaccus nō vult esse hæres, cupiens fortasse gratificari suo cohæredi, sed hoc nō obstante, cogetur portionem sibi delatam adire, et restituere Seio fideicommissario. Vides iterum quomodo fideicommissum præfertur substitutioni vulgari, quæ inter cohæredes fuit facta, d.l. non iustam, & ibi glo. i. Verum si Flaccus, qui fuerat coactus adire & restituere Seio, decederet antequam adiret, Titius alter ex hæredibus adire portionem cohæredis potest, imo si nollet, cogeretur: sed debet eam restituere Seio fideicommissario, d.l. non iustam, in fi. & d.l. licet. Quid autem si & is Titius cohæres, cum esset coactus portionem cohæredis adire, etiam decederet antequam adiret, ut sic neuter hæres restituere posset, ad quem deuolueretur portio Flacci cohæredis fideicommissio grauata? Cogitabis an forte Caius fideicommissarius eam portionem sua manu reciperet, ut hoc casu obliqua substitutio in directam vertatur, ne fideicommissum intercidat, arg. d.l. tractabatur, de testa. mil. sed non firmo.

Tertius casus: Si testator instituat Titium, & grauatur ut hereditatem Valerio restituat; deinde substituatur Titio hæredi vulgariter Lucium, grauando eum ut hereditatem Mevio restituat, & sic institutus hæres fideicommissio proprio, & porro substitutus etiam fideicommissio proprio est grauatus: hoc casu si institutus hæres recuset adire, cogitur per Valerium fideicommissarium potest ut adeat & restituat ex fideicommissio.

**E** Qua restitutione facta, concidet substitutio vulgaris cum suo fideicommissio in Meuium facta: ut iam iterum casum habeas, ubi fideicommissaria præferatur substitutioni vulgari. Et hic est verus intellectus ad l. facta. §. Iulianus, ad Trebell. reiectis alijs intellectibus per gloss. adductis, tanquam vanis & contra textum pugnantibus. Verus enim text. ut ex archetypo Norico cognoscitur, sic habet: Iulianus ait, si hæres institutus, Titio rogatus sit restituere, substitutus Meuius &c. ut sit sensus, hæredem testatoris esse rogatum ut restituat Titio: substitutum vero, supple esse rogatum ut restituat Meuius, ut ita de duobus fideicommissarijs eleganti sermonis breuitate loquatur. Quid autem, si institutus cohæres coactus adire, decedat antequam adeat? Dic consequenter superioribus, substituto vulgari locum esse, quod si adierit, restituat bona Meuius suo fideicommissario, & concidet fideicommissum ab instituto factum: ut sic generatio vnius fideicommissi, sit corruptio alterius, arg. d. §. Iulianus: nec habebit locum doctrina antiquæ in d.l. licet. Quod si substitutus nollet adire, cogi potest adire & restituere, d.l. non iustam.

**F** Quartus casus est, si testator Titium instituat, et si heres non sit, substituatur Flaccus: Si vero heres sit, grauatur eum ut bona eidem Flacco restituat, ut sic is Flaccus heredi directo & per fideicommissum sit substitutus, herede nolente adire, Flacco duplici capite subuentum est. Potest enim cogere heredem ut adeat et restituat, & obliqua præferat directæ. Potest etiam ipse ultro ex substitutione vulgari adire: quod casu directæ obliquæ præferat: ut ita in potestate sua stet vtra ex substitutionibus alteri præferat, l. recusare. §. Titius, ad Trebell. Possent fortasse et alij casus deduci, sed in prædictis pro resolutione quartæ regulæ sufficiat. Bar. in d.l. i. in suo primo effectu ad fi. supradicta obscure, et per distinctionem imperfectam attigit. Quid autem si testator instituat Titium, et Sempronium substituatur per verba simplicia, quælis erit ista dispositio: an dicatur obliqua per compendium, id est, compendiose obliqua: ut quicumque Titius heres non sit, vel moriatur, substituto loco sit? Et posset videri ita esse intelligendum, et nisi fallor, Bar. sic intellexit in d.l. cetero: quia verba indefinita expollet vniuersali. Sed contrarium est verum, ista dispositio est simpliciter vulgaris, id est, continet vulgarem substitutionem. Et ita voluit Philip. Fran. in d. c. si pater. col. vii. qui ponit hanc elegantem regulam: Vbi aliquis instituit, & ei substituunt sine distributione temporis, vel sine conditione alia, quæ habeat tractum temporis, iam quæ verba prorsus sunt indefinita, ista substitutio sub compendio vulgarem continet, arg. l. post aditam. C. de impub. &c. Si tamen facta esset pupillo, tunc etiam pupillaris contineret. Ita si esset facta furioso, iam & exemplaria veniret. Politus late tractat in materia vulg. vers. xxi.

Sed nunc alia sunt dispicienda: saepe enim fit, quod pluribus institutis aliquis substituatur:



tuatur: quò loco dubitari poterit, an conditio substitutionis in persona cuiuslibet hæredis separatim, an vero deficientibus omnibus institutis, tunc demum admittatur substitutus, ut ita pluralitas resoluatur in singularitates. Quæ in re Doct. multum variant. Socc. post alios in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. multa alternat, opinioniones Doctoz miscendo, & (ut ita dixerim) merces venales exponit, sed nihil vendit: quia nihil habet expeditum. Politus nimium est fatigatur, & etiam sibi ipsi parum constat. Nos tamen supra in materia vulgaris in quinto membro eam in rem etiam aliqua dixerimus, sed alio fine, ea tamen quæ ibidem dicta non sunt, sequentibus conclusionibus quantum potest fieri, clarissime resoluemus, dum præmittamus duplicem esse distributiuam. Nam alia distribuit separatim, vt cum cuius instituto proprius datur substitutus: Alia fit simpliciter per verba distributiuam, vt sunt verba, quilibet, quisquis, alteruter, & similia: quæ est not. doctrina Bald. in l. i. ad fi. C. de condi. inser. Cum ergo pluribus institutis per varia verba substituatur, non fuerat ab re totam materiam per conclusiones digerere.

Prima conclusio: Si pluribus hæredibus institutis, suis cuius separatim detur substitutus: vt si instituantur Titius, Sempronius, Valerius: Titio substituatur Florus, Sempronio Flaccus, Valerio Gaius, vt ita distributiuam fiat per expressam separationem: tunc quocumque ex hæredibus deficiente, vel non existente hærede, vel in pupillari moriente, substitutus ei datus, in ipsius deficientis portionem admittitur, exclusis coheredibus, l. potest, in fi. c. l. seq. ff. de vulg. Insti. eo. §. singulis, fa. glos. in l. pe. in verb. substitutus, de iniust. & rup. test. Et licet dicta iura de impuberibus loquantur, & de pupillari faciant mentionem, tamen locum habent in maioribus natu in vulgari substitutione & fideicommissaria, in breuiloqua, & compendiosa, & etiã in exemplaria, si plures essent furiosi instituti hæredes: propter paritatem rationis, l. illud, ad l. aquil.

Secunda conclusio: Si per distributiuam simplicia (vt sunt verb. quilibet, quisquis, singulis, alteruter) conditio substitutionis explicatur: vt cum vnus pluribus per huiusmodi verba substituatur, tunc substitutio etiam in partem verificatur, vt vno ex institutis decedente, substitutus in eius portionem vocetur, & nihil accrescat coheredi, arg. in l. sicut in annos. ff. quib. mo. vsuf. amitt. vnde si Caio & Seio institutis hæredibus, cuiuslibet substituatur Titius, altero ex eis deficiente, substitutus eius portionem accipiet. Idem est si Caio & Seio institutis, Titius singulis substituatur: quia tunc vocabitur in partem decedentis. Et hoc eleganter voluit Bald. l. i. ante fi. C. de condi. inser. & consuluit pro hoc subtiliter Alex. consil. cclxxv. col. iij. & seq. in quinto volumine. Hæc decisio fallit, si in casibus huius secundæ conclusionis superesset persona quæ ex præsumpta mente testatoris præferretur. Nam talis persona substitutum excluderet, ne in partem vocaretur. Exempli gratia: Pater instituit tres filios impuberes, & cuiuslibet ex eis, si in pupillari decesserit, substituit Titium: sive quod vnus ex filiis vel duo fortassis moriantur in pupillari, quamuis in eorum portionem substitutus ex vi verborum deberet admitti, tamen quia adhuc tertius frater impubes superest, certe ex præsumpta mente testatoris is frater superstes succedet fratribus decedentibus, excluso substituto, etiam contra naturam verborum: quia non præsumitur testator voluisse extraneum substitutum præferre sanguini suo, l. cum auus. ff. de condi. & demon. l. generaliter. §. cum quis. C. de insti. & substi. l. cum acutissimi. C. de fideicom. vnde hoc casu non curatur distributiuam, sed curatur mens testatoris: & voluit hoc notabiliter Alexander in d. consil. cclxxv. column. iij. & iij. in casu parum absimili. Nam ibi testator filium impuberem habuit, & tres filias impuberes: instituerat filium, & si intra pupillaria moreretur, substituit tres filias, deinde testator cuiuslibet ex filiabus, quæ in pupillari decesserit, Titium substituit: decedebant duæ filie in pupillari ætate: substitutus usurpabat bonæ earum propter verba distributiuam, contradicebatur quod adhuc superesset alia filia, quæ merito esset præferenda, concludit



D concludit Alex. ex communibus opinionibus tertiam filiam adhuc superstitem præferri, & excludere substitutum. Et hoc propter præsumptam mentem testatoris.

Tertia conclusio, si pluribus filiis institutis per verba collectiua substituatur, ut cum testator Caium & Seium filios instituisset, & si ambo vel omnes vel vterque moriatur, substituisset Titium: hic pluralitas non resoluitur in singularitates, unde vno decedente, non vocabitur substitutus in ipsius partem. voluit enim testator, quod eo casu frater fratri succederet, l. pe. C. de impub. & alijs substi. nisi forte talis esset persona quæ ex coniecturata mente testatoris, alteri fratri præferret, ut per Doct. in d. l. hæredes mei. §. cum ita, in fi. ad Trebell. Ceterum vtrisque hæredibus institutis, mortuis, locus erit substituto, d. l. pe. & fa. tex. in d. §. cum ita, & ibi Socci. & Doct.

Quarta conclusio, si duobus vel pluribus filiis impuberibus institutis ei, qui nouissimus moriatur, substitutum fuerit, hoc loco filij inter sese succedent ab intestato: conseruatur enim in eis ius legitimæ successionis, donec nouissimus moriatur impubes, tunc primum incipit substitutio sortiri effectum. Hoc enim verba sonant, si testator dicat: Instituo Caium, Seium, & Titium filios meos impuberes hæredes, & si oēs in pupillari moriantur, tunc ei qui nouissimus moritur, substituo Flaccum: decedentibus istis impuberibus, alter alteri succedit ab intestato, & postquam vltimus ex eis obierit substituto est locus, l. vel singulis. ff. de vulg. Et non refert cum filiis substituitur, an pater vtatur nomine collectiuo, an simpliciter substituatur, ut voluit gloss. in l. si pater, ibi las. post Doct. de vulg. Et hoc casu, postquam vltimus inter impuberes mortuus est, substitutus iure substitutionis, et in vim testamenti tantummodo accipiet portionem eius qui vltimo obiit. Aliæ autem portiones, in quibus alter alteri successerat, ad substitutum peruenient, non iure substitutionis, sed tanquam auctum patrimonium vltimo morientis. Hæc habentur in l. qui duos, in. ij. respons. ff. de vulg. Pari propemodum iure vtimur, si pater filios impuberes institutos, reciproce inuicem substituatur, et si filij moriantur in pupillari, substituatur Flaccum. Hoc enim loco, si vnus ex filiis impubes moriatur, alius frater iure substitutionis succedet, non iure legitimo. Et ita de alijs fratribus. At si vltimus ex fratribus impubes moriatur, omnium fratrum hereditas ad Titium substitutum pertinebit etiam iure substitutionis, l. si pater impuberes, iuncta l. qui duos, ff. de vulg. Inter istos autem duos casus, cum vltimo morienti substituitur, vel cum impuberibus inuicem substitutis, vltimus Titius substituitur, ea est differentia, quod in primo casu, substitutus aliorum fratrum bona accipiet, tanquam auctum patrimonium: in altero casu accipiet tanquam iure testamenti, vel iure substitutionis. Et posset fortasse maior in vno quam in alio esse commoditas. Credo tamen quod in vtroque casu mater excludatur, si forte isti filij impuberes haberent matrem. Nam in primo casu excluditur propter substitutionem pupillarem expressam: in secundo casu, cum filij sunt inuicem substituti, excluditur propter breuius loquam, quæ est pupillaris expressa in genere. Delatum fuit superioribus diebus ad me testamentum, vbi pater filios impuberes tres vel quatuor instituerat, & eos inuicem substituatur, vltimo autem morienti substituit matrem, omnibus filiis in pupillari mortuis, mater eorum omnium voluit habere hereditatem: Contradicebatur a quibusdam fratribus a latere coniunctis, qui prætendebant se participes successionis ex testamento. Causa pendet, quæ tamē ex prædictis magna ex parte decidi potest.

Quinta conclusio, extra casum superiorum conclusionum: Si pluribus hæredibus institutis, substituatur aliquis vulgariter, substituto non erit locus, si diu vnus ex hæredibus viuit, nec pluralitas resoluitur in singularitates. Ista enim substitutio non verificabitur in partem, ita quod substitutus in portionem deficientis admittatur, nisi omnes defecerint. Exemplum: Testator instituit Caium, Seium, & Flaccum, & substituit Valerium vulgariter, si non sint hæredes: Finge, vnus non est hæres, quia moritur ante aditam, vel repudiat hereditatem: Certe substitutus non vocabitur in partem deficientis, sed por-



sed portio sua accrescit cæteris cohæredibus. Et hoc est perpetuum in vulgari: vnde nisi omnes cessent esse hæredes, nõ erit locus substituto. Rationem ponit Bar. in d. q. cū ita. ij. opp. Nam substitutio vulgaris non competit nisi ante aditam hæreditatem, etiã si multi sint instituti. Vnde q̄ diu dubium est an possit adiri hereditas, tam diu locus nõ est substituto. Quapropter quis alter ex eis non sit hæres, tamen nõ potest vocari substitutus in partem suam, quia adhuc dubitat, an alter sit futurus hæres, per d. l. post aditam. C. eo. Aliam rationem dat Bald. in d. l. i. ad fi. C. de cond. infer. quia vulgaris substitutio ordinatur mere in fauorem testatoris, cuius interest habere hæredem quẽ cupiat. At eius desiderio tunc dicit satisfactum, si saltem vnus ex institutis sit hæres. Quapropter extantibus hæredibus, substituto non erit locus circa vulgarem.

Sexta conclusio: Substitutio per fideicommissum pluribus facta, verificat in quolibet decedente, vt pluralitas in singularitates resoluatur, per quacunq; verba fuerit substitutum. Vnde in cuiuscunq; persona extiterit conditio substitutionis, substitutus admittit. Exempli gratia: Testator instituit filios suos maiores natu, vel extraneos (nõ curo) & si moriant, grauat eos per fideicommissum vt restituant hæreditatem Flacco: alteruter ex istis vel filijs vel extraneis, moriat, substitutus partem fideicommissi perdet & cohæredet. Quæ conclusio est quotidiana, quæ non solum procedit in institutionibus & substitutionibus, sed etiam in singulis rebus quæ legantur pluribus, & per fideicommissum sunt restituendæ Titio, quia altero deficiente, substitutus in legato partem perdet. Hæc est mens Bart. in d. l. hæredes mei. q. cū ita, ad Trebell. Et habetis tex. in l. Lucius. q. Gaius, qui loquitur in re legata libertis & restituenda per fideicommissum. ff. ad Trebell. Et tex. in l. si. q. filiũ, vbi fit par prouisio. ff. de leg. ij. & est hoc rationabile: quia postq̄ testator vtriusq; hæredis fidem grauauit & secutus est, consequit ut quilibet ex eis fidem explicet: ut per Bart. in d. q. cum ita. Hanc conclusionem limitate primo, nisi testator aliter prouiderit: vnde si testator legasset Titio & Scio vsufructum, & substituisset per fideicommissum Flaccum aliquem, cauisset aut in testamento q̄ portio decedentis accrescat alteri, hoc loco seruanda est voluntas testatoris. Imò sicut Bart. voluit, si testator hoc non cauisset, tamẽ adhuc accretura (ut ita loquar) fuerat portio vnus alteri, propter naturam vsufructus, quæ exigit ut cohæredibus accrescat, vt. ff. de vsufruct. accrescendo. & ita procedit l. codicillis, in primo rñf. ff. de vsuf. leg. Quibus consequenter secundo limitate conclusionẽ, si duobus habitatio legaretur, & substitueretur per fideicommissum, quia certe vno deficiente, commodum habitationis pro parte sua accrescet collegatario, excluso interim substituto (Cuius est par ratio q̄ supra dixi) Et quia habitatio (sicut & vsus) est indiuiduũ, quapropter merito accrescit Scio, d. l. codicillis, post prin. ij. rñf. Tertio fallit. Si fideicommissum fuisset factum per verba collectiua: vt testator instituit Caium & Seium, & si vterq; vel si ambobus vel si omnes decesserint, grauentur restituere hæreditatem Titio, hoc loco pluralitas nõ resoluatur in singularitates, ex vi verborum, ex modo significandi. Nam hæc vis verborum colligit, non distribuit. Hoc casu altero decedente, substitutus in partem non vocaretur. Hoc voluit eleganter tex. in d. q. cum ita, in prin. videlicet substitutam personã cæteris paribus excludi, si conditio non fuerat verificata in vtriusq;. Quæ vera sunt de vi verborum: ceterum non procederent si mens testatoris alia præsumeretur: nempe si substitutus esset persona quã verisimiliter testator esset admissurus, tunc enim ista conditio fideicommissi etiam in partem verificatur, ut est casus in d. q. cum ita. Si quidem testator duos filios instituerat, & si vterq; sine liberis decederet, substituit neptem Claudiam, alter ex filijs mortuus est relictis liberis, & sic conditio non est verificata, quia vterq; non decessit sine liberis, quamuis videatur neptis destituta in sua substitutione vel defecisse, tamẽ aliam esse mentem testatoris dicit lex: præsumitur em testator voluisse neptem vocare ad partem eius qui sine liberis moriatur, quæ ad totam hæreditatem fuisset admissa

L. vtriusq; defis



vtrisque deficientibus. Ex hoc tex. in materia substitutionum notabile argumentum sumitur, quod si supersit persona, quae ex praesumpta mente praeferatur, recedendum a verborum, & subscribendum voluntati testatoris. Quarto limitate hanc conclusionem, si in conditione substitutionis aliqua verba reciproca vel breuis loqua interuenirent: ut si testator instituendo Titium & Caium haeredes, substitueret eos inuicem, & postea grauaret ut restituerent Flacco ipsis deficientibus: qua limitationem forte in Doct. non habetis: Hoc loco vno deficiente ex haeredibus, substitutus in partem non vocabitur, sed erit locus substitutioni reciprocae. Ista colliguntur per tex. in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. ij. Ex quo tex. extendimus hanc limitationem, quod si etiam tacita ex verbis reciprocatio eliceretur, quia tunc etiam procedit conclusio, ut in casu d. §. Seia legauit libertis fundum, & dixit, Nolo quod hunc fundum vendatis, sed post mortem vestra restituantur illi vel illi liberto, per haec verba, Nolo quod eum vendatis, Iurisconsultus reciprocam substitutionem colligit, quia si vendere fundum non debent per dies vitae suae, necesse est quod habeant eum & in totum, & in partem, ut adeo reciproca substitutio colligatur. Quid autem si testator instituto Caio & Seio grauaret eos post mortem, ut omnia bona, totam hereditatem restituant Flacco: Hoc loco Bar. putat quod pluralitas etiam non resoluatur in singularitates, & quod altero deficiente, substitutus in partem fideicommissi non vocetur propter verbum, omnia bona, totam hereditatem. Ita tenuit Bar. in l. quidam testamento, in fi. de vulg. & pup. dum dicit substitutos tertio gradu non vocari, propterea, quod testator senserit de tota hereditate. Sed Doct. communiter contrarium tenent, ut laf. diffuse tractat in d. l. quidam testamento, per multa iura. Et confunditur haec doctrina per d. l. Lucius. §. Seia, ad Trebell. per d. l. si. §. filium, de leg. ij. vbi totus fundus erat legatus pluribus, cum grauamine fideicommissi, & tamen substitutus in partem vocatur: & est fortis tex. contra Bar. in d. l. haeredes mei. §. cum ita, in fi. ad Trebell. licet ad eum respondeant qui Bar. tuentur. Ego cum communi opi. quae textibus nititur maneo.

Ultima conclusio: si testator filio & filiae haeredibus institutis per verba alternatiua seu disiunctiua ita substituat: Si filius aut filia haeredes non erunt, substituo Titium: licet hoc loco voluntatem testator non satis explicuerit, ut dicit Iurisconsultus in l. si is qui ducenta. §. si. de reb. dub. tamen hunc habet intellectum: Si nec filius nec filia haeredes erunt: id quod tex. aperte docuit in d. §. si. Quo loco colligit Doct. quod disiuncta resoluatur in coniunctam. Supradictae conclusioni addo: si sub alijs disiunctiuis conditionibus negatiue conceptis filio substituat Titius, is substitutus non admittitur, nisi certum sit nihil eorum fieri posse, quae sunt in conditione relata: ut si pater instituto filio, ei substituat Titium, si vel filius moriatur intestatus, vel sine liberis, vel nuptias non contraxerit, iam intelligenda est haec dispositio, ut si nec filius nuptias contrahat, nec testamentum faciat, nec liberos sustollat. Hoc loco dicunt Doct. communiter disiunctam resolui in coniunctam, per l. generaliter, in prin. vsq. ad §. i. C. de instit. & substit. Tu dicas quod quamuis substitutus tunc admittatur, cum omnes conditiones verificentur, ut sic disiuncta resoluatur in coniunctam, tamen statim excluditur si vna ex conditionibus defecerit, & sic in exclusione substituti sufficit defectus vnus ex disiunctiua: Ratio est satis aperta: Nam si in dispositione, quae sub pluribus conditionibus facta est, necesse est omnes euenire ut admittatur aliquis, consequenter si vna ex conditionibus deficiat, necesse erit eum excludi: quia tunc non plus possint omnes conditiones verificari, arg. ab illatione oppositi.

#### CONDITIO SINE LIBERIS.

Quia vero in hac substitutionum materia saepe nobis occurrit haec conditio, si aliquis sine liberis moriatur ut grauetur hereditatem restituere, vnde videndum est quid



est quid ista verba valeant. Et primo non est ignotum q̄ appellatione liberorū veniunt omnes descendentes, masculi, & foemine, nepotes, & deinceps alij: vt est text. **A** in l. liberorum, & ibi Bart. ff. de verb. sig. l. sed si hac. §. liberos, ibi Alex. post Doct. ff. de in ius vo. & in d. l. i. C. de cond. infer. Filiorum tamen appellatio est aliquanto strictior: Nam quamuis veniant masculi & foemine, ceteris paribus, l. qui filiabus. ff. de leg. i. l. iusta. ff. de verb. sig. cum si. tamen appellatione filiorū nepotes non veniunt nisi materia exigat, & nisi sit fauor nepotum, Bart. late in d. l. liberorū: vnde nepotes non ex propria significatione, sed ex interpretatione includuntur. Ista tamen differentia inter liberos & filios nō cadit in idiotam, id est, in laicum, vt dicit glos. in l. quod si nepotes. ff. de testa. tute. Quapropter consuevit aetas nostra, cum nominat filios vel liberos, addere nepotes, kind vnd kintz kinder, ad tollendas cauillationes. Ceterum appellatione liberorum veniunt etiam naturales tantum ex concubinis geniti, qui & ipsi liberi vocantur, text. multum notabilis in l. ex facto. §. si quis rogatus, infra ff. ad Trebell. Dicit tamen Iurisconsultus hoc esse quaestionis & non ita certum: si quidem ista exaudiri ex dignitate testantis, vel ex dignitate eius cui substituitur, vel ex conditione ipsius substituti. Nam si sit forte senator, princeps, antiqua nobilitatis homo, qui nō cum concubina, sed cum vulgata meretrice, cum scorto liberos sustulisset, isti nec naturales nominantur, nec veniunt appellatione liberorum. **B** Dicuntur enim spurij, quos non noscit ius ciuile, autem, ex complexu. C. de incest. nup. Item appellatione liberorum veniunt legitimi, qui per principem vel comitem Palatinum legitimi sunt. Isti enim nō differunt a legitimis, quod saepe dixi in autem, quib. mod. na. eff. sui, circa si. verum circa legitimos an veniant nomine liberorum, an faciant deficere eam conditionem, si sine liberis moriatur, tractatus est prolixior q̄ qui hic recenseri possit. Videte Socci. las. et alios in l. gallus. §. & quid si tantum. §. quidam recte. ff. de lib. & posthu. Verificatur autem ista conditio, si sine liberis moriatur, etiam si habuerit liberos qui tamen ante testatorem moriantur, iam satis dicitur decessisse sine liberis, quamuis aliquando liberos habuerit, d. l. ex facto. §. si quis autem suscepit, ad Trebell. Ad praedicta Doct. allegant, c. Rainucius, de testa. c. in praesentia, de proba. l. cum vxori. C. quan. di. leg. ced. Item & hoc notandū est, q̄ si testator libere alicuius aliquid relinquat, vt si dicat: libere Titij hoc detur: iam intelligendus est sensisse de liberis, quos habeat Titius tempore mortis testatoris. Ita eleganter consulit Paul. de Cast. consil. lxxviii. vers. super quarto dubio, vnde si is Titius tempore mortis testatoris, non haberet liberos, sed postea sustulisset, certe iste casus non includitur, quia non debet perpetuo stare in suspensio grauamen & onus. Porro & **C** hoc nouisse debes q̄ secundum communem opi. ista conditio, si sine liberis decesserit, apposta pupillo verificari etiam in pupillari aetate potest. Ita tenet Bart. in l. centurio, colum. iij. mihi, in vers. quid si testator, per. c. si pater, quamuis glos. in l. precibus, sentiat contrarium, cum pupillus liberos tollere nō possit ex communi cursu naturae. Sed hoc supra in compendiosa tractatum est. Ceterum si sub ea condicione disponatur, si haeres liberos habeat, sufficit habuisse liberos, etiam si illico moriantur, & sic nō habet locum regula vulgata, non sufficit fieri nisi duret factū, l. si pro patre. §. versum. ff. de in rem ver. Et quod sufficit habuisse liberos, etiam si statim decesserint, text. est in l. vxoris abortu. C. de posthu. haered. insti. Cy. Bald. & alij in l. si quis heredem. C. de insti. & substi. Imo dicit Bald. in. c. i. in tit. Epif. vel Abbatem, in vfi. seu. q̄ sufficiat natum esse liberum vel filium, etiam si eodem momento moriatur: quod non est exaudendum ad punctum, alias esset ridicula locutio, sed est intelligendum ciuilitate, fa. d. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebell. Imo si aliquis exiret de utero matris, ventre execto, ita quod esset debile animal carens membro, dum habeat spiritum, sufficit vt rumpatur testamentum tanq̄ filio nato, h. quod dicitur, cum concor.



in glos. ff. de lib. & posthu. & fa. l. quod de pariter. ff. de reb. dub. Cæterum si mulier abortiret, eiecisset abortum, vel edidisset portentum, aut alias nō habens vocem humanam, vel vagitum humanum, non diceretur filius haberi, & non esset verificata conditio, maxime in fideicommissis, d. l. vxoris abortu, in prin. vbi est text. & idem putat Socci, in d. l. cum auus, col. lxxiiij. q̄ si nasceretur partus quinto aut sexto mense, iam satis diceretur vxor abortiri, & censeretur partus abortus, cum genitura ista & legitima non sit recepta nisi septimo mense & deinceps, l. septimo mense. ff. si pars hære. peta. Et ita dicit se didicisse a medicis receptæ autoritatis, quod abortiuus dicitur partus quinto aut sexto mense genitus, ego in hoc naturam cōsulendam puto, quæ sub traditionibus legalibus nō concluditur. Circa prædicta videte pulchram, l. quæret quis. ff. de verb. sig. Item si testator instituto filio, substituatur Titium si filius sine hærede decesserit, hoc loco verbum hæres coërcetur ad liberos tantum, etiã si habuit consanguineos vel cognatos, hi tamen non includuntur, quod est nota, dignum, text. est in d. l. ex facto. q̄. si. ff. ad Trebell.

Hoc quoq̄ non est prætereundum cum testator filium suum vel extraneum hæredem instituit, & si sine liberis moriatur, Titium substituit, & liberi extiterint, hi liberi excluso substituto ad hæreditatem testatoris peruenient. Sed an ex testamento an ab intestato, dubitari posset. Communis opinio tenet cum glos. in d. l. Lucius, in fi. de hære. insti. quæ vult, quod quamuis liberi extantes præferantur substituto, nō tamen ex testamento succedant testatori, sed ab intestato: ea enim quæ sunt in conditione, nō censentur esse in dispositione, l. si quis sub conditione. ff. si quis omiſſi. cau. test. Contrarium tamen tenuere Pet. de Anch. & quidam alij, videlicet, liberos hæredis substituto ex testamento præferri: & ita dicitur consuluisse Pet. de Anch. consil. lxx. sicut etiam allegat Socci, in d. l. cum auus, ad fi. de condi. & demon. qui eam concertationem latius explicat: verum communis opi. obtinuit, a qua non puto discedendum esse, vt quæ bene fundetur ex d. l. si quis sub conditione. Hoc tamen inter omnes constat q̄ quamuis liberi in dicta conditione non sint vocati ex testamento, habeant tamen quale quale iudicium testatoris, quo præferuntur substituto, quod sufficit: & ita las. Socci. & alij. Deniq̄ nouisse conueniet quod cum filius vel nepos aut deinceps alij hæredes instituuntur, & grauantur, vt post mortem restituant hæreditatem Titio sine vlla conditione liberorum, nihilominus tacite subintelligitur hæc conditio: si sine liberis moriantur: quia non præsumitur testator extraneos voluisse præferre suæ soboli vel suæ posteritati, d. l. generaliter. q̄. cum autem. C. de insti. & c. d. l. cum acutissimi. C. de fideicom. cum si. Hoc tamen dubitari posset, si pater institutus filijs substituatur Titium, si vterq̄ sine liberis moriatur: alter filius moritur, sed liberis relictis: deinde secundus decedit sine liberis, quis præferatur in successione fratris vltimo defuncti: an Titius substitutus, quia vltimo moriens sine liberis decessit: an filij vel liberi alterius fratris primo defuncti, qui succedant ab intestato patruo suo? Hic si inspiciamus vim verborum, res est satis expedita: quia substituto nō erit locus in quo defecit conditio, vnde filij alterius fratris ab intestato succedent, nisi substitutus esset persona quæ ex præsumpta mente testatoris præferretur, text. est in d. l. hæredes mei. q̄. cum ita, ad Trebell.

Ex prædictis & alia dubitatio dissolui potest: Testator instituerat tres filios, filia reliquit centum pro dotibus, et substituit filios reciproce, si quis sine filijs moreretur bona ad alterum peruenirent: vnus moritur relicta filia, dubitabatur an ista filia defuncti fratris vocetur ad bona patris defuncti, an fratres reciproce substituti, vel an defecisset conditio, quia iste mortuus est cum filia: testator enim dixerat si quis moritur sine filijs, iste habuit filiam. In fauorabilibus appellatione filij veniunt filia l. si ita scriptum, ff. de leg. ij. & est text. in d. l. i. C. de cond. infer. Raph. Fulgo. in d. l. i. C. de cond. infer.



cond. infer. pro ut eum allegat Socci. in d. l. cum auus, col. xlvij. tenet hunc quoq;  
defunctum fratrem recte sine filijs discessisse, & sic filiam a bonis paternis excludi, **A**  
admissis fratribus defuncti. Mouetur ea ratione, quia cum testator propriam filiam  
exclufit instituendo tantum filios suos, multo fortius censetur excludere voluisse ne-  
ptem: quia non praesumitur plus praedilexisse neptem ex filio q̄ propriam filiam;  
arg. l. si viua matre. §. in nepotibus. C. de bo. mater. quod & sequitur Socci. in d. l.  
cum auus, loco supra allegato. Quo vero existente videtur non esse curandum si tes-  
tator dixerit, si quis moriatur sine filijs, vel si quis moriatur sine liberis: cum liberi  
hoc loco constringantur ad masculos, arg. d. l. ex facto. §. si. ff. ad Trebell. & quae doc-  
cet Bart. in repetitione l. liberorum. quam doctrinam veram esse puto si sint statuta  
vel consuetudines quibus excludantur foeminae ad conseruandam agnationem: quia  
ut eleganter dicit Socci. eo loci non considerari filiationem vel necessitudinem fan-  
guinis, sed qualitatem agnationis & familiae conseruandae, quae in mulieribus non  
potest subsistere. Ceterum cessantibus statutis vel consuetudinibus, crederem praer-  
ferri filiam fratris defuncti alijs fratribus: constat enim iure cum dicitur: si iste vel  
alius moriatur sine liberis vel sine filijs, deficere conditionem, postq̄ saltem filia vel  
neptis vel proneptis vel abneptis generaretur. Ita est text. ad quem me teneo in d. l.  
cum acutissimi. Nec me mouet ratio qua dicitur, pater filiam propriam exclufit, for-  
tius neptem exclufisse censeret, &c. haec consequentia nihil valet, quia pater filiae com- **B**  
petenter prouidit dotibus iuxta modum patrimonij sui: nepti autem in nihilum prou-  
idit: & ita de persona prouisa dotibus, ad personam non prouisam dotibus male ar-  
guitur. Deniq; si iste filius defunctus nihil haberet nisi suam portionem a patre,  
quis aleret neptem? in quo succederet filia defuncti? videte quo tendat absurdum.

Porro & alia dubitatio incidit grauior quam praedicta: Pater habuit filium & fi-  
liam, filium instituit vniuersaliter, filiam in quantitate certa, prouidendo ei de dotibus,  
& si filius sine filijs decederet vel sine liberis (non curo) substituerat hospitale vel ali-  
um locum pium, filius decessit relicta nepte, an haec neptis excludat substitutum lo-  
cum pium? Ingens fuit conflictus inter Doct. quia haereditas erat ampla, Paul. de  
Cast. in d. l. i. ad fi. de condi. infer. & Socci. in d. l. cum auus, loco praerallegato, dicunt  
omnes Doct. Italiae, omnia collegia in hoc casu consuluisse diuersa & aduersa consi-  
lia: hi enim fouebant pium locum, alij neptem ex filio, Paul. de Cast. consuluit pro lo-  
co pio contra neptem, consil. lxxiij. Postea substituit, noluit plus consulere cum vide-  
ret tot. Doct. ei contrarios. Nam quod pium locus admittatur, haec est potior ratio,  
quod pater propriam filiam exclufit, dando filio substitutum, quare ergo non praer-  
sumeretur exclufisse neptem ex filio qui filiam exclufit? huic rationi ego supra res-  
pondi. Ediuerso pro nepte sunt text. aperti, videlicet, d. l. cum acutissimi. d. l. i. C. **C**  
de cond. infer. d. l. generaliter. d. l. cum auus, vbi videtur hoc quasi expressum: cum  
tanta nube texuum neptis sit septa, videtur praerferri substituto, licet Ias. dicat se con-  
sulere & saepe consuluisse in contrarium. Paul. de Cast. dat concordiam vt eum  
allegat Socci. quod si in huiusmodi casibus substitutus esset persona in quam habe-  
ret testator affectionem, forte ratione agnationis, tunc is praerferretur: quia praesumi-  
pta mens testatoris, qui voluit excludere filiam, fortius excludit neptem ad conser-  
uandam agnationem. Ne hoc est odio muliebris sexus, vt pulchre dicit Socci. sed  
vt conseruetur progenies. Aut substitutus est extraneus, sicut hic fuit pius locus,  
tunc neptem praerferunt Paul. de Cast. & Socci. licet Paul. aliquando contrarium  
consuluerit, sed veritas vincit: quem casum D. Franciscus Curcius consil. xi. colum.  
vij. late prosequitur.

Pro complemento huius materiae notandum est, quod si testator grauat heredem  
vt restituat haereditate fratribus suis, hoc loco non veniunt filij fratris, qui tamen de iure  
L 3 commun



**D** communiter conferuntur fratribus. est dictum elegans Bald. in l. cum ita, §. in fidei commissio, contra gloss. si. ibi. ff. de leg. ij. ubi etiam habetis elegantem textum, quod quando fidei commissum relinquitur familia, semper preferuntur hi, qui sunt proximi in gradu: quia nomine familiae hodie comprehenditur agnatio & cognatio, sed propiores in gradu preferuntur: quod est nota dignum. Præterea non est prætereundum, quod cum testator substituit hæredi Titium, & hæres differt per annum, nõ declarat mentem, an velit adire vel non, fortasse in necem substituti, tunc substitutus potest implorare officium iudicis ut ei subueniatur, & statuatur dies, in quo hæres mentem suam declarat, l. q̄ diu. ij. & ibi Bar. latius. ff. de acquir. hæred. Tandem addemus pro complemento, quod si testator iubet bona restitui progeniei, soboli, uel domui, siue generationi, semper intelligitur de sua agnatione, de descendantibus agnatis, uulgo, dem stammen vnd nammen. Ita pulchre Bald. & post eum Philipp. Franc. ad ff. in. d. c. i. de testa. lib. vi. Et ita cum laude de finio hanc materiam Substitutionum, in qua plura addi, consarcinari quæ poterant, sed breuitatis propositum iussit, ut manum in tempore tollerem ex tabula.

F I N I S.

APVD INCLYTVM GERMANIAE OPPIDVM,  
FRIBVRGVM BRISGOICVM, PER IOANNEM  
FABRVM EMMEVM IULIACENSEM,  
ANNO M. D. XXXII.




THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

CHICAGO, ILL. 60607




Nodos fecat scriptura Casioticos.




Machera pulchre Gordium nodum fecat.











5152-32



